187

SELECTA RABBINICO-PHILOLOGICA,

quæ comprehendunt

I. Commentar. Raſche in Parſch. Breſchith,

ſive in Cap. I. uſque ad VI. Gen.

II. Commentar. R. Abarbanel. in Haggæum,

III. R. Moſ. Maimon. Mercaba, ſive Doctrinam de Deo & Angelis,

Quæ quondam cum verſionibus & Annotationibus ſtudio

JO. ADAMI SCHERZERI,

S.S. Theol. D. Ejusdemque apud

Lipſienſes Profeſſoris Prim.

ſub nomine

Trifolii Orientalis, nec non Operæ pretii

edita, jam vero reviſa & aucta ſunt;

IV. Commentar. Raſche in Parſch. Noach,

ſive in cap. VI. usque ad XI. Gen.

V. Commentar. R. Aben Esræ in Haggæum.

Quæ cum verſionibus, Annotationibus Talmudicis, Rabbinicis & Philologicis, nec non indicibus neceſſariis adjecta ſunt

à

Jo. Georg. Schmidt/S.L. Prof. Publ. Ord.

LIPSIÆ,

Apud Viduam JOHANNIS HEINICHII,

Typis Jo. Heinrici Richteri, 1705.

Digitized by Google

Digitized by Google

PER-ILLUSTRI
ATQUE EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

DN. JO. CASPARO DE LOSS,

DYNASTÆ IN ROEHRSDORF,
TEICHNIZ, BEERENKLAU &c.
S. R. MAJEST. POLONIÆ
ET SERENISS. ELECT. SAXONIÆ
IN SANCTIORE SENATU
ET APPELLATIONUM JUDICIO
A CONSILIIS,
SERENISSIMI PRINCIPIS
SAXO-QUERFURTENSIS
PRIMARIO STATUS MINISTRO,
SUPREMO AULÆ MARESCHALLO,
SENATUS ECCLESIASTICI
ET CONSISTORII DIRECTORI,
PRINCIPATUS SAXO-QUERFURTENSIS
GUBERNATORI,
ETC.
DOMINO SUO GRATIOSO
FELICITATEM!

Digitized by Google

DOMINE GRATIOSE,

NE ægre feras, quod ILLUSTRE NOMEN TUUM in fronte hujus libelli ſcribere, & debitum, quo VESTRÆ EXCELLENTIÆ me multis abhinc annis obligatum agnoſco, non tam ſolvere, quam publice profiteri auſus ſim. Ab eô enim

tem-

Digitized by Google

tempore, quo fidei & curæ meæ Tuorum Filiorum, quorum illuſtres natales animorum quoque capacitas & virtutis amor comitatur, ſtudia commiſiſti, tot luculenta benevoli faventiſſimique animi documenta edidiſti, ut me citius beneficiis obrutum ſenſerim, quam occaſionem gratum animum teſtandi nactus ſim. Tua equidem Illuſtris atque Excellens Virtus, quâ omnium oculos trahis atque convertis, animoſque rapis, & quâ benignô vultu nullius non preces admittis, nulli non opem & auxilia gratis præſtas, & ex æquo omnes ad delicias amas; Eminensque illud faſtigium, in quod levatus longo uſu canæ & robuſtæ prudentiæ vim dies noctesque exeris, ac in ſalutem & Patriæ commoda efficaciſſime convertis; Nec non curæ, quas noſtrûm difficultas temporum non imminuit, ſed auget indies, & quibus adverſus varios caſus reperire præſidia

laboras, me facile ab hoc propoſito absterrere, & ut in ære Tuo tacitus immorerer perſuadere potuiſſent. Sed hæc mihi potius incitamento fuerunt, ut inſignium, quibus me ornaſti, beneficiorum memoriam, hac occaſione ſic ferente, gratiſſimo animo recolam; quoniam mens Tua, qua ad Reipublicæ clavum conſides, Religionem quoque & litteras, ſanctiſſima Rerumpublicarum pignora, ſervat & ſapientiſſimè cuſtodit. Audivi ſæpius, quo candore & fide periclitantium ſtudiorum fato indoleas, & qua contentione ea labentia erigere annitaris. Imprimis longo rerum geſtarum uſu expertus es, quod Deus non tantum vires opesque adſpiret, ſed & conſilia ſuggerat, & qua via, in rebus arduis incedendum ſit, aperiat; Quare Oraculorum divinorum Codicem, quod ſcio, certiſſimum conſiliorum gubernaculum curæ cordique habes. Et quoniam

hunc

Digitized by Google

hunc mea qualicunque opellâ, præeunte B. Scherzero, cujus veſtigiis in hoc ſtudiorum genere inſtiti, ex antiquis Judæorum, penes quos quondam vera vigebat Eccleſia, interpretibus explicare & illuſtrare cœpi, ut ſacrarum litterarum ſcrutatoribus campum, in quô exſpatientur, ampliorem aperirem, & Juventutem divinis ſtudiis initiatam ad ſalutares Iſraëlis fontes ducerem; VESTRAM EXCELLENTIAM permiſſuram ſperavi, ut mea ſtudia EIDEM imprimis probari, &, o ſi placeret, meipſum offerri, ſubmiſſo quodam animi impetu concupiverim. Sunt equidem multi, qui Hebræas profanis litteris poſtponunt, & juxta vulgatum, Moſen per civitatem mendicare, parum curant. Sed maxime intereſt ad ſalutem Reipubl. ut Hebræa quoque Religionis noſtræ fulcra in temporum perennitate durent. Quis enim his remotis aut neglectis

glectis cultus Numinis maneret, quæ mentes obligaret fides? Ruerent in perſidiam & impietatem omnia, magnamque tranquillitatis publicæ partem ſecum traherent. Permittas itaq; GRATIOSE DOMINE, ut hæc folia Hebraica TUUM in frontiſpicio ILLUSTRE NOMEN gerant; Patiaris quoq; ut meæ erga TE obſervantiæ gratiſſimæq; voluntatis monumentum exiſtant; Et gratioſe eum porro reſpice, qui votis & precibus Summum fatigat Numen, ut Eccleſia & Reſpublica noſtra Tuis ſaluberrimis conſiliis, Familia Illuſtris exoptatiſſimo ornamento, & imprimis Filii Tui, vero Heroicæ virtutis exemplo quam diutiſſime frui poſſint.

Scrib. Lipſiæ VI. Non. Maji
Anno MDCCV.

VESTRÆ EXCELLENTIÆ

devotiſſimus cultor

Jo. Georg. Abicht.

LE-

LECTORI BENEVOLO

S.

Miraberis forte, quod Commentarios Rabbinorum, quos plerique fabularum, figmentorum, immo nugarum farraginem criminantur, in lucem producam, & toga latinâ indutos Eruditorum oculis ſiſtam; cum Sacri Codicis cura plures cultores requirat, qui ſenſum divinum, in eo nobis contignatum eruant, & in ſalutares uſus convertant. Fateor ſi hanc accuſationem tam veram, quam frequentem cognoviſſem, me primum fuiſſe, qui omnibus Judæorum libris ad orcum relegatis, ſe tantum Sacrarum Litterarum lectioni mancipaſſet, & in eis explicandis omnes nervos contendiſſet. Sed quoniam labores *Munſteri, Pauli Fagii, Gilberti Genebrardi, Merceri, L' Empereur, Muiſii, Cocceji, Vorſtii, Druſii, Buxtorfiorum, Janvrier, Viccarſii, Humphridi Prideaux, Ludovici Compiegne de Veil, Hilperti, Hacſpanii, Schmidii, Carpzovii, Wagenſeilii* aliorumque quam plurimorum Virorum omni meâ laude majorum, maximam Codici Hebtæo lucem attuliſſe expertus ſum, ſine quibus multa ejuſdem loca obſcuritatibus involuta, & ambiguitatibus ſepta pio lectori remoras ponerent; relictis illorum partibus, in horum ſententiam non potui non

diſcedere. Judæorum fabulas, quas plerique urgent, ſcias non meras eſſe fabulas, ſed potius hyperbolicas locutiones, arcana Judæorum dogmata, arcanô iſtius gentis conſilio diſcipulis inſtillantes; quam docendi methodum iſtis ſeculis receptam & approbatam, præter ſacrum Codicem, reliqua Sapientum ſcripta te docebunt. Conſideres quæſo fabulam de *Leviathane*, quem Judæi ſeculi venturi cibum credunt, ab omnibus ferè noſtratibus exploſam, à Judæis vero myſticè & ſpiritualiter intellectam eſſe, cujus magnitudo omnium ſpiritualium bonorum abundantiam adumbrat; de quô teſtimonium evidentiſſimum ex *Tract.Tal..ud. Hieroſol.* (*a*) vel ex Ein Iiſraël (*b*) adducere liceat. Ibi enim ad verba וכל ערל ונו׳ ſequentia adjiciuntur: אכילת לויתן אכיל׳ רוחני׳ h. e. *Commeſtio Leviathanis erit commeſtio ſpiritualis.* Quæ verba manifeſto ſunt indicio, ea, quæ de *Leviathane*, ab antiquis Judæorum Doctoribus tradita ſunt, non ſenſu litterali, quem illi פשט appellant, ſed myſtico & ſublimiori à Sapientioribus eſſe intellecta. De *Gigantibus* apud eosdem aliud reperitur ſcitamentum, quos tam proceros finxerunt, ut ſolem collô, collaris inſtar geſtent, vel ut alii perhibent, Sol tanquam onus ipſis incumbere videatur. Non miror ſi riſum tenere non poſſint, qui hæc legentes verborum cortici inhærent, & ad abſcondita myſteria non penetrant. Si vero evolverint, quæ noſter *B. Scherzerus* ex Hebræorum voluminibus explicationis gratia adjecit, (*c*), reconditum antiquorum ſenſum reperient, & Aſtronomorum imaginem Gigantum repræſentatione expreſſam cognoſcent. Sic longe alium quoque ſenſum corvi columbæque colloquia cum Noacho in arca inſtituta, (*d*) quam verba præ ſe ferunt, intendere, nemo inficias ibit, niſi qui *Locmanni* aut *Æſopi* fabulis proprium ſenſum affingere, illarumque loco ſeipſum fabulam aliis ſi-

(*a*) *Megilla cap. I.* (*b*) *Ein Iiſr. Tract. all. fol. 260. fac. b. in gloſſa.* (*c*) *Conf. Not. in Parſch. I. fol. 77. ſeqq.* (*d*) *Vid. Comment. Raſche in Gen. VIII. v. 7. & Annot. noſtras ſub litt.* (*k*) *p. 207. & ſub litt.* (*l*) *p. 209. ſeq.*

ſiſtere velit. Sed mittamus fabulas, quas Judæorum ſcriptis quandoque adſperſas eſſe non diffiteor, perpendamus potius uſum, quem in ſenſu litterali evolvendo, Judæorum Commentarii nobis præſtant inſignem. Tot vocum genuinus ſenſus, tot phraſium dilucidæ explicationes, tot rituum veræ expoſitiones nos laterent, niſi Judæorum Doctores nobis auxiliatrices manus præbuiſſent. Cui optimos noſtrorum temporum Commentarios cum *Raſche*, *Kimchi*, *Aben Esra* &c. Peruſchim conferre placuerit, multum his deberi cognoſcet. Sed hoc argumentum levius tantum attingo, quod illud à *Leusden.* (*e*) aliisque pluribus diductum, multorumque ſuffragiis approbatum ſciam. Hoc unicum addo, quod quorumdam fidem excedet; nec *Novi Teſtamenti* phraſes plenâ radiare luce, niſi *Talmudis Judaici* volumina eam accendant. Hujus rei teſtimonium ferat locus *Talmud.* quem ex Gemarâ (*f*) produximus, eoque verba *Matth. V, 37. Eſto autem ſermo veſter, ita ita; non non, &c.* explicuimus; qui evidenter docet, quod antiquis Judæorum temporibus juramenta illis vocibus concepta, adeoque illo locô, non omnia ſed quædam tantum juramentorum genera interdicta ſint. Hæc aliaque plura æquo Tuo L. B. judicio relinquo, & me ad illa, quæ ipſam libelli hujus editionem propius ſpectant, & à quovis Lectore in præfamine expectantur, converto. Libellus hic, quem conſpicis, Anno M. DC. LXIII. nomine *Trifolii Orientalis*, curâ & ſtudio Celeberrimi noſtri *Jo. Adami Scherzeri*, tunc temporis *Sanctæ Linguæ Profeſſoris Publici*, *Facultatis Philoſophicæ Aſſeſſoris & Maj. Princip. Collegii Collegiati*, primâ vice publicam lucem conſpexit, verſioneſque *trium Judaicorum tractatuum*, *Commentarii R. Abarbanelis in Haggæum Prophetam*, *Commentarii R. Salom. Jarchii in Parſch. primam Gen. h. e. à cap. I. Gen. usque ad VI. verſ. 8. & denique R. Moſis Maimonidis Theologiam* (quæ tamen,

)( )(2 uti

(*e*) *Phil. Hebræo-Mixt. Diſſert. XVI. p. 110. ſeqq.* (*f*) *Tract. Shebuoth Cap. IV. fol. 36. fac. a. poſt. med. Conf. Annot. ad Cap. VIII. Gen. ſub litt.* (*r*) *p. 217. ſeqq.*

uti infra videbimus,tantum Commentarium in Maimonidem continebat) cum *ſpecimine Theologiæ Ebræorum Mythicæ* comprehendebat, & excepto *Abarbanelis* Commentariô, hebraico textu ſtipatus erat. Hi ſelectiſſimi tractatus, tot alliciebant lectores, ut brevi poſt nulla apud Bibliopolam proſtarent exempla, donec Anno M. DC. LXXII. iidem, titulo *Operæ pretii* recuderentur,& Philologiæ ſacræ cultoribus denuo exhiberentur. Pauci tamen anni omnem ejus copiam noſtris ſubducebant oculis, ut ad reſtinguenda eruditorum deſideria, novam editionem adornare, & labores *Summi Viri* in Hebræarum litterarum emolumentum impenſos, noſtra qualicunque induſtriâ tertiâ vice repetere, & publicare, commodum publicum poſtulaverit. Perlegi itaque *B. Viri* verſiones, in iisque quædam obſcura, quædamque dura offendi, quæ pro modulo meô emollire conatus ſum; partim Lectorem ad *Talmudem & Rabboth*, ex quibus *Raſche* ſuas explicationes depromſit, remittendo; partim Gallicorum & Italicorum (*g*) vocabulorum, in hujus Rabbi Commentariis frequentium, genuinam lectionem reſtituendo; partim ipſam verſionem, ſentibus quandoque interclusam explanando, ut Lectores eam absque prolapſione percurſitare poſſint. Uti ipſe *B. Autor* confeſſus eſt, tam primam quam ſecundam editionem ſpongiam meruiſſe, ſe autem noluiſſe omnia ad libellam examinare, ut diſcipulis emendandi materia præſto ſit; Sic certam ſpem concipio, Eundem, ſi adhuc viveret, ægre non laturum, quod quædam in hâc impreſſione emendata, quædam vero, Lectoribus emendanda relicta ſint. Mihi his laboribus occupato, alios quosdam ejusdem generis Commentarios, quos in uſum meorum Auditorum latinitate donaveram, ſcrinioque meô aſſervaveram, annectere, & Hebræarum litterarum ſcrutatoribus largiorem meſſem parare, conſultum videbatur. Hunc in finem imprimis *Raſche*, celebratiſſimi inter ſuos interpretis, *Commenta-*

(*g*) *Quoniam Italiam & alias quam plurimas Orbis regiones peragravit. Conf. Bartoloccii Biblioth. M. Rabb. Part. IV. p. 378.*

tarium ſelegi, ejuſque *Parſcham Noach à Cap. VI. v. 9. usque ad cap. XI. v. ult. Gen.* latina verſione expreſſam, Annotationibus, ex *Gemarâ, Rabboth, Jalkut Simeon. Jalkut Reubeni, R. Bechai &c.* nec non optimis Raſche interpretibus, *Eliâ Misrachi ſ. Orientali*, Autore *Deſek Toſ, Siphthe Chachamim &c.* depromptis, ut veſtigia *B. Anteceſſoris* premerem, & Dnn. Auditoribus meis, quorum uſui hæc omnia conſecrata ſunt, Rabbinici ſtyli diſcrepantiam monſtrarem, illuſtravi. Scriptionis formâ, quâ Raſche utitur, eſt omnium conſenſu admodum conciſa & laconica, paucis multa complectens; Gallicas quas immiſcet voces, quibusque Hebræas explicat, duodecimum, quo vixit, ſeculum, a quibus hodierna Gallicæ linguæ vocabula mirum in modum differunt, redolet, ut eorum ſenſum quandoque vix conjectura conſequamur. Suum hac in parte mihi adjicit calculum *Dn. Bartoloccius* (*h*) qui de ejus ſtylo ſequens fert judicium. *Stylus ipſius, quem ſervavit in Poſtilla Biblica, eſt ſuccinctus, plerumque literalis, tamen aliquibus in locis ob ejus obſcuritatem alium interpretem deſiderat.* Difficilia autem ſunt, quæ pulchra, quamvis enim *Raſche* obſcuro ſermone loquatur, multa tamen utilia loquitur. Sæpius hactenus compertus ſum, verum eſſe, quod Adrian. Relandus (*i*) de Commentarii Raſchiani uſu, quem in evolvendis Sacri Codicis vocibus præſtat, ſcripſit: *Conſultis omnibus*, inquit, *qui ad manum erant, tum iis, qui Bibliis Criticis comprehenſi erant, tum aliis Chriſtianis Interpretibus, dubio iſti, quod motum erat, non fiebat ſatis, & præter nudam explicationem vocis Hebrææ per vocem latinam, quam cum eâ convenire judicabant, nil plane in eorum ſcriptis inveniebamus. Solus Raſche (quamvis R. Levi ben Gerſon & R. David Kimchi aliquid etiam ad illuſtrationem ejus loci conferrent) rem, quam ſcrutabamur explicuit. Plura autem*

)( )(3 ejus-

(*h*) *loco jam allegato p. 380.* (*i*) *Adr. Relandi Analecta Rabbinica Prolegom.*

ejuſmodi ſupereſſe adhuc in Rabbinorum Commentariis quilibet experietur. *Alter*, quem huic libello adjeci, *Commentarius*, autorem agnoſcit *R. Aben Esram*, qui à *Bartoloccio* (*k*) egregiò exornatur elogio: *Rabbi Abraham Ben Meir Esræ Hiſpan. qui ab Hebræis communiter vocatur* חכם *Chachàm id eſt Sapiens, & vocabulo contracto* חראב״ע *Haravaà ex literis initialibus ejus nominis & cognominis, naſcitur Toleti, ut quibusdam placet. Fuit excellens Philoſophus, Aſtronomus, Medicus, Poëta, Grammaticus, Cabaliſta, & Sac. Scripturæ famoſus interpres. &c.* poſt pauca: *Variam etiam linguarum calluit notitiam, ac præſertim Arabicæ. Præclaro ingenio præditus, & rerum perſcrutandarum ita curioſus, ut domi paternæ diu morari impatiens, foras egreſſus, totum fere vitæ ſuæ ſpatium in peregrinationibus conſumſerit. Angliâ, Galliâ, Italiâ, Græcia, ac aliis diverſis mundi regionibus perluſtratis, tandem in Rhodo inſula vitæ periodum claudit, incerto anno.* Idem de Aben Eſra ſentit *Richard Simon* (*l*) *Aben Esra, ou plutôt Abraham Aben Esra*, inquiens, *eſt un des plus ſçavans, Rabbins, qui ait eté parmi les Juifs. Il a ecrit des Commentaires a la lettre ſur un bonne partie de l' Ecriture, qui ſe trouvent imprimés dans les grandes Bible de Veniſe & de Basle. Il a le ſtile aſſez concis: ce qui eſt cauſe, qu'il eſt quelquefois obſcur; outre que les Exemplares imprimés ne ſont pas tout-a-fait corrects.* In eadem inſula Rhodo, in quâ à *Bartoloccio* mortuus perhibetur, noſtrum quoque *Commentarium in Prophetam Haggæum* ſcripſit, uti ex ſubſcriptione finali, quam duodecim Prophetarum Minorum Commentario ſubjunxit, pateſcit. Addidiſſem his aliquem *Tractatum Talmudico-Miſchnicum*, niſi *Dn. Surenbuſius* aliquot abhinc annis, omnes unâ cum Rabbinicis Interpretibus in latinum ſermonem converſos uſui publico expoſuiſſet. Animus quoque erat *Ralbagi* ſive *R. Levi Ben Gerſomi Commentarium in Jobum* Ro-

(*k*) *Biblioth. Magn. Rabbin. in Vitâ R. Aben Esra Part. I. p. 56.* (*l*) *Conf. Hiſt. Critique du Vieux Teſt. Catalogue des Auteurs Juifs p. m. 535.*

Romanâ civitate donare, ſed cum eundem *Anno 1623. Latine & Hebraicè in 4to Pariſiis produiſſe* (m) cognoſcerem, mentem mutavi, ne actum agere viderer. Antequam ad hæc edenda animum appuli, ſollicitè inquiſivi, an forte aliqua horum Commentariorum verſio extaret, ſed nullibi Raſche Commentarium in totam Gen. neque in aliquam Parſcham translatum inveni; Laudatus *Dn. Bartoloccius* ex Raſche Commentariis ſequentes tantum Latio datos adducit: *Commentar. in Canticum Canticorum à Gilberto Genebrardo, Pariſiis in 4. Anno 1570. apud Marinum Juvenem; Expoſitionem in Joëlem ibid. apud eundem, Anno 1563. Commentar. in Abdiam, Jonam & Sophoniam ab Ar. Pontaco Burdegallenſi ap. eundem Anno 1566. in 4. Expoſitionem in Eſther ab Henrico Aquino Pariſ. cum notis Anno 1622. in 4.* In quatuor priores, inter Prophetas Minores, *Raſche* Commentarium una cum illo *Aben Esræ & Davidis Kimchii à Joan. Mercero* latinitate donatum, *Gieſſæque Haſſorum Anno 1695.* recuſum eſſe, conſtat. Et quamvis *Adrianus Relandus* (n) nos certiores reddat, *Amſtelodami agitari conſilium de recudendis Raſche Commentariis in latinum ſermonem transfuſis*, de iis tamen nihil, præter titulum in proxime antecedenti Lipſienſi Catalogo inter edenda conſpicere hactenus licuit. *Aben Esra Commentarium in Haggæum* nunquam antea in latinam civitatem receptum eſſe, ex eô conſtare poteſt, quod neque *Bartoloccius* neque *Relandus* (o) ejus mentionem faciat. Unicum ut in *Maimonidis Mercaba* advertas velim; Inſcripſerat illam noſter B. Autor Theologiam Maimonidis, cum tamen in duobus prioribus editionibus nihil invenias præterquam *Comment.* Rabbinicum in *Maimonidis duo priora capita* Tractatus *Jeſode Hatthora ſ. de Fundamentis Legis* inſcripti, qui in *Jad Chaſaka Libro I. Sepher Hammadda* appellato, invenitur; cum itaque ipſum Maimonidis textum deſiderari, Commentari-

(m) *Conf. Bartoloccii Biblioth. Magn. Rabb. Part. IV. p. 7.* (n) *Anal. Rab. Proleg.* (o) *ll. cc.*

tariumque abſque textu non intelligi intelligerem, hunc defectum ex *Vorſtii Conſtitut. Legis* ſupplevi. Quoniam autem hic, uti notum eſt, in verſionibus ſuis hallucinatur, eum quibusdam in locis emendavi, verbaque ejus, parentheſi incluſi. Scias ergo L. B. hanc editionem duobus antecedentibus multo eſſe præſtantiorem, quippe quæ non modo multis in locis emendata, allegationibus & ſupplementis exornata, multâque curâ à mendis typographicis repurgata; ſed etiam duobus aliis Commentariis, nondum hactenus in Latio viſis, nec non quamplurimis locis Rabbinicis ex Gemarâ, Rabboth aliiſque Rabbinicis ſcriptoribus excerptis aucta, & locupletior reddita eſt.

Vale.

י״ה חנן ליהוחנ״ן געארגיאו״ס עבדו׳ אשר נתן לו לב להבין סודו׃
ה״ירא וחרד לדבר ה״ לעשות מצותיו ואוהב אותו בנפשו ובמאודו׃
ו״להורות נתן בלבו לפרש ספרי הקדמונים לכבוד קונו ולא לכבודו׃
ח״כם ומבין דבר מתוך דבר מהר לשמוע וקשה לאבדו׃
נ״טע נעמן׳ חכם אומן בקי בחדרי תורה וכל טוב אדניו בידו׃
נ״ותק ושופע לתלמידיו משפעת יקרת הדרתו והודו׃

זאת כתבתי לכבוד שמים ולכבוד המחבר
הצעיר אהרן איש מרגליות׃

מעוז

מעשה בראשית

ſive

IN PARASCHAM PRIMAM GENESEOS COMMENTARIUS R. SALOM. JARCHI.

Cum verſione & quibusdam Notis Philologicis.

Cap. I. v. 1.

DIxit R. Iſac (α) non fuit neceſſe incipere legem aliunde, quam de hoc: מהחודש הזה לכם i. e. *Menſe hoc vobis præcipio* (Ex. XII, 2.) iſtud enim eſt præceptum primum (eorum) quæ præcepta ſunt Iſraëlitis. Quæ autem ratio eſt incipiendi à בראשית Propter Præſtantiam operum ejus (Dei) ut annunciaret populo ſuo, ſe velle dare ipſis hæreditatem gentium (Pſ. II, 8.) Quando (a) forte dicturi ſunt populi terræ ad Iſraëlitas, prædones eſtis vos quoniam ſubjugâſtis terras VII. populorum, (ſc. Philiſtæorum. Amoritarum, Phereſitarum &c.) ut ipſi (Iſraëlitæ) reſpondeant ipſis: Omnis terra eſt S. B. qui creavit illam & dedit ei, qui rectus eſt in oculis ejus. Pro ſuo lubitu dedit illam his, pro lubitu ſuo abſtulit ipſis, & dedit eam nobis.

בראשית אמר ר' יצחק (α) לא היה צריך להתחיל את התורה אלא מהחדש הזה לכם שהיא מצוה ראשונה שנצטוו ישראל: ומה טעם פתח בבראשית משום כח מעשיו הגיד לעמו לתת להם נחלת גוים שאם יאמרו אומות העולם לישראל לסטים אתם שכבשתם ארצות ז' גוים הם אומרים להם כל הארץ של הק"בה היא הוא בראה ונתנה לאשר ישר בעיניו ברצונו נתנה להם וברצונו נטלה מהם ונתנה לנו:

(a) Breſchith. Rab. Parſch. 1. fol. 3. col. 1.

Digitized by Google

בראשית ברא׳ אין המקרא הזה אומר אלא דורשני כמו שדרשו רז׳ל בשביל התורה שנקראת ראשית דרכו ובשביל ישראל שנקראו ראשית תבואתו׳ ואם באת לדרשו כפשוטו כך פרשהו בראשית בריית שמים וארץ והארץ היתה תוהו ובוהו וחשך ויאמר אלוהים יהי אור׳ ולא בא המקרא להורות סדר הבריאה לומר שאלו קדמו שאם בא להורות כך היה לו לכתוב בראשונה ברא את השמים וגו׳ שאין לך ראשית במקרא שאינו דבוק לתיבה של אחריו כמו בראשי׳ ממלכת יהויקים ראשית ממלכתו ראשית דגנך אף כאן אתה אומר בראשית ברא אלהים וגו׳ כמו בראשית ברוא ודומה לו תחלת דבר ה׳ בהושע כלומר תחלת דבורו של הקבה בהושע ויאמר ה׳ אל הושע וגו׳ ואם תאמר להורות בא שאלו תחלה נבראו ופירושו בראשית הכל ברא אלו ויש לך מקראות שמקצרים לשונ׳ וממעטי׳ תיבה אחת׳ כמו כי לא סגר דלתי

בראשית ברא. Non Scriptura ſimpliciter loquitur, igitur myſtice (1) explicabo, quemadmodum fecerunt Rabbini noſtri f.m. (*a*) בשביל התורה i.e. Propter legem, quæ vocatur principium v..æ ſuæ, (Prov. IIX, 22.) Et propter Iſraelem, qui vocantur principium proventûs ejus (Jer. II, 3.) Quòd ſi verò velles exponere literaliter is eſſet ſenſus; In principio creationis cœli & terræ. *Et terra erat inanis & vacua &c. & caligo &c: & dixit Deus: Fiat Lux.* At verò Scriptura non venit monſtrare ordinem creationis, dicendo: quod illa anteverterint (i. e. prius creata fuerint.) Si enim voluiſſet monſtrare (ordinem illum) fuiſſet ſcribendum בראשונה, primùm primò creavit cœlum & terram &c. Non enim reperies vocem ראשית in ſcriptura quæ non ſit conſtructa cum voce ſequenti v. g. (Jer. XXVI, 1.) in principio Regni Jojakim, &c. (Gen. X, 1.) principium Regni ejus (Deut. XIIX, 4.) principium frumenti tui &c: Sic etiam hîc deberes dicere: בראשית ברא אלהים &c. quaſi dicatur בראשית ברוא. in principio τῶ creare, cui ſimile eſt (Hoſ. I, verſ. 2.) תחלת דבר. Principium τῶ loqui Deum ad Hoſeam i.e. Principium ſermonis S.B. ad Hoſeam, dixit Deus ad Hoſeam &c. Quod ſi dicas: Venire (ſcripturam) monſtratum (nobis ordinem creationis.) quòd illa (memorata verſu 1.) principio ſint creata, & ſenſum eſſe: In Principio omnium creavit, videaturque tibi ſcripturam hîc loqui ellypticè

(*a*) Breſch. Rab. Parſch. 1. f. 3. col. 3. & Jalk. Sim. fol. 2. col. 1.

Digitized by Google

pticè omittendo unam vocem, quemadmodum (Job. III, 9.) dicitur: quoniam non clauſit fores uteri mei, nec tamen adjicit quisnam ille claudens ſit. Item (Jeſ. IIX, 5.) portabit opulentiam Damaſci, nec tamen exponit, quisnam portaturus eandem ſit. Item (Amoſ.VI, 12.) an araturus bobus, nec tamen ſcribit: an araturus ſit homo bobus. Idem (Eſa. XLVI, 10.) annunciat à principio finem, nec tamen ſcripſit: Annunciat à principio rei finem rei. Quod ſi ita eſt mirare tecum. Ecce enim aquæ anteverterunt, ſiquidem ſcriptum eſt: Et Spiritus Domini ferebatur ſuper aquis (v. ſeq. 2.) Et tamen hactenus nondum revelavit Script. in ordine antecedentium & conſequentium, quando creata fuerit aqua. Ecce didiciſti, quòd anteverterint aquæ terram. Porrò (β) cœli ex igne & aqua creati ſunt, ergò vel nolens conceſſeris non docuiſſe ſcripturam in ordine prioritatis & poſteritatis ullam rem. (ברא אלהים) Non dictum eſt יהוה (loco אלהים) quoniam initio volebat creare ipſam (terram) per attributum judicii, cum autem vidiſſet, quod mundus non poſſit ſubſiſtere per attributum Judicii, antevertit attributum miſericordiæ & commutatum eſt cum attributo Judicii. Et hoc ipſum eſt, quod ſcriptum eſt, in die quo fecerat Jehova Elohim terram & cœlum (Gen. II, 4.) (תהו ובהו) Tohu (γ) eſt ſignificationis admirandi & obſtupeſcendi, ut homo obſtupeſcat & perterreſiat ob illam vaſtitudinem quæ in eâ. Tohu Gallicè eſt [a] *eſtonnaiſon*(δ)

A 2 Bohu

דלתי בטני ולא פי' מי הסוגר'
וכמו ישא את חיל דמשק
ולא פי' מי ישאנו וכמו אם
יחרוש בבקרים ולא פי' אם
יחרוש אדם בבקרים וכמו
מגיד מראשית אחרית ולא
פי' מגיד מראשית דבר
אחרית דבר אם כן תימה על
עצמך שהרי המים קדמו
שהרי כתוב ורוח אלהים
מרחפת על פני המים ועדיין
לא גלה המקרא בסידור
הקודמים והמאוחרים בריית
המים מתי היתה' הא למדת
שקדמו המים לארץ ועוד
שהשמים (β) מאש ומים
נבראו על כרחך לא לימד
המקרא בסדר המוקדמים
והמאוחרים כלום: ברא
אלהים· ולא אמר ברא ה'
שבתחלה עלה במחשבה
לבראתו במדת הדין וראה
שאין העולם מתקיים
והקדים מדת רחמים
ושתפה למדת הדין' והיינו
דכתיב ביום עשות ה'
אלהים ארץ ושמים· תהו (γ)
ובהו· תהו לשון תמה
ושממון שאדם תוהא
ומשתומם על בהו שבה: v. 2.
תהו· אשטורדישון (δ) בלעז·
בהו

(a) r. etourdiſon, perturbatio.

בהו לשון רקות וצדו: על
פני תהום· על פני המים
שעל הארץ: ורוח אלהים (ε)
מרחפת· כסא כביד עומד
באויר ומרחף על פני המי'
ברוח פיו של הקב"ה ובמאמרו
כיונ' המרחפת על הקן
v. 4. אקובטיר (ζ) בלעז: וירא
אלקים את האור כי טוב
ויבדל· אף בזה אנו צריכים
לדברי אגדה ראהו שאינו
כראי להשתמש בו רשעים
והבדילו (η) לצדקים לעתיד
לבא זהו פשוטו כך פרשהו
ראהו כי טוב ואין נאה לו
ולחשך שיהיו משתמשים
בערבוביא וקבע לזה
תחומו ביום ולזה תחומו
v. 5. בלילה: יום אחד לפי סדר
לשון הפרשה היה לו
לכתיב יום ראשון כמו
שכתוב בשאר הימים שני
שלישי רביעי למה כתב
אחד לפי שהיה הקב"ה יחיד
בעולמו' שלא נבראו
המלאכים עד יום שני כך
מפורש (ϑ) בבראשית רבה:
v. 6. יהי רקיע· יחזק הרקיע
שאעפ שנבראו שמים ביום
א' עדיין לחים היו וקרשו
בשני מגער' הקב"ה באומרו
יהי רקיע וזש עמודי שמים
ירופפו

Bohu eſt ſignificationis vacui & deſolationis. (על פני המים) ſuper faciem aquarum, quæ erant ſuper terrâ. Et Spiritus Domini (ε) ferebatur.) Solium gloriæ ſtans in aëre & expandens ſe ſuper faciem aquarum ſpiritu oris S. Benedicti & per dicere ſuum, ſicuti columba expandens ſe ſuper nidum *cuber* (a) (ζ) Gallicè. *Et vidit Deus lucem quod bona, & diſtinxit.)* Et hoc debemus exponere myſticè (velhic opus habemus verbis Agadæ.) Vidit ipſam lucem, quod non conveniat miniſtrare illam malis, & ſeparavit (reſervavit) illam juſtis tempore futuro. Sed ſecundum ſenſum literalem, hæc eſt explicatio ejus: Vidit eam, quòd bona eſſet, & non conveniat ut ipſa cum caligine ſimul miniſtret ſine diſcrimine, propterea poſuit huic terminum ſuum Die, illi verò noctu. Dies unus) ſecundum ordinem diſtinctionis ſcribere debuiſſet יום ראשון Dies primus, quemadmodum ſcriptum eſt de cæteris diebus: Secundus, tertius, quartus. Cur igitur ſcripſit *Unus?* Quoniam S.B. fuit Unicus in mundo ſuo. Non enim creati ſunt Angeli uſque ad diem ſecundum. Sic exponitur (ϑ) in Bereſchis Rabba *(b)*. Fiat firmamentum) conſolidetur firmamentum. Quamvis enim creati fuerint cœli die primo, hucusque tamen adhuc humidi fuerunt, ſed conſolidati ſunt die ſecundâ, ob clamorem S.B. cum diceret: *Fiat firmamentum.* Et hoc eſt, quod ſcriptum eſt (Job. XXVI, 11.) Columnæ cœli contremiſcent

(a) r. acconveter. ausbrůten/ incubare ovis. (b) Breſch. Rab. Parſch. I. fol. 3, col. 2.

miſcent (ſc. toto die primo) die autem ſecundo obſtupeſcebant ob increpationem ejus, ſicuti homo, qui attonitus ſtat ob clamorem ſubito venientem ſuper ipſum. (*a*) *In medio aquarum)* In medio aquarum, ut ſit diſtinguens, inter aquas ſuperiores & inferiores, & firmamentum (eo ſpacio) (*b*) quale quoque à firmamento eſt uſque ad aquas inferiores. En didiciſti, quòd (*i*) ipſæ (aquæ) ſuperiores pendeant per Verbum Regis. *Et fecit Deus firmamentum.)* i. e. firmavit ipſum ſuper columnam ejus & fuit factura ſimilis ei de qua (Deut. XXI, 12.) & faciat (i. e. præparet aut abſcindat) ungues ſuos. (.מעל לרקיע) Non dictum eſt על הרקיע, ſed מעל לרקיע quoniam illæ pendent in aëre. Sed cur non (*x*) dictum eſt כי טוב die ſecunda? propterea, quòd non fuerit perfectum opus aquarum uſque ad diem tertium. Et ecce incepit in die ſecundo, & loquitur (ſcriptura) quod non abſolutum ſit in ſuâ perfectione & bonitate, Sed in die tertio ubi abſolutum fuit opus aquarum, & incepit & perfecit opus aliud, reperitur כי טוב duabus vicibus, unum reſpectu perfectionis operis ſecundi diei, alterum reſpectu perfectionis hujus diei. (tertii ſcil.) (ויקרא אלהים לרקיע שמים· שא מים· i. e. שם מים Ibi aquæ, ignis & aquæ, permiſta erant inter ſeſe, & fecit ex illis cœlum. (.יקוו המים) fuerunt diffuſæ ſuper-

ירופפו כל יום א׳ ובשני
יתמהו מגערתו כאדם
שמשתומם ועימד מגערת
המאיים עליו: בתוך המים׳
באמצע המים שיש הפרש
בין מים העליונים
לתחתוני׳ לרקיע כמו בין
רקיע למים שעל הארץ הא
למדת שהם (*i*) תלויים
v. 7. במאמרו של מלך: ויעש
אלהים את הרקיע תקנו
על עמדו והיא עשייתו כמו
ועשתה את צפרניה: מעל
לרקיע· על הרקיע לא נאמר
אלא מעל לרקיע לפי שהן
תלויים באויר ומפני מה
לא נאמר כי טוב ביום
שני לפי שלא היה נגמר
מלאכת המים עד יום ג׳
והרי התחיל בה בשני ודבר
שלא נגמר אינו במלואו
וטובו· ובשלישי שנגמ׳
מלאכ׳ המי׳ והתחיל וגמר
מלאכה אחרת כפל בו
כי טוב שני פעמים אחת
לגמר מלאכת השני ואחת
v. 8. לגמר מלאכת היום: ויקרא
אלהים לרקיע שמים·
שא מים שם מים אש ומים
שערבן זה בזה ועשה מהם
v. 9. שמים: יקוו המים· היו
שטוחין

(*a*) r ob clamorem terrentis ipſum. (*b*) vel: h. e. inter firmamentum & aquas terreſtres.

Digitized by Google

שטוחין על פני כל הארץ
והקוום באוקיינוס הוא הים
v. 10. הגדול שבכל הימים: קרא
ימים׃ והלא ים אחד הוא
אלא אינו דומה טעם דג
העולה מן הים בעכו לדג
העולה מן הים באספמיא:
v. 11. תדשא הארץ: דשא עשב׳
לא דשא לשון עשב ולא
עשב לשון דשא ולא היה
לשון המקרא לומ׳ תעשיב
הארץ שמיני דשאין
מחולקין כל אחד לעצמו
נקרא עשב פלוני ואין לשון
למדבר לומר דשא פלו׳
שלשון דשא הוא לבישת
הארץ כשהיא מתמלאת
בדשאים: תדשא הארץ׳
תתמלא ותתכסה לבוש
עשבים בלשון לע״ז נקרא
דשא ארבאזי כלן בערבוביא
וכל שרש לעצמו נקרא עשב:
מזריע זרע׳ שיגדל בו זרעו
לזרוע ממנו במקום אחר:
עץ פרי׳ שיהא טעם העץ
כטעם הפרי והיא לא עשתה
כן אלא ותוצא הארץ עץ
עושה פרי ולא העץ פרי
לפיכך כשנתקלל אדם על
עונו נפקדה גם היא על עונה
ונתקללה: אשר זרעו בו׳
הן

ſuper faciem totius terræ & congregavit illas in Oceanum, qui eſt mare maximum omnium marium. קרא ימים Nonne mare unicum tantum eſt? Reſpondeo (ideò id factum) quoniam non ſimilem ſaporem habet piſcis aſcendens ex mari in Acco (Vid. Cluv. Hiſtor. p. 183. b) reſpectu piſcis, qui aſcendit ex mari Hiſpanico תדשא הארץ (λ) דשא עשב׃) דשא non eſt ſignificationis עשב, neque עשב ſignificationis דשא. Neque mos eſt ſcripturæ dicere תעשיב הארץ ſiquidem ſpecies דשאין diſtinctæ ſunt quarum quælibet vocatur Eſe *(quoddam)* neque mos eſt loqui ita: דשא N. *(quoddam)* quoniam vox דשא habet ſignificationem veſtiendi terram, quando ipſa eſt repleta דשאים graminibus. (תדשא הארץ) Oppleatur & cooperiatur veſtimento graminum. Gallicè vocatur דשא *Herbage* promiſcuè; quodlibet verò per ſe vocatur עשב. (מַזְרִיעַ זֶרַע) Ut augeatur in illo ſemen ejus ad ſeminandum ex illo in locum alium. (עץ פרי) Ut ſit ſapor ligni quemadmodum ſapor eſt fructûs. *(a)* Sed ipſa (terra) non fecit ita. Nam (dicitur mox) & terra producebat *lignum faciens fructum*, non verò *arborem fructûs*. Ideò, quum maledictus fuit homo ob delictum ſuum, etiam viſitata eſt illa ob transgreſſionem ſuam & maledicta eſt. (אשר זרעו בו) Hæc ſunt grana vel ſemina omnis fructus ex

(a) Jalkut Sim. Part. I. f. 3. col. 4. in medio.

Digitized by Google

ex quibus arbores naſcuntur, quando plantantur ſeminantur (*a*) ותוצא הארץ) Quamvis non dictum fuerit *ſecundum ſpeciem ſuam* de graminibus, in præcepto illis dato, audiverunt tamen quod etiam ita præceptum fuerit arboribus, propterea ſumpſerunt inde leve & grave (i.e. collegerunt à minori ad majus) de ſeipſis, ſicuti exponitur myſticè in mactatione Cholin (*b*) יהי מאורות (וגומ') Primo jam die creata ſunt, ſed quarto demum præcepit ipſis, ut pendeant in firmamento. Et ſic omnes generationes cœli & terræ die primo creata ſunt. Singula autem abſoluta ſunt eo die, qui ipſis erat decretus, hoc eſt quod ſcriptum eſt השמים cum particula את ad multiplicandum generationes cœli, item את הארץ ad multiplicandum generationes ejus quoque. יְהִי מארת) Deficit Vav ſcripturæ, quoniam hic dies fuit maledicta, infauſta, (מארה enim maledictionem notat) dum decideret אסכרה (*μ*) ſuper infantulos, hoc eſt, quod diſcimus, quarto die jejunaſſe, propter Anginam, ne caderet in infantes. להבריל בין היום (ובין הלילה·) Uſque dum congregata fuerit lux primæva. Septem autem diebus creationis miniſtrarunt lux & tenebræ primigeniæ, lux quidem die, tenebræ verò nocte. (*ν*) (והיו לאותות.) Quando enim luminaria percutiuntur (ecclipſin patiuntur) ſignum malum eſt Mundo. Quare dictú eſt (Jer. X, 2.) à ſignis cœli

הן גרעיני כל פרי שמהן
האילן צומח כשנוטעין
v. 12. אותו׃ ותוצא הארץ וגו׳ אעפ
שלא נאמ׳ למינהו ברשאין
בצוויהן שמעו שנצטוו
האילנות על כן ונשאו קל
וחומר בעצמן כדמפורש
v. 14. באגדה בשחיטת חולין׃ יהי
מאורות ·וגו׳· מיום ראשון
נבראו וברביעי צוה עליהם
להתלות ברקיע וכן כל
תולדות שמים וארץ נבראו
ביום ראשון וכל אחד ואחד
נקבע ביום שנגזר עליו הוא
שכתוב את השמים לרבות
תולדותיהם ואת הארץ
לרבות תולדותיה׃ יהי
מארת· חסר ויו כתי׳ על
שהוא יום מארה ליפול
אסכרה (*μ*) בתינוקות הוא
ששנינו בר׳ היו מתעני׳ על
אסכר׳ שלא תפו׳ בתינוקו׳׃
להבדיל בין היום ובין
הלילה· משנגנז האור
הראשון אבל בשבעת ימי
בראשית שמשו האור
והחשך הראשונים יחד זה
ביום וזה בלילה׃ והיו
לאותות· כשהמאורות לוקין
סימן רעהוא לעולם שנאמר
מאותות השמים אל תחתו
בעשותכם

(*a*) Vel: ex quibus arbor progerminat, quando plantant illam. (*b*) Vid. Talmud. Tract. Chulin Cap. III. fol. 60. fac. 2.

בעשותכם רצון הקב״ה אין
אתם צריכין לדאג מן
הפורענות: ולמועדים. על
שם העתיד שעתידין ישראל
להצטוות על המועדות והם
נמנים למולד הלבנה:
ול ימים. שמוש החמה חצי
היום ושמוש הלבנה חצי
הרי יום שלם: ושנים. לסוף
שסה ימים יגמרו מהלכתם
ביב מזלות המשרתים אותם
v. 15. והיא שנה: והיו למאורות
עוד זאת ישמשו שיאירו
לעולם: המאורות הגדולים.
שוים נבראו ונתמעטה
הלבנה על שקטרגה ואמר
v. 16. אא לשני מלכים שישתמשו
בכתר אחד: ואת הכוכבים.
על ידי שמיעט את הלבנה
הרבה צבאיה להפיס דעתה:
v. 20. נפש חיה. שיהא בה חיות:
שרץ. כל דבר חי שאינו
גבוה מן הארץ קרוי שרץ:
בעוף. כגון זבובים כשקצים.
כגון נמלים וחיפושית
ותולעים. בבריות כגון
חולד ועכבר וחומט וכיוצא
v. 21. בהם וכל הדגים: התנינם.
דגים גדולים שבים. ובדברי
אגדה הוא לויתן ובן זוגו
שבראם זכר ונקבה והרג
את הנקבה ומלחה לצדיקים
לעתיד לבא שאם
יפרו וירבו לא יתקיים
העולם

cœli ne conſternemini ſi enim voluntatem S. B. facitis non neceſſe eſt ut metuatis vobis ob pœnam. ולמועדים) de futuro loquitur, quia futurum erat ut Iſraëlitis præciperetur de Feſtis & temporibus ſtatutis, quæ numerantur ſecundum Novilunia. ולימים) Miniſterium ſolis eſt ſemiduum, & Lunæ ſemiduum, en diem integrum. ושנים) Uſque ad finem 365. dierum terminantur (anni) dum tranſeunt per 12. ſigna cœleſtia (inſervientia illis) & hoc eſt annus. והיו למאורות) Præterea etiam ad hoc conducunt, ut illuminent terram (mundum.) המאורות הגדולים) Æqualia creata ſunt & diminuta eſt Luna, quoniam rixata eſt dicens: anne poſſibile eſt, duos reges uti coronâ unâ? (*a*) ואת הכוכבים) Quoniam diminuit Lunam, auxit exercitum ejus, ut ſedaret iram ejus. נפש חיה) In qua vita ſit. שרץ) Omne vivens quod non habet erectam è terra ſtaturam, vocatur שרץ. Ex volatilibus. v. g. muſcæ. Ex reptilibus. v. g. formicæ (*Scarabæi*) & vermes. Ex reliquis creaturis v. g. muſtela, mus, lacerta, & ſimilia, item omnes piſces maris. התנינים) Piſces magnos, qui in mari ſunt. (*b*) Myſticè autem eſt Leviathan, & fæmella ipſius, quos creavit (Deus) maſculum & fœminam & interfecit fœminam, ſaleque condiit illam juſtis venturis. Si enim fructificantes & multiplicati fuiſſent, non potuiſſet mundus

(*a*) Vid. Talm. Chulin cap. 3. fol. 60. fac. a. (*b*) Talm. Tract. Baba Batra cap. 5. fol. 74. fac. 2.

העולם בפניהם: נפש חיה׳
נפש שיש בה חיות: ויברך v. 22.
אותם׳ לפי שמחסרים אותם
וצדין מהם ואוכלין אותם
היצרכו לברכה ואף החיות
היצרכו לברכה אלא מפני
הנחש העתיד לקללה לכך
לא ברכן שלא יהא הוא
בכלל: פרו׳ לשון פרי
כלומר עשו פירות׳ ורבו׳
אם לא אמר אלא פרו היה
אחד מוליד אחד ולא יותר
ובא ורבו שאחד מוליד
הרבה: תוצא הארץ׳ הוא v. 24.
שפירשתי שהכל נברא מיום
ראשון ולא היצרכי אלא
להוציאם: נפש חיה: שיש
בה חיות:׳ ורמש׳ הם
שרצים שהם נמוכים
ורומשים על הארץ ונראים
כאלו נגררים שאין הלוכן
ניכר כל לשון רמש ושרץ
בלשוננו קינמיברש: ויעש׳ v. 25.
תקנם בצביונן בקומתן:
נעשה אדם׳ ענותנותו של v. 26.
הקדוש ברוך הוא למדנו
מכאן לפי שהאדם
בדמות המלאכים ויתקנאו
בו לפיכך נמלך בהם
וכשהוא דן את המלאכים
הוא נמלך בפמליא שלו
שכן

dus ſubſiſtere propter ipſos. נפש חיה) Corpus in quo eſt vita. *Et benedixit illis)* Quoniam verò diminuunt illa, dum venantur ea (homines) & comedunt, neceſſe habent benedictione. At, annon etiam beſtiæ indigent benedictione? Reſpondetur, propter ſerpentem, quia futurus maledici. *(a)* non benedixit illis, ne & ſerpens ſit in illo complexu. פרו. Eſt ſignificationis de fructu, quaſi dicat fructificate. ורבו) Si enim dixiſſet tantum פרו, unum tantum genuiſſet unum, & non plura, venit autem vox ורבו, ut unum gignat plura. *Educat terra)* hoc eſt quod expoſui (priùs) omnia ſcilicet eſſe creata die primo, neque enim reſtabat aliud, quam ut educeret illa [terra] נפש חיה) in quo eſt vita. *Et reptile.* Illa vocantur שרצים, quoniam depreſſa [humilia] ſunt, & repunt ſuper terram, & veluti volvuntur [i. e. caudam trahunt die da ſchleiſchen) ut progreſſio ipſorum vix ſentiri poſſit. In noſtra lingua [Gallica] eſt *omnevers*. *(b) Et fecit)* id eſt perfecit ea ſecundum ornatum & ſtaturam eorum. *Faciamus hominem)* Humilitatem S. B. diſcimus hîc. Quia enim homo [creatus fuit] ad ſimilitudinem angelorum, odio proſequi potuiſſent ipſum, propterea conſilium iniit cum ipſis. Sic quando ipſe judicat, *(c)* cum angelis conſultat, & init conſilium cum familia ſua.

B Ita

(a) Sed propter ſerpentem, qui futurus erat ad maledictionem. (b) Rectius: commouſeurs ab antiquo commouſoir ſich bewegende Thiere. *(c) l. quando judicat angelos, Ille conſultat cum familia ſua i. e. angelis ſanctis.*

שכן מצינו באחאב שאמר לו
מיכה ראיתי את ה' יושב על
כסאו וכל צבא השמים
עומדים עליו מימינו ומשמאלו
וכי יש ימין ושמאל לפניו
אלא אלו מימינים לזכות
ואלו משמאילין לחובה.
וכן בגזרת עירין פתגמא
ובמאמר קדישין שאלתא:
אף כאן בפמליא שלו
נטל רשות אמר להם יש
בעליונים כדמותי אם אין
כדמותי בתחתונים הרי יש
קנאה במעשה בראשית:
נעשה אדם אף על פי שלא
סייעוהו ביצירתו ויש מקום
למינין לרדות· לא נמנע
הכתוב מללמד דרך ארץ
ומדת ענוה שיהא הגדול
נמלך ונוטל רשות מן הקטן
ואם כתב אעשה אדם לא
v. 27. למדנו שיהא מדבר עם בית
דינו אלא עם עצמו (ξ)
ותשובתו כתב בצדו ויברא
את האדם ולא כתב ויבראו:
בצלמנו· בדפוס שלנו:
כדמותינו· להבין ולהשכיל:
וירדו בדגת הים· יש
בלשון הזה לשון רידוי,
ולשון ירידה · זכה
רודה

Ita enim reperimus de Achabo cui dixerat Micha (1. Reg. XXII, v. 19.) Vidi Jehovam ſedentem ſuper thronum ſuum, & omnem exercitum cœlorum ſtantes dextrâ ejus & ſiniſtra ejus. Sed quomodo quæſo eſt dextrum & ſiniſtrum coram ipſo? Reſpondetur: Illi (Angeli) ſunt à dextera, quando excuſant, à ſiniſtris verò quando accuſant. Et ſic (ſcriptum eſt Dan. IV. v. 14.) in decreto Vigilum decretum, & in ſermone Sanctorum conſtitutum eſt. Sic quoque hîc (Deus) à Familiâ ſuâ licentiam petiit, dicendo ipſis: Eſt in ſuperioribus (aliquid creati) ſecundum ſimilitudinem meam, quod ſi non etiam in inferioribus (eſſet creatura) ad ſimilitudinem noſtram, eſſet Zelotypia in operibus creationis. *Faciamus hominem)* Quamvis autem non adjuverint (Angeli) in formatione ipſorum (hominum) eſt tamen locus Epicuræis *(a)* reſpondendi: non prohibere ſcripturam, quo minus (h. l.) diſcamus morem hominum, & virtutem humilitatis, ut & major conſultet & licentiam ſumat à minori. Quod ſi autem ſcripſiſſet, faciam hominem, non doceret nos, quod fuiſſet collocutus cum concilio ſuo, ſed ſecum ipſo. (ξ) Et reſponſio ejus (alia) hæreticis ſcripta ad latus ſuum: (dum dicitur) *& creavit hominem*, non verò ſcripſit: *Et creaverunt*. (בצלמנו) ſecundum typum (formam) noſtrum. (כדמותינו) ad ſciendũ & intelligendum. *Et dominentur in piſces maris* (b) Eſt ex hac voce vox רידוי & vox ירידה; Dignus (ſc. ho-(mo

(a) Alii legunt לאפיקורס Epicuro. (b) Hunc locum ita interpretor: Eſt in voce hâc tam ſignificatio dominii, quam humiliationis. Si pius eſt homo, dominatur in feras & jumenta, ſed ſi non pius eſt, factus eſt inferior coram ipſis ſc. animalibus & beſtia dominatur in illum, vide שפתי חכמים ad h. l.

רודה בחיות ובבהמות לא זכה
נעשה ירוד לפניהם והחיה
מושלת בו: ויברא אלוהים
את האדם בצלמו ברפוס
העשוי לו שכל נברא במאמר
והוא נברא בידים
שנאמר ותשת עלי כפכה
נעשה בחותם כמטבע העשויה
על ידי רושם שקורין קונייו וכן
הוא אומר תתהפך כחומר
חותם: בצלם אלוהים ברא
אותו· פירש לך שאותו צלם
המתוקן לו צלם דיוקן יוצרו
הוא: זכר ונקבה ברא אותם·
ולהלן הוא אומר ויקח אחת
מצלעותיו וגו׳· ומדרש אגדה
שבראו שני (o) פרצופים
בבריה ראשונה ואחר כך
חלקו· ופשוטו של מקרא כאן
הודיעך שנבראו שניהם
בששי ולא פירש לך כיצד
בריותן ופירש לך במקום
v. 28. אחר: וכבשה (π) חסר ויו
ללמדך שהזכר כובש את
הנקבה שלא תהא (ρ)
יוצאנית ועוד למדך
שהאיש שדרכו (σ) לכבוש
מצווה על פריה ורביה ולא
v. 29. האשה: לכם יהיה לאכלה
30. ולכל חית הארץ· השוה להם
בהמות

mo eſt ut dominetur in beſtias, non verò ut animalia ipſi dominentur. *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam)* Id eſt ſecundum typum [ideam] quem fecerat ſibi: Mundus enim creatus eſt per dicere, homo verò creatus eſt per manus ſicuti dicitur (Pſ. CXXXIX, 5.) ponis ſuper me volam tuam: *Faciamus:* *(a)* qſ. per ſigillum aut annulum [ſignatorium] quo mediante imprimitur ſigillum quod vocamus כנייר *anneau* Et ſic quoque [ſcriptura] dicit [Job. XXXVIII, 14.] Vertes ſicut lutum figuli. *Bezelem Elohim bara Otho.)* Exponitur tibi, quod *Zelem* Imaginem præparaverit, priuſquam formaverit ipſum (hominem) זכר ונקבה ברא אותם) & hoc eſt, quod ulterius dicitur, & accepit unam ex lateribus ejus &c: Et myſticus ſenſus eſt. *(b)* quod creatæ ſint (o) duæ facies ab initiô quæ poſtmodum diviſæ ſunt. Senſus autem literalis ſcripturæ hic certum te facit, quòd creati ſunt ambo ſexto die, non autem exponit quomodo ſeſe habuerit creatio ipſorum, ſiquidem hoc exponitur alibi. וכבשה.) (π) Deficit Vav, ut diſcas: maritum ſubjugare ſibi debere mulierem, ne ſit (ρ) excurſatrix. Porro diſcis, quòd marito ſit (σ) præceptus congreſſus ſive multiplicatio & fructificatio, non verò mulieri. *Vobis erit in victum, & omni beſtiæ terræ.)* Æquiparat ipſis beſtias

B 2

(*a*) Faciamus, ſigillô quodam, quemadm. moneta fabricatur mediante inſtrumento ſignatorio, quod vocant Ital. cogno Gall. coin der Stempel.

(*b*) Vid. Tract. Talm. Keſubbos Cap. I. fol. 8. fac. 1. it. Sanhed. cap. IV. fol. 38. fac. 2. fol. 39. fac. 1. It. Eruvin Cap. II. fol. 19. fac. 1. Nidda cap. III. fol. 22. fac. 2. &c.

בהמות וחיות למאכל ולא
הרשה לאדם ולאשתו
להמית בריה ולאכול בשר
אך כל ירק עשב יאכלו יחד
כלם וכשבאו בני (ד) נח התיר
להם בשר שנאמר כל רמש
אשר הוא חי וגומר כירק
עשב שהתרתי לאדם
הראשון נתתי לכם את כל:
v. 31. יום הששי היסף ה״א בששי
בגמר מעשה בראשית לומר
שהתנה עמהם על מנת
שיקבלו עליהם ישראל
חמשה חומשי תורה: דבר
אחר יום הששי כלם תלוים
ועומדים עד יום הששי הוא
שש בסיון המוכן למתן
Cap. II. תורה: ויכל אלוהים ביום
v. 2. השביעי רבי שמעון אומר
בשר ודם שאינו יודע עתיו
ורגעיו צריך להוסיף מחול
על הקדש הקב״ה שיודע עתיו
ורגעיו נכנס בו כחוט
השערה ונראה כאילו כלה
בו ביום: ד״א מה היה העולם
חסר מנוחה באת שבת באת
מנוחה כלתה ונגמרה
v. 3. המלאכה: ויברך ויקדש
ברכו במן שכל ימות השבוע
יורד

beſtias & animalia quoad cibum. Non autem permiſit Adamo & uxori ejus interficere creaturas, & comedere carnem, ſed tantum omnem herbam viridem comedere licitum erat & homini & bruto. Poſtquam verò venerunt Noachidæ (r) permiſit ipſis carnem ſicuti dicitur (Gen. IX, 3.) omne reptile quod vivit. Sicut herbam viridem (quam permiſi jam homini primo) dedi vobis omnia *Dies ſextus)* Redundat ה in voce ששי in complemento operum creationis, quaſi dicat, quòd pepigerit cum ipſis (ſive quod hac conditione cum ipſis egerit) ut reciperent Iſraëlitæ quinque quaterniones *(quintas)* legis (ה quinque notat.) Alia expoſitio: dicitur יום הששי (ſc. cum He emphatico) quoniam omnia pendent & ſtant ac ſi illo die ſexto, qui eſt ſextus in Sivan eſſent creata propter traditionem legis [ſc. in illo die *Vajchal elohim &c.)* R. Simeon dicit: *(a)* Quoniam Homo (caro & ſanguis) neſcit tempus & momentum ejus (ſc. Sabbathi, quo momento ingrediatur, neceſſe eſt addere (aliquam particulam temporis) de profano ad ſanctum. S. B. autem novit tempus ejus, & momenta exactè novit, ſicut pilum capilli. Videri autem poſſet ac ſi perfeciſſet eo die. (Opus ſuum ſc.) Expoſitio alia: Quonam mundus indiguit adhuc? quiete. Veniente autem Sabbatho, venit quoque quies & ſic perfectum & abſolutum erat opus. ויברך ויקדש) *Benedixit illi propter manna.* Omnibus enim diebus ſeptimanæ deſcendit ipſis Gomer, ſecundum numerum capi-

(a) R. Simeon dixit: Caro & ſanguis neſcit tempus & momentum ſuum (quando à labore ceſſare debeat) neceſſe ergo fuit, ut addatur aliquid de profano ad ſanctum. DEus autem Ben. ſcit tempus & momentum ſuum quo ceſſare debeant (propric ingredi in illud ſc. Sabbathum) ſicut capillum capitis conf. Jalk. Sim. Part. I. fol. 5. col. 3.

Digitized by Google

capitum. (Exod. XVI, 17.) At ſexto die panes duplicavit, & ſanctificavit ipſum (diem ſeptimum) propter Man ne unquam deſcenderet in Sabbatho. *(a)* Scriptura autem loquitur (hic) de futuro. [אשר ברא אלוהים לעשות] Opus iſtud quod fieri debuiſſet in Sabbatho, duplicavit, & fecit ipſum die ſexto, quemadmodum expoſitum eſt in Bereſchis Rabba: *(b)* אלה) i. e. quæ dicta ſunt ſuperius. *Generationes cœli & terræ &c.* Diſcis hinc, quod omnia ſint creata die primo. Alia expoſitio בהבראם i. e. בהי בראם cum He jod creavit illa quemadmodum dicitur (Eſai. XXVI, 4.) In Jah Jehovah rupes ſeculorum eſt. His duabus literis nominis divini (יה) creavit duos mundos. Et diſcis hic, quòd ſeculum hoc creatum fuerit cum He, cujus rei ſenſus eſt, quoniam deſcendunt infra, ut videant foveam, ſicut he iſtud clauſum eſt ex omni latere, apertum verò infra, ut ad aſcendendum via (pateat) ibi. *(c)* *Nondum erat in terra.*] Omne טרם quod occurrit in ſcriptura, ſignificat עד לא [i. e. nondum] non verò ſignificat קודם [anteà] neque enim verbum poteſt formari ex eo, dicendo הִטְרִים, quemadmodum dicitur הִקְדִים id quod indubitatum eſt. Porrò (Exod. IX, 30. dicitur:) כי טרם תיר און i. e. quòd *nondum* timebitis ubi טרם ſignificat עדין לא. Ità etiam in præſentiarum exponere debebis nondum fuerat in terrâ, cum perficeretur creatio Mundi die ſexto antequam crea-

יורד להם עומר לגלגלת ובש
ובששי לחם משנה וקדשו
במן שלא ירד כלל והמקרא
כתוב על העתיד: אשר ברא
אלוהים לעשות׃ המלאכה
שהיתה ראויה לעשות
בשבת כפל ועשאה בששי
כמו שמפורש בבראשית
v. 4. רבה: אלה׳ האמורים
למעלה: תולדות השמים
והארץ בהבראם ביום עשות
ה׳. למדך שכלם נבראו
בראשון׃ דבר אחר בהבראם
בהי בראם שנ׳ ביה ה׳ צור
שלמים בב׳ אותיות הללו
אל השם יצר שני עולמים
ולמדך כאן שהעולם הזה
נברא בה״א רמז שירדו
למטה לראות שחת כה״א
זאת שסתומה מכל צדדים
ופתוחה למטה לרדת דרך
שם: טרם יהיה בארץ׳ כל
טרם שבמקרא לשון עד לא
הוא ואינו לשון קודם ואינו
נפעל לומר הטרים כאשר
יאמר הקדים וזה מוכיח
ועוד אחר כי טרם תיראון
עדין לא תיראון ואף זה
תפרש עדין לא היה בארץ
כשנגמרה בריית עולם
בששי

(a) Vid. Breſch. Rab. Parſch. II. fol. 13. col. 1. *(b)* Ibid: *(c)* rectius : ut ad deſcendendum via pateat : (quoniam omnes homines in morte deſcendunt ; mundus futurus eſt creatus cum jod minima literâ, quoniam pauci ſunt juſti ingredientes illum Vid. Jalk. cit. part. I. fol. 6. Col. 2.

Digitized by Google

בששי קודם שנברא אדם
וכל עשב השדה עדיין לא
צמח ובשלישי שכתיב תוצא
הארץ על פתח קרקע עמדו
v. 5. עד יום ששי: כי לא המטיר·
ומה טעם לא המטיר לפי
שאדם אין לעביד את
האדמה ואין מכיר בטובתן
של גשמים וכשבא אדם
יודע שהם צורך לעולם
התפלל עליהן וירדו וצמחו
האלנות·והדשאים: ה'
אלהים· ה' הוא שמו אלהים·
שהוא שליט ושופט על כל
וכן פירוש זה בכל מקום
לפי פשוטו ה' שהוא אלהים:
v. 6. (υ) ואד יעלה· לענין בריותו
של אדם העלה התהום
והשקה ענגים לשרות העפר
ונברא אדם כגבל (Φ) זה
שנותן מים ואחר כך לש את
העסה אף כאן והשקה ואחר
v. 7. כך וייצר: וייצר שתי יצירות
יצירה לעולם הזה ויצירה
לתחיית (χ) המתים· אבל
בבהמה שאינה עומדת לדין
לא נכתב ביצירתה שני
יודין· עפר מן האדמה· צבר
עפרו מכל האדמה מארבע
רוחות שבכל מקום שימות
שם תהא קולטתו לקבורה·
ד״א נטל עפרו ממקום
שנאמר

crearetur Adamus, ut ſenſus ſit: Et omnis herba agri hactenùs nondum germinârat: Tertio vero die, quia ſcriptum eſt (Gen. I, 12.) תוצא הארץ produxit terra; ad oſtium fundamenti ſteterunt uſque ad diem ſextum. כי לא המטיר) Quis autem ſenſus eſt illorum verborum: nondum pluit? quoniam non erat homo qui coleret agrum, aut qui æſtimâſſet bonitatem pluviæ. Poſtquam autem venit Adam & cognovit, quàm neceſſariæ ſint mundo [pluviæ] oravit pro illis, tumque deſcenderunt, & germinârunt arbores & herbæ. (ה' אלהים) Jehova eſt nomen Dei, Elohim autem ſignificat eum, qui regit & gubernat omnia, & hæc expoſitio obtinet ubique ſecundum ſenſum literalem quòd Jehova ſit Elohim. (ואד יעלה (υ) Ad creationem Adami elevavit abyſſum & irrigavit nubes ad reſolvendum pulverem, ſicque creatus eſt Adam ad modum (Φ) piſturæ, hoc eſt, quòd dederit aquam, ut deinde potuerit depſere maſſam ſubactam, quam huc uſque irrigavit, & deinde formavit ipſam. [*l. ipſum*] (וייצר) Duæ formationes ſunt, [*a*] (quia duo Jod ſunt) formatio ad hanc vitam, & formatio ad reſurrectionem (χ) mortuorum. De beſtia verò, quoniam illa non venit in judicium, non ſcripta ſunt in formatione ipſius duo Jod. עפר מן האדמה Collegit pulverem ejus ex omni terra, ex quatuor ventis, ut ubicunque moriatur, recipiat eum (terra) ad ſepeliendum eum. Alia expoſitio:

Acce-

(*a*) Vid. Breſch. Rab. Parſch. 14. fol. 17. col. 2.

Digitized by Google

Accepit pulverem ejus, ex illo loco, de quo dictum eſt [Ex. XX, 24.] altare terreum facito mihi. Utinam ipſi ſit expiatio, quo poſſit conſiſtere! *Inſufflavit in nares ejus*) Fecit ipſum ex inferioribus, & ſuperioribus. Corpus quidem ex inferioribus; animam verò ex ſuperioribus. Nam quoniam die primâ creata ſunt cœlum & terra [ubi inferiora ſc. & ſuperiora concurrunt,] ſecundâ creavit firmamentum in ſuperioribus. Tertiâ apparuit arida in inferioribus. Quartâ creavit Luminaria in ſuperioribus. Quintâ reptificârunt aquæ in inferioribus, ideò duplicavit ſextam diem creando in eâ partim ex ſuperioribus, partim ex inferioribus: Niſi enim ita eſſet, æmulatio foret inter creaturas, quod hæ ſuperarent illas in creatione quoad diem unum. לנפש חיה) Et *behema* & *chajah* vocantur *nepheſch çhajah:* Sed illa [anima] hominis *chaja viva* vocatur præ omnibus, quoniam addita ipſi ſunt ratio & oratio. מקדם) In partibus Orientalibus Edenis plantavit hortum. Dicis: antea dictum eſſe [*Cap. I, 27.*] & creavit hominem &c. Vidi in commentariis R. Elieſeris F. R. Joſe Galilæi. (*a*) quod ex (ψ) 32. ſpeciebus & expoſitionibus legis myſticis, etiam hæc ſit una: Si generali ſubjungatur factum [aliquod] tunc illud [factum] eſt determinatio prioris. Quando igitur dicit: Et creavit hominem, eſt generale præciſè & abſolutè creationem, unde ſit facta

שנאמר בו מזבח אדמה
תעשה לי הלואי תהא לו
כפרה ויוכל לעמוד: ויפח
באפיו׳ עשאו מן תחתוני׳
ומן העליונים גוף מן
התחתונים ונשמה מן
העליונים לפי שביום ראשון
נבראו שמים וארץ׳ בשני
ברא רקיע לעליונים׳
בשלישי תראה היבשה
לתחתונים׳ ברביעי ברא
מאורות לעליונים׳ בחמישי
ישרצו המים לתחתונים׳
הוזקק הששי לבראות בו
בעליונים בתחתונים
ואם לאו יש קנאה
במעשה בראשית שיהו
אלו רבים על אלו בבריית
יום אחד: לנפש חיה׳ אף
בהמה וחיה נקרא נפש חיה
אך זו של אדם חיה שבכולן
שנתוסף בו דעה ודבור׳
מקדם במזרחו של עדן v. 8.
נטה את הגן׳ ואת הרי כבר
כתב ויברא את האדם וגו׳ ׃
ראיתי בברייתא של רבי
אליעזר בנו של רבי יוסי
הגלילי מלב (ψ) מדות
התורה נדרשת וזו אחת
מהן כלל של אחריו מעשה
הוא פרטו של ראשון׳ ויברא
את האדם זהו כלל
סתם

(*a*) Vid. Hotting. Theſ. L. II. cap. III Sat. III. p. m. 560. Jalk. Sim. Parſch. Breſch. fol. 7. col. I. circa fin. & fol. 5. col. I.

Digitized by Google

סתם בריותו מהיכן וסתם
מעשיו חזר ופירוש וייצר ה'
אלהים וגו' ויצמח לו גן עדן
ויניחהו בגן עדן ויפל עליו
תרדמה: השומע סבור שהוא
מעשה אחר ואינו אלא
פרטו של ראשון: וכן אצל
הבהמה חזר וכתב ויצר ה'
מן האדמה כל חית השדה
כדי לפרש ויבא אל האדם
לקרות שם וללמד על
v. 9. העופות שנבראו מן (ω)
הרקק: ויצמח. לענין הגן
הכתוב מדבר: בתוך הגן
באמצע: פישון הוא נילוס v. 11.
נהר מצרים ועל שם שמימיו
מתברכין ועולין ומשקין את
הארץ נקרא פישון כמו ופשו
פרשיו: דא פישון שהוא מגדל
פשתן שנאמר בישעיה
אצל מצרים ובושו עובדי
פשתים: גיחון שהיה הולך v. 13.
והומה והמייתו גדולה מאד
כמו כי יגח שמנגח והולך
והומה: הדקל שמימיו v. 14.
חדין וקלין: פרת שמימיו
פרין ורבין ומברין את
האדם: כוש ואשור עדיין
לא היו וכתב המקרא
על שם העתיד: קדמות
אשור

facta, exprimens; ſed quando præciſè quid poſtmodum fecerit, èxponere vult, de novo orditur dicens: & formavit Deus &c. [a] Item: & plantavit ipſi hortum Eden, & collocavit eum in hortum Eden: &: immiſit ipſi ſoporem. Poſſet, qui hæc audit, arbitrari, id aliud opus eſſe (ſ. aliam creationem ejuſdem hominis) quod non eſt, cùm ſit tantum determinatio prioris (generalis.) Eodem modo de beſtiis repetiit ſcribens: Et formavit Deus ex terrâ omnem beſtiam agri tantùm, ut exponere poſſet illud: & adduxit ad hominem ut inderet nomen & inſtrueret te de avibus, eas creatas eſſe ex (ω) ſudimento *Et germinare fecerat.*) Propter hortum itâ loquitur. *In medio horti.*) in medio ac centro. *Piſon*) hic eſt Nilus fluvius Ægyptiacus, & quoniam aquæ ipſius benedictæ ſunt, aſcendunt & irrigant terram, vocatur Piſchon ſicuti dicitur (Habac. I, 8.) ופשו פרשיו & diffundent ſe equites ejus. Alia expoſitio: [b] Piſon (vocatur) quoniam ipſe producit linum ſ. d. in Eſaia de Ægypto: & Erubeſcent opifices lini. (c. XIX, 9.) *Gihon.*) Quoniam ferit & tumultuatur, & ſtrepitus ejus magnus eſt valdè. qſ. d. כי יגח (Ex. XXI, 28.) cum cornu ferierit, quia ferit (ut aries Dan. IIX, 4.) currit & tumultuatur. *Chiddekel*) quoniam aquæ ejus ſunt lenes & leves. *Phrat*) quoniam aquæ ejus fructificant, & multiplicant & ſaginant hominem. Chaldæa & Aſſyria nondum tum exiſtebant, ſed ſcribit Scriptura propter futuritionem Ki-

(a) Cap. II. 7. (b) Breſch. R. Parſch. 16. fol. 18. col. 4. in med.

Kidmus Aſſur. i. e. verſus orientem reſpectu Syriæ. הוא פרת. Præſtat hic omnibus, & recenſetur (iterum) propter terram Iſraëlis. ויקח.] *Accepit res pulcras*, [*a*] allexit illum ut intraret. *Non eſt bonum &c.*] Ne dicant: duo ſunt Dominatus (ſ. Numina) ſcil. ſicuti Deus S. Benedictus in ſuperioribus unicus eſt, nec habet compar; itâ hic in inferioribus (qui) etiam non habet compar. *Adjutorium coram illo*] Bonum eſt adjutorium, non bonum eſſe videtur כנגדו ſi exponas contrâ eum, ut ſcil. ipſi contrarietur. *Et formavit ex terrâ*] Hæc formatio, illa eſt factio, de qua dictum eſt ſupra (ubi dicitur) *Vajaas Elohim as chajas baarez. Cap. I, 25.* Repetit vero hîc ut explicet, quòd aves creatæ ſint (*ω*) ex ſudimento, [*b*] quoniam ſcilicet dixit ſuperiùs, ex aqua ceeatas eſſe, hîc autem dixit ex terrâ creatas eſſe. Porrò, docet te hîc, (A) quòd eâ ipſâ horâ, quâ formavit (vel ſubjecit homini) illas, confeſtim eo ipſo die adduxerit illas ad Adamum, ut imponeret ipſis nomen. Nam per expoſitionem myſticam vox hæc יצירה eſt ſignificationis dominandi, [*c*] quia dicitur (Deut. XX,19.) quando obſidione cingis urbem: quoniam ſubjecit eas ſub manibus Adami. *Quocunque nomine vocaturus eſt Adam.*] Invertit ipſam (B) (Scripturam) quæ ita collocanda *Kolnephesſc chajah aſcher jikra lo Haadam ſchem hu ſchemo leolam. Uleadam lo maza eſer. Vajippol* ד״י *Elohim tardema.*
C Dum

אשור למזרחה של אשור:
הוא פרת: החשוב על כולם
הנזכר על שם א״י: ויקח v. 15.
לקחו בדברים נאים ופתהו
ליכנס: לא טוב היות וגו׳ v. 18.
שלא יאמרו שתי רשויות הן
הקב״ה בעליונים יחיד ואין v. 19.
לו זוג וזה בתחתונים ואין לו
זוג: עזר כנגדו זכה עזר לא
זכה כנגדו להלחם: וייצר
מן האדמ׳ היא יצירה היא
עשייה האמורה למעלה
ויעש אלהים את חית הארץ
וגומר אלא בא ופירש
שהעופות נבראו (*ω*) מן הרקק
לפי שאמר למעלה מן המים
נבראו וכאן אמר מן הארץ
נבראו: ועוד למדך כאן
שבשעת (A) יצירתן מיד בו
ביום הביאם אל האדם
לקרות להם שמות: ובדברי
אגדה יצירה זו לשון רדוי
וכבוש כמו כי תצור אל עיר
שכבשן תחת ידו של אדם:
כל אשר יקרא לו האדם נפש
חיה וגו׳: סרסהו (B) ופרשהו
כל נפש חיה אשר יקרא לו
האדם שם הוא שמו לעולם:
ולאדם לא מצא עזר:
ויפל ה׳ אלהים תרדמה v. 20.
כשהביאן

(*a*) i. accepit verbis jucundis h. e. perſuaſit (*b*) Tract. Chulin cap. 2. fol. 27. fac. b. in fine. (*c*) Et ſubjiciendi.

כשהביאן הביאן לפניו כל
מין ומין זכר ונקבה אמ׳
לכולם יש בן זוג ולי אין בן
זוג מיד ויפל: מצלעותיו׳
מסטריו כמו ולצלע המשכן
זהו שאמרנו שני פרצופין
נבראו: ויסגור׳ מקום החתך:
וישן ויקח׳ שלא יראה
חתיכת הבשר שממנו
v. 22. נבראת ותתבזה עליו: ויבן׳
כבנין רחבה מלמטה וקצרה
מלמעלה לקבל הולד כאוצר
של חטים שהוא רחב
מלמטה וקצר מלמעלה:
שלא (*b*) יכביד משאו על
קירותיו: ויבן את הצלע
לאשה׳ להיות אשה כמו
ויעש אותו גדעון לאפוד
v. 23. להיות אפוד: זאת הפעם׳
מלמד שבא האדם (C) על כל
הבהמה וחיה ולא נתקררה
דעתו בהם: לזאת יקרא אשה
כי מאיש וגו׳׳ לשון נופל על
לשון מכאן שנברא העולם
v. 24. בלשון (D) הקדש: על כן
יעזוב איש. רוח הקדש
אומרת כן לאסור על בני
נח העריות: לבשר אחד׳
הולד נוצר על ידי שניהם
ושם נעשה בשרם אחד (*c*)
ולא

Dum enim adduxit eas, adduxit omnes ſpecies maſculorum & fœmellarum (tunc) dixit (Adam) omnia habent ſuum compar, mihi vero non eſt compar, [*a*] hinc confeſtim projecit (Deus ſomnium.) *ex coſtis ſuis*] *Ex lateribus ejus*, quemadmodum dicitur (Ex. XXVI, 20.) *& lateri Tabernaculi.* Hoc eſt, quod diximus, duas facies creatas eſſe. *Et recluſit.*] Locum vulneratum. *Et obdormivit & accepit.*] Ne ſc. videret ſciſſuram carnis ex qua creata eſt (Eva) & ſperneret (deinde) illam. *Et ædificavit*] ſc. ſicut ædificium eſt latum inferius, & anguſtius ſuperius, ut poſſit recipere fœtum, ſicut horreum tritici etiam latum eſt inferius & anguſtius ſuperius, ne (*b*) comprimatur id, quod intus receptum eſt à parietibus ejus. *Et ædificavit coſtam (latus) in mulierem*] i. e. Ut ſit mulier q. d. (Jud. IIX, 27.) *Et aptavit illud Gideon in amiculum* i. e. ut ſit amiculum. *Hæc hâc vice.*] Docet (ſcriptura) quòd Adam (C) venerit ad omnia animantia & beſtias, & non ſaciatus fuerit ipſius appetitus per illa. *Propterea vocabitur Vira.*] Vox cadit ſuper vocem (i. e. una vox derivatur ab alterâ) ſc. אישה ab איש, ex quo [diſcis] quod mundus creatus fuerit [D] Linguâ ſanctâ. *Quapropter relinquet Vir.*] Spiritus Sanctus ita loquitur, ut interdiceret Noachidis ſcortationem. *In carnem unam*] Infans formatur operâ amborum & tunc fit caro ipſorum una. Et

(*a*) Breſch. R. Parſch. 17. fol. 20. col. 1. in med. (*b*) vel: ne grave reddat onus ſuum ſuper trabibus ſuis Vid. Talm. Eruvin. cap. 2. fol. 19. fac. b. in princ.
(*c*) Breſch. R. Parſch. 18. fol. 21. col. 3. in pr.

Et non erubuerunt.] Quoniam non nôrunt rationem pudoris, ut eligerent [diſtinguerent] inter bonum & malum. Et quamvis data ſit ei [homini] ſcientia imponendi nomina, tamen [F] non datum erat ipſi figmentum malum concupiſcentia prava] uſque dum comederunt ex arbore (ſcientiæ] tunc enim ingreſſa eſt concupiſcentia parva, ut ſciverint, quid intereſſet inter bonum & malum. *Serpens autem erat callidus.*] Quid mihi hîc cum ſerpente? voluit conjungere cùm illo: & fecit Deus Adamo & Uxori ſuæ tunicas pelliceas & veſtivit eos, ut doceat te, quo [F] conſilio ſubſilierit ſerpens ſuper illos, ſcilicet vidit ipſos eſſe nudos, & concumbentes coram oculis omnium & concupivit illos. [*a*] *Miccol.*] Secundum [G] [*b*] calliditatem & magnitudinem ejus fuit quoque caſus ejus: fuit callidior præ omnibus, ergò & cecidit [gravius] præ omnibus. *Aphki amar.*] Anne dixit fortè vobis, nolite comedere ex omnibus &c. Cum vidiſſet ipſos edentes de reliquis fructibus. [H] multiplicavit ſuper ipſis ſermonem, ut inde eliceret aliquam reſponſionem, & poſt cepit etiam loqui de illa ipsâ arbore. *Neque attingatis*] addidit [mulier] ſuper præceptum, propter ea venit in manum transgreſſionis. Id eſt, quod dicitur [Prov. XXX, 6.] ne addas ad verba ipſius. *Non morte moriemini.*] Inſtitit [ſerpens] donec attigerit [fructum] dixitque ei: quemadmo-

C 2

ולא יתבוששו׳ שלא v. 25.
היו יודעים דרך צניעות
להבחין בין טוב לרע ואע״פ
שנתנה בו דעה לקרוא
שמות לא (E) נתן בו
יצר הרע עד אכלו מן העץ
ונכנס בו יצר הרע וידע. מה Cap.III.
בין טוב לרע׳ והנחש היה v. 1.
ערום׳ מה ענין זה לכאן
היה לו לסמוך ויעש לאדם
ולאשתו כתנות עור
וילבישם אלא למדך מאי זו
(F) עצה קפץ הנחש עליהם
ראה אותם ערומים
ועוסקים בתשמיש לעין
כל ונתאוה להם: ערום
מכל׳ לפי (G) ערמתו וגדולתו
היתה מפלתו ערום מכל
ארור מכל: אף כי אמר
וגו׳׳ שמא אמר לכם
לא תאכלו מכל וגו׳׳ ואף
על פי שראה אותם אוכלים
משאר פירות (H) הרבה
עליה דברים כדי שתשיבנו
ויבא לדבר באותו העץ:
ולא תגעו בו׳ הוסיפה v. 3.
על הצווי לפיכך באה לידי
גירעון הוא שנאמר אל
תוסף על דבריו: לא מות v. 4.
תמותון׳ דחפה עד שנגעה
בו אמר לה כשם שאין
מיתה

(*a*) Breſch. R. Parſch. 18. fol. 21. col. 3. in fine Parſch. (*b*) Ibid. Parſch. 19. fol. eod. col. 4. in pr.

מיתה בנגיעה כך אין מיתה
v. 5. באכילה׃ כי יודע כל אומן
(I) שונא את בני אומניתו
מן (K) העץ אכל וברא את
העולם׃ והייתם כאלהים׳
v. 6. יוצרי עלמות׃ ותרא האשה׳
ראתה דבריו של נחש והנאו
לה והאמינתו׃ כי טוב העץ׳
להיות כאלוהים׃ וכי תאוה
הוא לעינים׳ כמו שאמר לה
ונפקחו עניכם׃ ונחמד
להשכיל׳ כמו שאמר לה
יודעי טוב ורע׃ ותתן גם
לאשה׳ שלא תמות היא
ויחיה הוא וישא אחרת׃ גם׳
(L) לרבות בהמה וחיה׃
v. 7. ותפקחנה וגו׳׳ לענין
החכמה דבר הכתוב ולא
לענין ראייה ממש וסוף
המקרא מוכיח׃ וידעו כי
ערומים הם׳ אף הסומא
יודע כשהוא ערום אלא
מהו וידעו כי ערומים הם
מצוה אחת היתה בידם
ונתערטלו הימנה׃ עלה
תאנה היא (c) (M) העץ
שאכלו ממנו בדבר שנת
שנתקלקלו בו נתקנו אבל
שאר העצים מנעום מליטול
עליהם ומפני מה לא
נתפרסם העץ [N) שאין
הקב״ה חפץ להונות בריה
שלא

modum non mortua es, tangendo; ſic quoque non morieris in comedendo. *Novit enim)* Omnis artifex (I) (*a*) odit filium artis ſuæ. Ex hoc (K) ipſo enim ligno (Deus) comedit & creavit mundum. *Eritis ſicut Dii.)* i. e. creantes Mundos. *Et vidit mulier.)* Vidit verba ſerpentis, & placuerunt ſibi, & credidit illis. *Quòd bona eſſet arbor.)* ſc. ut ſint ſicut Deus. *Et quod ſit grata oculis.)* quemadmodum dixit illi (ſerpens) & aperientur oculi veſtri. *Et deſiderabilis ad intelligentiam.* Quemadmodum dixit ipſi (ſerpens) ſcientes bonum & malum. *Et dedit etiam viro.)* Ne ſcilicet ipſa (ſolùm) moriatur, ille verò viveret, & duceret aliam. גם ad (L) (*b*) multiplicandum beſtias & animalia. *Et aperientur.)* De Sapientia loquitur Scriptura, non verò de viſione reali (oculari) quemadmodum finis Scripturæ evincit. *Et ſciverunt ſe eſſe nudos.)* Quid? Annon etiam cœcus hoc ſcit, quòd ſit nudus? reſpondeo ex hoc ipſi ſciverunt quod nudi ſint, quoniam præceptum unum erat in manu ipſorum & denudati ſunt eo. *Folia ficulnea.)* Hæc eſt (M) (*c*) arbor, ex qua comederunt; eâdem re quâ transgreſſi ſunt, eâdem quoque iterum tecti ſunt, reliquæ verò arbores, prohibuerunt eos tegi foliis ſuis. Sed cur non fuit ablata illa arbor? quia Deus non vult opprimere (N) creaturam ne ipſam igno-

(*a*) Breſch. R. Parſch. 19. fol. 22. col. 1. & Jalk. Sim. Part. I. fol. 9. col. 4. in pr.
(*b*) Vid. l. c. in medio. (*c*) Talm. Sanhedr. cap. VIII. fol. 70. fac. b. in pr.

Digitized by Google

שלא יכלימוהו ויאמרו זהו
שלקה העולם על ידו מדרש
v. 8. רבי תנחומא: וישמעו יש
מדרשי אגדה רבים וכבר
סדרום רבותינו על מכונם
בבראשית רבה ובשא־
מדרשות ואני לא באתי אלא
לפשוטו של מקרא ולאגדה
המישבת דברי המקרא דבר
דבור על אופניו: וישמעו׳
שמעו את קול הק״בה
שהיה מתהלך בגן: לרוח
היום׳ לאותו רוח שהשמש
באה משם וזו היא מערבית
שלפנות ערב חמה באה
במערב והם סרחו בעשירית:
v. 9 איכה׳ יודע היה היכן הוא
אלא ־(O) ליכנס עמו
בדברים שלא יהא נבהל
להשיב עם יענישהו פתאום
וכן בקין אמר לו אי הבל
אחיך וכן בבלעם מי
האנשים האלה עמך ליכנס
עמהם בדברים וכן בחזקיה
בשלוחי מרודך בלאדן:
v. 11. מי הגיד לך׳ מאין לך לדעת
מה בושת יש בעומד ערום:
v. 12. המן העץ׳ בתמיה: אשר
נתת עמדי כאן כפר בטובה:
v. 13. השיאני׳ הטעני כמו אל
ישיא

ignominiâ afficiat, ut dicant. Hæc eſt illa, cujus gratia percuſſus eſt orbis, ut eſt in Medraſch R. Tanchumæ. *Et audierunt.)* Sunt multæ expoſitiones myſticæ, quas jam expoſuerunt Rabbini noſtri commodè in Bereſchis Rabba, & in reliquis expoſitionibus. *(a)* Ego autem tantùm expono Scripturam literaliter & ſecundùm popularem enarrationem congruentem verbis Scripturæ, Myſtica vero expoſitio ſermonem ſuis modis accommodat. *Et audiverunt.)* Audivêre vocem S.B. qui ambulavit in horto. *Ad ventum illius diei.)* ſc. illum ventum ubi Sol occidit. Intelligitur enim ventus ex veſpertino tempore, quoniam adveniente veſperâ, Sol eſt in occidentali plagâ. Ipſi autem peccârunt in decimâ (ſcil. horâ.) *Ubi es.)* Annon ipſe ſciebat anteâ? Reſpondetur: (id factum eſſe) ut (O) pauliſper procemiaretur, ne terreretur *(b)* quô minus pœnitentiam ageret, ſi objurgaret ipſum ſubitò. Et ſic de Cajino quoque dixit (Geneſ. IV, 9.) ubi eſt Habel, frater tuus? Sic quoque de Bileamo (Num. XXII, 9.) qui ſunt viri illi, qui tecum ſunt? ut ſc. procemiaretur. Et ſic quoque de Hiskia, de Legatis Merodach Biladan. *Quis annunciavit tibi?)* Inde cognoſcere poteris, qualis pudor ſit ſtare nudum. *Num ex arbore).* Cum admiratione non interrogatione vide Gur Arieh fol. IX. col. 3.) *Quam dediſti mihi)* Hîc negat bonum (ſcil. fuiſſe illam mulierem) הִשִּׁיאַנִי i.e. Errare fecit me, quemadmodum dicitur (2. Paral. XXXII, 15.*) ne erra-

(a) Breſch. R. I. c. col. 2. 3. & Jalk. Sim. Part. I fol. 8. col. 4. in fine. & Jalkut Reubenu fol. 19. col. 1. in medio. *(b)* ad reſpondendum.

v. 14. ישיאך אתכם חזקיהו׳ כי
עשית זאת מכאן שאין
מהפכים בזכותו של מסית
שאילו שאלו למה עשית
זאת היה לו להשיב דברי
הרב ודברי התלמיד דברי מי
שומעין: מכל הבהמה ומכל
חית השדה׳ אם מבהמה
נתקלל מחיה לא כל שכן
העמידו רבותינו מדרש זה
במסכת בכורות ללמד (P)
שימי עיבורו של נחש שבע
שנים: על גחונך תלך׳
רגלים היו (Q) לו ונקצצו:
v. 15. ואיבה אשית׳ אתה לא
נתכוונת אלא שימות אדם
שיאכל הוא תחלה ותשא
את חוה ולא באת לדבר אל
חוה תחלה אלא לפי
שהנשים קלות להתפתות
ויודעות לפתות את בעליהן
לפיכך ואיבה אשית: ישופך
יכתתך כמו ואכית איתו
ותרגומו (R) ושפית יתיה:
ואתה תשופנו עקב׳ לא
יהא לך (S) קומה ותשפנו
בעקבו ואף משם תמיתנו
ולשון תשופנו כמו נשף
בהם כשהנחש בא לנשוך
הוא

errare vos faciat Hiskias. *Cum hoc feceris.*) Inde patet quod nil dicatur, ut occaſionem habuerit ſeductor ſe excuſandi Si enim examinare voluiſſet eum, quærendo: Cur feciſti hoc, debuiſſent referri verba tanquam Magiſtri & Diſcipuli, i. e. interrogationes & reſponſiones. (a) (NB. ſufficiat hæc verſio, videndus autem ſi cui lubet Gur Arjeh, qui prolixiſſimè hæc proponit.) *Præ omni beſtia &c.*) Si præ omnibus beſtiis eſt maledictus nonne multo magis præ omnibus quoque animalibus? poſuerunt Rabbini noſtri hanc myſticam explicationem in Maſſeches בכורות. (b) ad docendum (P) quòd tempus generationis ſerpentis ſeptem anni ſint. *Super ventrem tuum ambulabis.* Pedes fuerunt (Q) ipſi & amputati ſunt. *Et inimicitias ponam.*] (c) Tu non (aliud) intendiſti, quàm ut moriatur Adam, ſi comedat prius, & ut tu (deinde) ducas in uxorem Evam. Et non veniſti ut loquaris cũ Eva priùs (alia de cauſa) quàm quia mulieres facilè poſſunt ſeduci & ſciunt quoque ſeducere maritos, & ideò inimicitias ponam. *Conteret.*) Contundet te quemadmodum ſcriptum (Deut. IX, 21.) וָאֶכֹּת אֹתוֹ & contudi ipſum (ſc. vitulum) ubi Targum habet וְשַׁפִּית יָתֵיהּ (R) & contudi illum (ſc. vitulum) *Et tu conteres ipſi calcaneum.*) Non erit tibi ſtatura erecta (S) ſed inſidebis ibi in calcaneo ejus, & ex eo quoque interficies ipſum. Significatio autem vocis תשופנו eſt quemadmodum. (Eſ. XL, 24.) נשף בהם ſufflat in eos. Quando enim ſerpens mordere vult, flat per mo-

(a) Vid. Siphte Chacamim ad. h. l. (b) Talm. Bechoros cap. I. fol. 8. f. 1. ubi plura. addantur R. Schabthe Siphte Chacamin ad h. l. (c) Talm. Tract. Sota cap. I. fol. 9. fac. 2. in pr.

Digitized by Google

modum ſibili (ſeu motionis labiorum.) Et quoniam vox cadit ſuper vocem (i.e. quoniam voces habent convenientiam quandam (ut apud Latinos humus & homo) ideo ſcripta eſt ſignificatio flandi in duabus vocibus ſc. (תשופנו & ישופך) *Dolorem tuum*) hic eſt dolor & ſolicitudo educandi liberos. *Et conceptum.*) hic eſt dolor geſtandi in utero. *In dolore paries*) hic eſt dolor partûs. *Et ad Virum appetitus tuus.* ſc. ad congreſſum. Et quamvis ita ſit, non tamen tibi expoſtulandum eſt, ſed ille dominabitur (*a*) tibi: omnia ab ipſo (dependebunt) & non abs te. *Appetitus tuus.*) Deſiderium tuum, quemadmodum dicitur (Pſ. CVII, 9.) anima concupiſcens. *Maledicta terra propter te*) Producat tibi res maledictas, quales ſunt muſcæ pulices, & formicæ. Simile ſumitur de eo qui degenerat in malitiam, ut homines etiam maledicant uberibus quæ ſuxerat. *Spinam & carduum proferto tibi*). Terra, quando ſeminabuntur certæ ſpecies ſeminum, producet tibi ſpinam ſentes, corduos. (*b*) *Tu verò comedito herbam agri.*) Qualis verò hæc maledictio eſt? nonne enim in benedictione dictum eſt ei: *Ecce dedi vobis omnem herbam viridem ſeminantem ſemen ſuum &c.* R. quod dixit hucuſque, in principio hujus negotii *maledicta ſit terra propter te, in dolore comedetis & poſt* dolorem: *ſpinas, & ſentes producet tibi*, ut quando ſeminaveritis legumina & olera hortenſia, ipſa producat tibi ſpinas ſen-

הוא נושף כמין שריקה ולפי
שהלשון נופל על הלשון
כתב לשון נשיפה בשניהם:
v. 16. עצבונך: זה צער גידול בנים:
והרונך: זה צער העבור: בעצב
תלדי בנים: זה צער הלידה:
ואל אישך תשוקתך: לתשמיש
ואעפכ אין לך מצח לתובעו
בפה אלא הוא ימשול בך
הכל ממנו ולא ממך:
תשוקתך: תאותך כשו נפש
v. 17. שוקקה: ארורה האדמה
בעבורך: מעלה לך דברים
ארורים כגון זבובים ופרעושים
ונמלים משל ליוצא
לתרבות רעה והבריות
מקללות שדים שינק
v. 18. מהם: וקוץ ודרדר תצמיח
לך: הארץ כשתזרענה
מיני זרעים תצמיח קוץ
ודרדר קונרס ועכביות והן
נאכלין על ידי תיקון:
ואכלת את עשב השדה:
ומה קללה היא זו
והלא בברכה נאמר לו הנה
נתתי לכם את כל עשב זורע
זרע וגו׳ אלא מה אמור כאן
בראש הענין ארורה האדמה
בעבורך בעצבון תאכלנה
ואחר העצבון וקוץ ודרדר
תצמיח לך כשתזרענה קטנית
או ירקות גנה היא תצמיח לך
קוצים

(*a*) Explicationem uberiorem vide in R. Schabthe Siphte Chacam. ad hunc locum Raſchi. (*b*) adde: Qui comeduntur quando præparati ſunt. Vid. Talm. Tr. Beza fol. 34. fac. 1. in fine.

קוצים ודרדרים ושאר עשבי
שדה ועל כרחך תאכלם:
v. 19. בזעת אפיך · לאחר
v. 20. שתטרח בו הרבה: ויקרא
האדם· חזר הכתוב לעניינו
הראשון ויקרא האדם שמות'
ולא הפסיק אלא ללמדך'
שעל ידי קריאת שמות
נזדווגה לו חוה כמו שכתוב:
ולאדם לא מצא עזר כנגדו:
לפיכך ויפל תרדמה ועל ידי
שכתב ויהיו ערומים: סמך
לו פרשת הנחש להודיעך
שמתוך שראה ערותה וראה
אותם עסוקים בתשמיש
נתאוה לה ובא עליהם
במחשבה ובמרמה: חוה·
נופל (T) על לשון חיה שמחיה
את ולדותיה כאשר תאמר
מה הווה לאדם בלשון היה:
v. 21. כתנות עור· יש דברי אגדה
אומרים חלקים כצפורן היו
מדובקים על עורן· ויא דבר
הבא מן העור כגון צמר
הארנבים שהוא רך וחם
ועשה להם כתנות ממנו:
v. 22. היה כאחד ממנו הרי הוא
יחיד בתחתונים כמו
שאני יחיד בעליונים ומה
היא יחידתו לדעת טוב
ורע מה שאין כן בבהמה
וחיה:

ſentes, & alia gramina terræ, quæ nolentes volentes comedetis. *In ſudore vultûs tui.*) i. e. quia laborabis pro eo (pane) multùm. *Et vocavit Adam.*) Redit ſcriptura ad materiam priſtinam. i. e. repetit, quæ anteà dicta erant. *Et vocavit nomina.*) c. II, v. 20. Non autem (aliâ de cauſâ) ceſſavit (abrupit ſive non perſecuta eſt illam materiam) quàm ut doceat te, quod propter ὀνομαθεσίαν aſſociata ipſi fuerit Eva (vide Gur Arjeh fol. 10.) quemadmodum dicitur (ſuperius) *& Adamo non inventum fuit adjutorium*, ut explicetur illud: *& projecit ſoporem &c.* quando verò ſcriptum eſt: *& erant nudi*, conjuncta ipſi eſt Sectio de ſerpente, ut certus reddaris, quòd, quoniam vidit ipſius (fœm.) nuditatem & ambos occupatos in congreſſu, concupiverit illam, & venerit ad illos ex deſtinato dolo). *Eva* חוה) Cadit ſuper vocem (T) חיה vivificavit, quoniam vivificat fœtus ſuos. (*a*) Si dixeris cur Adam חוה mutavit in חיה? (vid. iterum Bezalectid. fol. 11. a.). *Tunicas pelliceas.*) Myſticæ expoſitiones dicunt: (*b*) quòd glabræ (*c*) ſicùt unguis & agglutinatæ pelli eorum fuerint. Quidam dicunt, fuiſſe tale quid, quod deſumitur ex pellibus, qualis eſt lana leporina, quoniam illa eſt mollis & calefaciens, ex quâ fecerit ipſis femoralia. *Factus eſt ſicut unus ex nobis.*) Ecce ipſe eſt unicus in inferioribus, quemadmodum ego unicus ſum in ſuperioribus. Sed quænam eſt ipſius Unitas? (ſive in quo conſiſtit ratio unitatis?) in ſcientiâ boni & mali, quæ non eſt in beſtiâ & bru-

(*a*) R. quemadm. dixeris: הווה *quid ſupereſt homini* Kohel. c. II, 22 ex Rad. היה fuit. (*b*) Vid. Breſch. R. Parſch. 20. fol. 24. col. 2. (*c*) Rect: levigatæ ſicut onyx ſint & adhærentes cuti ipſorum. Vid. Siphte Chacam. ad h. l. & Breſch. R. l. c. ubi additur: quod *pulcræ fuerint ſicut margarita.*

Digitized by Google

& bruto. *Nunc autem ne extendat manum)* Si enim victurus eſſet in æternum, facilè in errorem induceret creaturas (reliquas) poſt ipſum, ut putarent, etiam ipſum eſſe Deum. Sunt etiam multæ expoſitiones myſticæ; (*a*) ſed non fundantur in ſenſu literali. *A parte anteriori Edenis.)* In latere orientali reſpectu horti Eden, extra hortum. *Cherubinos.)* Angelos (V) nocivos. *Gladium ſe vibrantem.)* Habuit flammam ad terrendum ipſum, ne ingrediatur in hortum amplius. Targum, (*b*) flammam gladii reddit, q. d. & evaginavit gladium, in Sanhedrin. (*c*) *Gallicè Lima.* (*d*) Habentur quidem expoſitiones myſticæ · (*e*) ſed ego non aliter, ac literaliter exponam. *Et Adam cognovit.)* Anteà (quidem) præceſſit negotium ſuprà, antequam peccaverat, & ejectus ex horto fuerat, ſupra enim dicitur de ingravidatione & partu (c. 3, 16.) ſed quod jam ſcriptum eſt, *& cognovit Adam &c.* innuit, quòd demum poſtquam ejectus ex horto fuerit, filios ſuſceperit. *Kain)* ex ſignificatione קניתי poſſedi. (את ה׳) i. e. cum Domino. Cùm enim crearet me & maritum meum, ſolus creavit nos, ſed in hoc concurrimus (X) nos cum ipſo (conjuncti fuimus nos ipſi). *Et ipſum fratrem Abelis.)* Tria את ſunt multiplicativa, ut doceant, (*e*) ipſam gemellos peperiſſe cum Cain atque Abel, hi vero duabus vicibus nati ſunt, ideò dicitur *& addidit &c.*

וחיה: ועתה פן ישלח ידו
ומשיחיה לעולם הרי הוא
קרוב להטעות הבריות
אחריו ולומר אף הוא אלוה·
ויש מדרשי אגדה אבל אין
v. 24. מיושבין על פשוטו: מקדם
לגן עדן· במזרחו של גן
עדן חוץ לגן: את הכרובים·
מלאכי (V) חבלה: וחרב
מתהפכת ·ולה להט לאיים
עליו מליכנס עוד לגן תרגום
להט שנן כמו שלף שננא
בסנהדרין ובלשון לעז
לאמה ומדרשי אגדה יש
ואני איני בא אלא
Cap. IV. לפשוטו: והאדם ידע כבר
v. 1. קודם ענין של מעלה
קודם שחטא ונטרד מגן
עדן וכן ההריון והלידה
שאם כתב וידע אדם
נשמע שלאחר שנטרד היו
לו בנים: קין על שם
קניתי: את ה׳ כמו עם ה׳
כשברא אותי ואת אשתי
לבדו בראנו אבל בזה
v. 2. שותפים (X) אנו עמו: ואת
קין את אחיו את הבל·
ג׳ אתים רבויים הם
מלמד שתאומה נולדה עם
קין ועם הבל נולדו
שתים לכך נאמר ותוסף:

D Pa רועה

(*a*) Breſch. R. Paiſch. 21. fol. 21. col. 3. in fine & ſeq. (*b*) Targum vertit להט per שנן acutum, aciem, uti dicitur: evaginavit &c. (*c*) Talm. Sanhedr. cap. 7. fol. 67. fac. 2. in med. (*d*) R. *Lame* Gall. & Ital. *Lama* eine Klinge. (*e*) Conf. Breſch. R. l. c. fol. 25. col. 1. in fin. & alibi. (*e*) *Gemellam ſororem natam eſſe cum Caino, cum Abele vero duas ſorores.*

רועה צאן לפי שנתקללה
האדמה פירוש לו מעבורתה:
v. 3. מפרי האדמה· מן הגרוע ויש
אגדה שאומרת זרע פשתן
v. 4. היה: וישע ויפן וכן לא שעה
אל מנחתו לא פנה וכן אל
ישעו אל יפנו וכן שעה מעליו
פנה מעליו: וישע ירדה
v. 7. אש וליחכה מנחתו: הלוא
אם תטיב· כתרגומו (Z)
פירושו: לפתח חטאת רובץ·
לפתח קברך חטאך שמור:
ואליך תשוקתו· של חטאך
הוא יצר הרע תמיד שוקק
ומתאוה להכשילך: ואתה
תמשול בו אם תרצה תתגבר
v. 8. עליו: ויאמר קין. (Aa) נכנס
עמו בדברי ריב ומצה
להתעולל עליו להרגו ויש
בזה מדרשי אגדה אך זה
v. 9. ישובו של מקרא: אי הבל
אחיך· להכנס עמו בדברי
נחת אולי ישוב ויאמר אני
הרגתיו וחטאתי (Bb) לך: לא
ידעתי· נעשה כגונב דעת
העליונה: השומר אחי·
לשון תימה הוא וכן כל הא
v. 10. הנקודת בחטף פתח: דמי
אחיך: דמו ודם זרעיותיו·
דבר אחר שעשה בו פצעים
הרבה שלא היה יודע מהיכן
נפשו

Paſtor gregis.) Quoniam terra maledicta fuit, abſtinuit ab ejus cultu. *De fructu terræ.)* i. e. de parvo (*a*) aut rejectio. Et myſtica eſt expoſitio, quæ dicit, quod fuerit lini ſemen. (*b*) (וישע) idem eſt יפן i. e. aſpexit. Et ſic (ſtatim legitur) non שעה ad munus ſuum i. e. non aſpexit item (Exod. V, 9.) אל ישעו ne attendunto, eſt idem ac אל יפנו item (Job. XIV, 6.) שעה מעליו i. e. reſpice ab eo. *Et reſpexit.)* i. e. deſcendit ignis, & conſumpſit ſacrificium ejus. *Nonne ſi benè feceris.)* ſenſus ejus eſt, quem Targum reddidit. (Z) *Ad oſtium peccatum cubans.* Ad oſtium ſepulchri tui peccatum tuum vigilat. *(cuſtoditur.) Et erga te appetitus illius.)* ſc. peccati, quod eſt concupiſcentia prava, quæ ſemper cupida eſt, & concupiſcit ad ſeducendum te.. *Sed tu dominaberis illi.)* Si volueris, prævalebis ei. *Et dixit Kain.* (Aa) Congreſſus eſt cum ipſo verbis rixoſis & jurgioſis, ut occaſionem quæreret in eo, ad interficiendum ipſum. Et ſunt ſuper hoc expoſitiones myſticæ; ſed hic eſt verus & ſolidus ſenſus ſcripturæ. *Ubi Abel?)* Ut aggrederetur illum verbis placidis, ſi fortè vellet reſipiſci dicens: Ego interfeci ipſum, & peccavi (Bb) tibi. *Neſcio.)* Factus eſt ſicut fur omniſcientiæ divinæ. *Num Cuſtos ego fratris).* Eſt interrogatio: Sicuti omne He punctatum cum Chateph patach. *Sanguines fratris.*] Sanguis ejus, & Sanguis ſeminis ejus. Alia expoſitio (*c*) eſt. Quod fecerit ipſi vulnera multa, quoniam neſciebat

(*a*) de granis. (*b*) Jalk. Sim. Part. I. fol. 10. col. 3. circa fin. ex Pirke R. Elieſer. (*c*) Tr. Sanhedr. cap. IV. fol. 37. fac. b. circa fin.

bat unde anima ejus poſſet egredi. *Maledictus tu de* (מן *terrâ.*) i. e. magis quàm maledicta fuerat ipſa antea, propter transgreſſionem ſuam, quæ tamen jam perrexit peccare. *Dilatavit os, recipere ſanguinem.*) Et ecce ego ipſi magis maledico tecum, ut non pergat dare poteſtatem ſuam (fructum ſuum.) *Vagus.*) Non poteris habitare in uno loco. *Major eſt iniquitas mea.*) Cum admiratione (loquitur) anne tu portans ſuperiora & inferiora, non poſſes etiam meum peccatum (Cc) portare? (*a*) *Qui interfecerit Kain.*) Hoc eſt unum ex illis Scripturæ dictis, quæ decurtant verba ſua (ellyptica ſunt) & ſubintelligunt quidem aliquid, ſed non exprimunt. *Omnis interficiens.*) Eſt comminatio. Sic faciet ipſi, talis & talis erit pœna ejus, nec tamen explicavit pœnam ipſius. *Septuplo vindicator.*) Nolo ego ulciſci Cain nunc; ſed in fine ſeptem generationum, ego ultionem ab ipſo Caino ſumam, quando ſurget Lamech ex filiis filiorum ſuorum, & interficiet ipſum. Dum autem finis Scripturæ dicit: *Septuplo vindicator*, quæ eſt ultio Habelis de Caino, diſcimus, principium Scripturæ eſſe comminationem ne ſc. creatura ſit nocitura ipſi. Cui ſimile eſt illud (2. Sam. V, 6,) & dixerat David: quiſquis percuſſerit Jebuſæum, & attigerit canales. Ubi etiam non expoſuit quid facturus ſit ipſi. Sed ſcriptura hoc vult: quiſquis percuſſerit

D 2 Je-

נפשו יוצאה: מן האדמה׃ v. 11.
יותר ממה שנתקללה היא
ככר בעונה וגם בזו הוסיפה
לחטא: אשר פצתה את פיה׃
לקחת את דמי אחיך וגו׳:
והנני מוסיף לה קללה
אצלך לא תוסיף תת כחה:
נע ונד׃ אין לך רשות לדור v. 12.
במקום אחר׃ גדול עוני v. 13.
מנשוא׃ בתמיה אתה טוען
עליונים ותחתונים ועוני
(Cc) אי אפשר לטעון: לכן v. 15.
כל הורג קין׃ זה אחד מן
המקראות שקצרו דברנהם
ורמזו ולא פירשו: לכן כל
הורג קין: לשון גערה כה
יעשה לו כך וכך עונש ולא
פירש ענשו: שבעתים יוקם׃
איני רוצה להנקם מקין
עכשיו לסוף שבעה דורות
אני ניקם נקמתי ממנו
שיעמוד למך מבני בניו
ויהרגהו וסוף המקרא
שאמר שבעתים יוקם
והיא נקמת הבל מקין
למדנו שתחילת מקרא לשון
גערה היא שלא תהא בריה
מזיקתו וכיוצא בו ויאמר דוד
כל מכה יבוסי ויגע בצינור
ולא פירש מה יעשה לו אבל
דבר הכתוב ברמז כל מכה
יבוסי

(*a*) Breſch. R. Parſch. 22. fol. 26. col. 3. circa fin.

יבוסי ויגע בצינור ויקרב אל
השער ויכבשנו ואת העורים
וגו׳ וגם אותם יכה על אשר
אמרו העור הפסח לא יבא
דוד אל תוך הבית המכה את
אלו אני אעשנו ראש ושר
כאן קצר דבריו ובדברי
הימים פירש יהיה לראש
ולשר: וישם ה׳ לקין אות·
חקק לו אות משמו במצחו:
v. 15. ויצא קין יצא בהכנעה
כגנב דעת העליונה: בארץ
נוד· בארץ שכל הגולים
נדים שם: קדמת עדן שם
גלה אביו כשגורש מגן עדן
v. 16 שנ׳ וישכן מקדם לגן עדן
לשמור את שמירת דרך
מבוא הגן שיש ללמוד
שהיה אדם שם ומצינו רוח
מזרחית קולטת בכל מקום
את הרוצחים שנאמר אז
יבדיל משה וגו׳ מזרח שמש
דבר אחר בארץ נוד כל
מקום שהולך היתה הארץ
מזדעזעת תחתיו והבריות
אומרים סורו מעליו זהו
v. 17. שהרג את אחיו: ויהי קין
בונה עיר ויקרא שם העיר
לזכר בנו חנוך: ועירד ילד
יש מקום שהוא אומר בזכר
הוליד ויש מקום שהוא אומ׳
ילד

Jebuſæum, & attigerit canales, & appropinquabit ad portam, & ſubjugabit ipſum & cœcos &c. etiam illos percutiat, ideò dicunt: cœcus & claudus non ingredietur ad Davidem in hanc Domum i. e. quicunque iſtos percuſſerit, ego ipſum efficiam Principem & Ducem, hic ergo decurtat verba ſua. In libris etiam Chronicorum explicatio eſt: ſc. *fiet Dux & Princeps.* (1. Paral. XI, 6.) *Et poſuit Deus Caino ſignum).* Incidit ipſi literam ex nomine ſuo in fronte ipſius. *(a) Et egreſſus eſt Cain.)* Egreſſus eſt cum pudore, ſicut fur omniſcientiæ divinæ. *In terrâ Nod)* in terrâ ubi omnes Exules exulant. *Ad orientem Eden.)* Ibi etiam Exul erat Pater ejus, poſtquàm expulſus erat ex Eden q. d. eſt, & habitavit in Oriente reſpectu Eden, ad cuſtodiendam ſcilic. cuſtodiam viæ introitûs in hortum, ut doceamur, quòd etiam Adamus fuerit ibi. Diſcimus etiam, quòd Plaga Orientalis recipiat ubique occiſores, q. d. eſt (Deut. IV, 41.) tunc ſelegit Moſes tres civitates ad ortum Solis. Alia expoſitio: *In terrâ Nod.* i. e. ubique ubi ambulavit, terra ſub ipſo tremuit, & homines dixerunt, recedite ab ipſo, ipſe enim occidit fratrem ſuum. *Et erat.)* Kain ædificavit urbem & appellabat illam in memoriam filii ſui Henoch. *Et Irad genuit* ילד) Nonnunquam dicitur de maſculo הוליד, nonnunquam etiam dicitur ילד

(a) Hic in aliis exemplaribus adduntur quædam, quod nempe Kain non tam homines (patrem & matrem) quam beſtias timuerit. Vid. Siphte Chacam. ad h. l.

ילד, quoniam generatio duo habet ſignificata, לידת, eſt mulieris, *gallicè naiſtre*, ſeminatio generationis, תולדות eſt Viri *ingenereur* (a) *Gallicè*. Nam quando dicitur הוליד in Hiphil, loquitur de partu mulieris. v. g. Mulier N. peperit filium aut filiam. Quando autem dicit ילד (in Kal) loquitur de ſeminatione viri, & hoc vocatur *Gallicè ingenereur*. (b) *Et aſſumpſit ſibi Lamech*. Hæc omnia nullâ aliâ de causâ voluit exponere (ſcriptura) quàm ut nos doceret, ex fine hujus materiæ, quod ſervaverit S.B. ſuum promiſſum, dum dixit, ſeptuagies ultio petetur à Caino; ſurrexit enim Lamech poſtquam genuerat filios, & fecerat generationem ſeptimam, & interfecit Cainum. Hoc eſt, quod dixit: *Virum occidi mihi in ulcus &c. Duas uxores. v. 23.*) Hic fuit mos hominum antediluvianorum. Unam habuit ad procreationem ſobolis, & alteram (tantùm) ad concubitum. Quæ fuit ad concubitum, bibit poculum ſterilitatis, ut fieret ſterilis, & pulcra ſicut ſponſa, & comedit delectabilia; Socia verò ejus contemptibilis erat, ut luxerit ſicuti vidua, & hoc eſt, quod expoſuit Hiob (c. XXIV, 21.) conſociat ſterilem, quæ non parit, & viduæ non benefacit, quemadmodum expoſitum eſt in חלק (c).

D 3 Ada)

ילד שהלידה משמשת שתי לשונות לידת האשה נישטרא בלע״ז והריעת תולדות האיש אינזיניר״אר בלע״ז כשהוא אומר הוליד בלשון הפעיל מדבר בלידת האשה פלוני הוליד את אשתו בן או בת כשהוא אומר ילד מדבר בזריעת האיש והוא בלע״ז אנויירי״ר:
v. 19. ויקח לו למך׃ לא היה לו לפרש כל זה אלא ללמדנו מסוף הענין שקיים הקב״ה הבטחתו שאמר שבעתים יקם קין עמד למך לאחר שהוליד בנים ועשה דור שביעי והרג את קין זהו שאמר כי איש הרגתי לפצעי וגו׳: שתי נשים כך היה דרכן של דור המבול אחת לפריה ורביה ואחת לתשמיש זו שהיא לתשמיש משקה כוס של עקרין כדי שתעקר ומקושטת ככלה ומאכילת מעדנים וחברתה נזופה ואבלה כאלמנה וזהו שפירש איוב רועה עקרה לא תלד ואלמנה לא ייטיב כמו שמפורש באגדת חלק:
ערה

(a) engendre, zeugen/generare. (b) engendreur, generator. (c) h. c. Cap. XI. Tract. Sanhedr. Vid. Breſch. R. Parſch. 23. fol. 27. col. 1. & Jalk. Sim. Part. I. fol. 11. col. 2. circa fin.

עדה היא של פריה ורביה על
שכם שמגונה עליו ומוסרת
מאצלו עדה תרגום של סורה;
צלה היא של תשמיש על שם
שיושבת תמיד בצלו דברי
אגדה הם בבראשית רבה:
v. 20. (Ee) אבי יושב אהל ומקנה
היא היתה הראשון לרועה
בהמות במדברות ויושב
אהלים חדש כאן וחדש כאן
בשביל מרעה צאנו וכשכלה
המרעה במקום זה הולך
ותוקע אהלו במקום אחר
ומדר' אגדה בונה בתים
לעז כמו דאת אמר סמל
v. 21. הקנאה המקנא וכן אחיו
תופש כנור ועוגב לזמר
לעז: תובל קין. תובל
אומנותו של קין. תובל לשון
תבלין. תבל והתקין
אומנותו של קין לעשו' כלי
v. 22. זיין לרוצחי': לוטש כל
חורש נחשת וברזל מחדד
אומנות נחושת וברזל. כמו
ילטוש עיניו לי חורש אינו
לשון פועל אלא לשון פועל
בצרי שהרי נקוד קמץ
קטן וטעמו למטה כלו'
מחדד ומצחצח כל כלי
אומנות נחשת וברזל:
נעמה היא אשתו של נח (Ff)
v. 23. בבר. שמעו קולי שהיו נשיו
פורשו'

Ada) Hæc eſt ad generationem: quia verò ſcelus commiſerat, ſeparavit ſe ab ipſo. עדה enim Chaldaicè eſt receſſio. *Zilla*) Fuit ad concubitum, propterea quia ſemper ſedit (*a*) ad latus ejus. Hæc eſt expoſitio myſtica in Bereſchis Rabba (*b*) (Ee) *Pater habitantium in tentoriis.*) Ipſe fuit primus paſcentium jumenta in deſerto, & habitavit in tentoriis menſtruatim hîc illic propter paſturam ſui gregis; quando enim confecerat paſtum in loco uno, perrexit & erexit tentorium ſuum in alio. Et ſenſu myſtico: (*c*) ædificavit domus ad colendum idola; hoc eſt, Simulacra Zelotypiæ (Ezech. VIII, 5.) המקנא. *Et ſic frater ipſius erat fidicen &c.*) alluſione ad canendum in Idolatriâ. *Tubal Kain.*) continuans opificium Caini, תובל enim habet ſignificationem perficiendi & continuandi, diſponendi ſcil. opificium Caini faciendo inſtrumenta armaturæ in uſum homicidarum. *Qui erudivit omnem fabrum ærarium & ferrarium.*) acuens (informans) exercens artificia æraria & fabrilia (ferri) q. d. (Job. XVI, 9.) acuit, exercuit ferrum ſuum (*d*) in me. חורש autem non eſt nomen ſed eſt verbum cum Zere. Ecce enim punctatum eſt cum Kamez parvo (*Zere*) & eſt Milra q. d. expoliens omnia inſtrumenta opificii ærarii & fabrilis (ferri). *Naëma.*) fuit uxor Noachi. (*e*) vide in (Ff) Bereſchis Rabba. *Audite vocem meam,*) Separârunt enim ſeſe mulieres ſecun-

(*a*) r. in umbra ejus צל umbra. (*b*) Vid. Breſch. R. l. c. (*c*) Breſch. R. ibidem paulo poſt. (*d*) (*oculos ſuos*) (*e*) Breſch. R. l. c. in fine.

Digitized by Google

ſecundum thorum ab ipſo, quoniam interfecerat Cainum, & Tubal Kain filium ſuum. Erat enim Lamech cœcus & Tubal Cain duxit eum, viditque Cainum, qui videbatur ipſi eſſe beſtia & dixit parenti ſuo: intende arcum tuum. Et ſic occidit ipſum. Poſtquam verò cognoviſſet, eſſe Cain tritavum ſuum, comploſit manus, filiumque ſuum inter ipſas interfecit: quâ de causâ mulieres ejus ſeſe ſeparârunt, quas placaturus: audite, inquit, vocem meam, ut obediatis mihi ad concumbendum. Quâ enim ratione ille vir, quem ego occidi, ad vulnus meum occiſus eſſet? anne ego ipſum vulneravi *ἐκ προαιρέσεως*, ut vulnus meum, & à me tanquam autore denominari poſſit? Et num puer, quem occidi, ad ulcus meum occiſus eſt? q. d. propter ulcus meum? Mirum hoc eſſet.(*a*) Nonne enim ex errore patravi hoc, & non ex proæreſi? Ergò neque hic ad vulnus meum, neque iſte ad ulcus meum erit. *Vulnus.)* Vulnus à gladio vel ſagittâ (inflictum) *maſturè* dicitur *Gallicè*. *Cum ſeptulo ſit vindicandus Cain.)* i. e. Si ipsi, qui ex proæreſi interfecit (Abelum), dilatum eſt uſque ad ſeptimam generationem, ego verò ex errore homicidium commiſi, quanto magis mihi id differatur neceſſe eſt, uſque ad plures ſeptenas generationes. *Septuaginta & ſeptem.)* Significaturus multitudinem, ſeptenarios uſurpavit, ut exponit R. Tanchuma. Expoſitio verò in Bereſchis (*b*) (Gg) Rabba

פורשו׳ ממנו מתשמיש לפי
שהרג את קין ואת תיבל קין
בנו שהיה למך סומא ותובל
קין מושכו וראה את קין
ונדמה לו כחיה ואמר
לאביו למשוך בקשת והרגו
וכיון שידע שהוא קין זקנו
הכה כף אל כף וספק את
בנו ביניהם והרגו והיו נשיו
פורשות ממנו והוא מפייסן:
שמעו קולי׳ להשמע לי
לתשמיש וכי איש אשר
הרגתי לפצעי הוא נהרג
וכי אני פצעתיו מזיד שיהא
הפצע קרוי על שמי וילד אשר
הרגתי לחבורתי נהרג כלומר
על ידי חבורתי בתמיה והלא
שוגג אני ולא מזיד לא זהו
פצעי ולא זהו חבורתי: פצע׳
מכת חרב או חץ מקארור״ה
בלשון לע״ז: כי שבעתים יקם v. 24.
קין שהרג מזיד נתלה לו׳ עד
שבעה דורות אני שהרגתי
שוגג לא כל שכן שיתלה לי
שביעיות הרבה: שבעים
ושבעה׳ לשון רבוי שביעיות
אחז לו כך דרש ר׳ תנחומה׳
ומדרש (Gg) בראשית רבה
לא

(*a*) cum interrogatione. (*b*) Conf. Breſch. R. cap. 23. fol. 27. col. 2. circa princ.

לא הרג למך כלום ונשיו
פורשות ממנו משקיימו
פריה ורביה לפי שנגזרה
גזרה לכלות זרעו של קין
לאחר שבעה דורות. אמרו
(Hh) מה אנו יולדות לבהלה
למחר המבול בא ושוטף את
הכל והיא אומר להן
וכי איש הרגתי לפצעי וכי
אני הרגתי את הבל
שהוא איש בקימה וילד
בשנים שיהא זרעי כלה
באותי עון ומה קין שהרג
נתלה לו שבעה דורות אני
שלא הרגתי רא כל שכן
שיתלו לי שביעיות הרבה
חהו קל וחומר של שטות אם
כן אין הקבה גובה את חובו
2. 25. ומקיים את דברו: וידע אדם
וגו. בא לו למך אצל אדם
הראשון יקבל על נשיו אמר
להם וכי עליכם לדקדק על
גזרתו של מקום אתם עשו
מצותכם והוא יעשה את שלו
אמרו קשוט עצמך תחלה
והלא פרשת מאשתך זה
מאה ושלשים שנה
משנכנסה מיתה על ידך
מיך

ba eſt, Lamechum nil quicquam interfeciſſe; ſed mulieres ejus ſeſe ab ipſo ſeparâſſe (quoad thorum) ne generarent quia factum erat decretum, de abolendo ſemine Caini, poſt ſeptem generationes, dicentes: (Hh) quare nos pareremus cum timore? cras n. diluvium veniet & inundabit omnia. Ipſe autem reſpondit ipſis: Quid? anne ego interfeci virum in vulnus meum? an ego interfeci Habelum? qui eſt vir ſtaturâ, & puer annis, ut ſemen meum delendum ſit propter tale facinus? Et cur, ſi Caino, qui interfecit (fratrem) dilata eſt (ultio) ad ſeptem generationes; non potius mihi, qui non homicidium commiſi, differetur uſque ad ſeptenas, plures generationes? quæ argumentatio eſt à minori ad majus (*a*) Scripturæ. Si hoc eſt, S. B. non magni æſtimavit (ſtrictè punivit) debitum ejus (prævaricationem ejus) aut ſtrictè ſervavit verbum ſuum. *Et cognovit Adam.*) Acceſſit Lamech ad protoplaſtum & ſuſcepit (ſc. judicium) ſuper mulieres ſuas. Dixit illis (Adam): Quid ad vos attinet perſcrutari decreta Dei? Facite vos præcepta veſtra, & ipſe (Lamech) (*b*) faciet præceptum ſuum. Reſponderunt ipſæ: (*c*) congredere tu priùs cum uxore tuâ. Annon tu ipſe te ſeparâſti ab hac tuâ maritâ 130. annos, ex quo ingreſſa eſt (*in pœnam conſtituta eſt*) mors per

(*a*) Vel · Hæc eſt ſtulta argumentatio à minori ad majus; ſi enim ſic eſſet, DEus S. B. non extuliſſet ejus debitum, nec ſervaſſet verbum ſuum. (*b*) DEus faciet quod ſuum Vid. Breſch. R. Parſch. 23. fol. 27. col. 2. in med. (*c*) Adde: orna teipſum prius, h. e. turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum Conf. Lex. Buxt. Chald. Rad. קשט.

per te? Et ſtatim *cognovit Adam Evam &c.*) Sed quid vox עוד notat? quod ſcilicet ipſi fuerit adhuc dum concupiſcentia ſuperaddita ſuper priorem concupiſcentiam, in (Ii) Bereſchis Rabba (*a*) *Tunc cœperunt nominari.*) Nomina ſcilicet hominum, & nomina Idolorum, nomine S.B. ut fierent ex ipſis idola & vocarentur Dii. *Hic Liber generationum Adami*) id eſt, hæc eſt recenſio generationis hominis (genealogia) & ſunt multæ expoſitiones myſticæ. (*b*) *Quo die creavit.*) innuitur eo die, quo creatus eſt, genuiſſe. CXXX. *annos.*) huc uſque ſeparabatur â muliere. *Et ambulavit Henoch.*) Juſtus (*c*) erat & facilis ſeduci ad peccandum: propterea feſtinavit Deus, ſubduxit illum, & exanimavit illum ante tempus ſuum, & hoc eſt, quod Scriptura variat *(docet)* in morte ejus, dum ſcribit ואיננו & non amplius erat (videbatur *in Mundo*,) ad ſupplendos annos ſuos. *Quia aſſumſerat eum.*) Antè tempus ſuum. uti Ezech. XXIV, v.25. Ecce ego aufero abs te deſiderium oculorum tuorum. * *Et genuit filium.*) Quoniam ex eo ædificatus eſt mundus. (זה ינחמנו) ſolabitur (vel facilitabit) illum dolorem manuum noſtrarum. Antequam enim veniret Noach, nondum ha-

מיד וידע אדם וגו' ומהו
עוד ללמד שנתוספה לו
תאוה על תאותו (Ii)
v. 26. בראשית רבה: אז הוחל
לקרא' את שמות האדם
ואת שמות העצבים
בשמו של הקב"ה לעשותן
אלילים ולקרותן אלהות:
Cap. V. זה ספר תולדות אדם.
v. 1. זו היא ספירת תולדות
אדם ומדרשי אגדה יש
רבים: ביום ברוא וגו'
מגיד שביום שנברא
v. 3. הוליד: שלשים ומאת
שנה. עד כאן פירש מן
v. 24. האשה: ויתהלך חנוך.
צדיק הוה וקל ברעתו
לשוב להרשיע לפיכך מיהר
הקבה וסילקו והמיתו קודם
זמנו וזהו ששנה הכתוב
במיתתו לכתוב ואיננו
בעולם למלאות שנותיו·
כי לקח אותו לפני זמנו כמו
הנני לוקח ממך את מחמד
v. 28. עיניך: ויולד בן שממנו
v. 29. נבנה העולם: זה ינחמנו:
ונוח ממנו את עצבון
ידינו· עד שלא בא נח
לא

(*a*) Breſch. R. l. c. (*b*) Vid. Jalk. Reubenu fol. 23, col. 1. & Breſch. R Parſch. 24. fol 27. col. 3 circa fin. ſeq. (*c*) Breſch. R. Parſch. 25. fol. 28. col. 2. circa fin. ſeq.

לא היה להם כלי מחרישה
והוא הכין להם. והיתה
הארץ מוציאה קוצים
והדרדרים כשזורעים חטים
מקללתו של אדם הראשון
ובימי נח נחה וזהו ינחמנו
ואם לא תפרשהו כך אין
טעם הלשון נופל על השם
ואתה צריך לקרות שמו
v. 32. מנחם: בן חמש מאות שנה:
אר' יודן מה טעם כל הדורות
הולידו לק' שנה וזה לחמש
מאות. אמר הקב"ה אם
רשעים הם יאבדו במים ורע
לצדיק זה ואם צדיקים הם
אטריח עליו לעשות תיבות
הרבה כבש את מעיינו ולא
הוליד עד חמש מאות שנה
כדי שלא יהא יפת הגדול
שבבנין ראוי לעונשין לפני
המבול דכתיב כי הנער בן
מאה שנה ימות ראוי לעונש
לעתיד וכן לפני מתן תורה:
את שם את חם ואת יפת:
והלא (Kk) יפת הגדול הוא
אלא בתחלה אתה דורש
את שהוא צדיק ונולד (Ll)
כשהוא מהול ושאברהם
יצא ממנו וכו' (Mm)
בבראשית רבה: (d) בני
Cap.VI. האלוהים: בני השרים
v. 2. והשופטים דבר אחר בני
האלוהים

habebant inſtrumenta agriculturæ: ipſe enim adinvenit hæc ipſis. Item, terra producebat ſpinas & tribulos quando ſeminabatur triticum, propter maledictionem protoplaſti: at tempore Noachi requievit (ab his); & hoc vult iſtud ינחמנו i. e. quietabit. Quod niſi (*a*) ita expoſueris, nullus erit ſenſus. Significatum enim (omen) convenit cum nomine. Unde neceſſe jam habes vocare nomen ejus מנחם. *Filius D. annorum)* Dixit R. Joden, qui ſenſus eſt? Omnes illæ generationes genuerunt in centeſimo anno, (*b*) & hic in quingenteſimô. Dixit S. B. Si impii fuerint ipſi; ecce peribunt in aquis, quod malum eſſet huic juſto. Sin autem fuerint juſti; laborandum mihi erit propter illos ad faciendum multas arcas. Ideò exaruit fons ejus (*c*) & non genuit uſque ad quingenteſimum annum, ne Japhet major natu inter filios ejus, dignus fieret pœnâ antè diluvium, ut ſcriptum eſt (Eſ. LXV, 21.) puer 100. annorum morietur, dignus pœnâ futurâ, & ſic ante traditionem legis. *& Chamum.)* Nonne (Kk) Japhet eſt natu major? Cur ergò Sem primo ponitur loco? Reſp. ſupra invenies, quòd (Sem) fuerit juſtus, & natus circumciſus, accedit: *Abraham* ex ipſo ortum eſſe. Sic eſt in (Mm) Bereſchis Rabba. (*b*) *Filii Dei.*) Filios magnatum & principum. Alia expoſitio, Filii Dei

(*a*) Vel: Si à נחה derivare non velis, ſcias, ſenſum ex Etymol. נחם nullum eſſe, quia appellandus eſſet Menachem. Vid. Siphte Chacam. ad hunc Raſche locum. (*b*) Breſch. R. Parſch. 26. fol. 29. col. 1. in med. (*c*) Abſcondidit DEus partem genitorum ejus, ut non gigneret Vid. Breſch. R. l. c. (*d*) Breſch. R. l. c. col. 2. in pr.

Dei ſunt principes qui iverunt in legationibus Dei,& cum his commiſcuerunt ſe illi. Omne *Elohim* in ſcriptura habet ſignificationem Dominii, quod evincitur ex eo (Ex. IV, 16.) tu eris ipſi loco Dei. it. Ex. VII, 1.) poſui te Deum. *Quod bona eſſent.*) Dixit R. Joden טבת ſcriptum eſt (ſc. defectivè ſine Vav) quoniam benefaciebant ipſis, (*a*) & amabant, ut irent ad thalamum (ad Chupam) ubi primarius ingreſſus eſt & concubuit primùm. *A quibusvis, quas elegerunt.*) Sive fuerit maritata, ſive maſculus, ſive etiam beſtia. *Non judicabit Spiritus meus.*) non intonabit (*conqueretur*) aut litigabit mecum Spiritus meus propter hominem. *In Seculum.*) i. e. ad multitudinem dierum. Ecce enim Spiritus (*b*) meus judicatus eſt in corde meo, ſive perdam ſive miſerear, non judicabit de hoc Spiritus meus Leolam i. e. multos dies. *Eò quod etiam*) . ac ſi eſſet בְּשַׁגָּם cum ſægol, quaſi dicat בִּשְׁבִיל שֶׁגַּם propterea quoniam ita eſt comparatum cum eo, ut ſit caro. Licet verò caro ſit; tamen non humiliat ſe coram me, quid fieret ſi eſſet ignis aut alia res durabilis? Eo modò dicitur (Jud. V, 7.) עַד שַׁקַּמְתִּי pro שַׁקַּמְתִּי Item שאתה מדבר pro שָׁאַתָּה אף עמי &c. Sic. בְּשַׁגַּם pro בְּשַׁגָּם *Et erunt dies ejus*, adhuc CXX. annos prolongabo ipſis iram meam, & ſi non reverſi fuerint, adducam ſuper ipſos diluvium. In-

האלהים הם השרים
וההולכים בשליחותו של
מקום אף הם היו מתערבים
בהם כל אלהים שבמקרא
לשון מרות וזה יוכיח אתה
תהיה לו לאלוהים· ראה
נתתיך אלוהים: כי טובות
הנה: אמר רבי יודן טבת
כתיב כשהיו מטיבין אותם
מקושטת ליכנס לחופה
היה גדול נכנס ובועלה
תחלה: מכל אשר בחרו:
אף בעולת בעל אף הזכר
והבהמה: לא ידון רוחי v. 3.
באדם· לא יתרעם ויריב
רוחי עלי בשביל האדם:
לעולם· לאורך ימים הנה
רוחי נדון בקרבי אם
להשחית ואם לרחם· לא
יהיה מדון זה ברוחי לעולם
כלומר לאורך ימים: בשגם
הוא בשר כמו בשגם בסגול
כלומר בשביל שגם זאת בו
שהוא בשר ואעפ כן אינו
נכנע לפני ומה אם יהיה אש
או דבר קשה· כיוצא בו עד
שקמתי דבורה כמו שקמתי·
וכן שאתה מדבר עמי כמו
שאתה אף בשגם כמו
בשגם: והיו ימיו עד קכ
שנה אאריך להם אפי ואם
לא ישובו אביא עליה מבול
ואת'

(*a*) R. ornatæ ut irent in chupam, maximus inter illos ingrediebatur & concumbebat cum illâ primùm. Vid. Breſch. R. Parſch. 26. fol. 29. col. 3. in pr. (*b*) Vel: Ecce ſpiritus meus litigat in me aut ad perdendum aut ad miſerendum, non erit lis hæc in ſpiritu meo in æternum h. e. in plures dies Conf. SiphteChacam. ad h. l.

ואת׳ משנולד יפת עד
המבול אינו אלא ק׳ שנה
אין מוקדם ומאוחר בתורה
כבר היתה הגזירה גזורה
כ׳ שנה קודם שהוליד נח
תולדות וכן מצינו בסדר
עולם יש מדרשי אגדה
רבים בלא ידון אבל זה הוא
v. 4. צחצוח פשוטו: הנפלים׃
על שם שנפלו והפילו את
העולם ובלשון עברית לשון
(Nn) ענקים הוא: בימים
ההם בימי דור אנוש ובני
קין׃ וגם אחרי כן׃ אף על פי
שראו באבדן של דור אנוש
שעלה ים אוקינוס והציף
שליש העולם לא נכנע דור
המבול ללמוד מהם׃ אשר
יבואו׳ היו יולדות ענקים
כמותם: הגבורים׳ למרוד
במקום: אנשי השם אותם
שנקבו כשמות עירד מחויאל
מתושאל שנקבו על שם
אבדן שנמחו והותשו׳ דבר
אחר אנשי שממון ששממו
v. 6 את העולם׃ וינחם ה׳ כי עשה׃
נחמה היתה לפניו שבראו
בתחתונים שאלו היה מן
העליונים היה ממרידן
בבראשית

Inquis: ex quo natus eſt Japhet, uſque ad diluvium eſſe ſaltim centum annos & non eſſe ὕςερον πρώτερον h.l. in ſcripturâ. Reſpondeo decretum hoc fuiſſe XX. annis antequam Noach genuerit generationes ſuas, & ſic reperimus in Seder Olam. (*a*) Sunt etiam expoſitiones myſticæ multæ (*b*) de verbo לא ידון ſed hoc quod dixi apprimè convenit cum literâ. *Gigantes.*) Propterea (ſc. ita vocantur) quia ceciderunt (non ſolùm ipſi, ſed) & cadere fecerunt mundum. Ebraicè eſt (Nn) ענקים. *Diebus illis;* tempore generationis Enoſch & (*filiorum*) Kain. *Et etiam poſtea.*) quamvis viderunt in perditione generationis Enoſchi, quòd effluxerit Oceanus, & inundaverit tertiam partem mundi, non tamen humiliârunt ſe homines diluviani, ut diſcerent ab ipſis. *Quibus congrediebantur.*) genuerunt Anackim ſimiles ſibi. *Fortes.*) ad rebellandum Deo. *Viros Nominis.*) Pares qui maledicti erant (*l. illi qui appellantur*) juxta nomina Irad, Mechujael, Methuſael, quæ deſcendunt, â perditione, (v. g. *Mathuſael ſignificat: mortem poſtulans vel Mors ſua infernus Mechujael eſt, delendus a Deo, &c.*) qui deleti & debilitati ſunt. Alia expoſitio. Viri deſolationis, quoniam deſolati ſunt mundum. *Et pœnituit &c.*) pœnitudo erat coram ipſo, quòd creârit ipſum (hominem) ex inferioribus. Nam ſi fuiſſet (*creatus, dicebat Deus*) ex ſuperioribus, ad rebellionem provocâſſet (*contra me*) illa *ſuperiora: ſicuti, quia creatus eſt ex inferioribus, ad rebellionem contra me provocavit inferiora ſicut eſt*) in Breſchis Rabba (*c*)

Et

(*a*) Seder Olam R. Cap. VI. (*b*) Quas vide in Breſch R. Parſch. 26. fol. 29. Col. 3. in med. (*c*) Breſch. R. Parſch. 27. fol. 30. col. 3. in pr.

Et doluit.) Homo ſcil. in corde Dei, aſcendit cogitatio DEi ipſum dolore afficere, hoc habet Targum Onkelos.(*a*) Alia expoſitio vocis וינחם mutata eſt cogitatio S. B. ex attributo miſericordiæ in attributum judicii. Conſultavit Deus, quid faciendum eſſet cum homine, quem fecerat ſuper terram, & hic eſt ſenſus omnis vocis נחם in ſcriptura, ſc. ſignificat idem ac deliberare quid faciendum ſit (v. g. *Num. XXIII, 19)* & filius hominis ut mutetur (it. Pſ. 135, 14.) ועל עבדיו יתנחם (*Exod. XXXII, 14.* 2. Sam. XXIV, 16. 1. Paral. XXI, 15. Jon. III, 10. Jer. XXVI, 19.) וינחם ה׳ על הרעה (1. Sam. XV, 11.) נחמתי כי המלכתי. Omnia ſignificant cogitationem poſteriorem (ויתעצב) Mœſtus factus eſt propter perditionem operis manuum ſuarum, quemadmodum mœſtus redditur Rex ob filium ſuum. Hoc autem ſcripſi ad reſpondendum (*Epicuræis*) (*b*) Epicuræus quidam quæſivit ex R. Jehoſchua Filio Korchæ, dicendo: Nonnè vos confitemini, S. B. ſcire futura? reſpondit ipſi, utique. Dixit ipſi (Epicuræus) ſcriptum autem eſt, *& pœnituit in corde ſuo.* Regeſſit ipſi (R) anne tibi natus eſt filius maſculus in diebus tuis? Reſpondit ipſi: eſt. Dixit: quid ergo feciſti? Reſpondit ipſi: Lætatus ſum & lætificavi omnes. Regeſſit: nonnè ſciviſti, quòd tandem ſit moriturus? Reſpondit ipſi (Epicuræus) horâ gaudii gaudium, & horâ luctus, luctus. Dixit ipſi (R.) Sic

בבראשית רבה: ויתעצב. האדם אל לבו של מקום עלה במחשבתו של מקום להעציבו זהו תרגום אנקלוס· דבר אחר וינחם נהפכה מחשבתו של מקום ממדת רחמים למדת הדין עלתה במחשבה לפניו מה לעשות באדם שעשה בארץ וכן כל לשון נחום שבמקרא לשון נמלך מה לעשות ובן אדם ויתנחם ועל עבדיו יתנחם וינחם ה׳ על הרעה· נחמתי כי המלכתי כלם לשון מחשבה אחרת הם: ויתעצב אל לבו· נתאבל על אבדן מעשה ידיו כמו נעצב המלך על בנו: וזו כתבתי לתשובת אפיקורוס אחד שאל את רבי יהושע בן קרחה א״ל אין אתם מודים שהקב״ה רואה את הנולד אמר לו הן ואמר לו והא כתיב ויתעצב אל לבו אמר לו נולד לך בן זכר מימיך אמר לו הן אמר לו ומה עשית אמר לו שמחתי ושמחתי את הכל אמר לו ולא היית יודע שסופו למות אמר לו בשעת חדותא חדותא בשעת אבלא אבלא אמר לו כך מעשה הקב״ה אף

(*a*) Sanhedr. Cap. XI. fol. 109. fac. a. (*b*) alia exempl. legunt: זכותים כותי. ad reſpond. Cuthæis h. e. Samaritanis, Cuthæus quidam &c. Vid. Hotting. Theſ. Phil. L. I. Cap. I. Sect. VI. p. m. 45. & 47.

אף על פי שגלוי לפניו שס
שסופן לחטא ולאבדן לא
נמנע מלבראן בשביל הצדיקי'
v. 7. העתידים לעמוד מהם:
ויאמר ה' אמחה את האדם
הוא עפר ואביא עליו מים
ואמחה אותו לכך נאמר לשון
מחוי: מאדם ועד בהמה
אף הם השחיתו דרכם.
דבר אחר הכל נברא בשביל
אדם וכיון שהוא כלה
מה צורך באלו: כי נחמתי
כי עשיתם. חשבתי מה
לעשות על אשר עשיתים:

חסלת בראשית.

Sic etiam fecit Deus, quamvis enim ipſi cognitiſſimum fuerit, quòd tandem (homines) ſint peccaturi, & perituri, non tamen abſtinuit à creatione ipſorum propter juſtos, qui erant ex iſtis orituri (*a*) *Et dixit Deus, delebo hominem*) Ipſe eſt pulvis, ideò adducam ſuper ipſum aquam. & delebo ipſum, unde adhibetur verbum delendi. *Ab homine ad beſtiam*) etiam ipſa (animalia bruta) corruperant viam ſuam. Alia expoſitio. Omnia creata ſunt propter hominem. Quòd ſi autem ipſe perit, quid opus eſt illis? *Quia pœnituit me, quod fecerim ipſos*) deliberavi quid faciendum eſſet illis, quos creavi.

Explicit Breſchis.

(*a*) Hæc habentur in Breſch. R. Parſch. 27. fol. 30. col. 3. in fine Parſchæ. & Jalk. Simeon. Part. I. fol. 30. col. 4. circa fin.

SPE-

SPECIMEN ORDINARIÆ GLOSSÆ,

Scripta Rabbinorum utiliter legendi,

Inſtitutum ad

Primum Membrum Commentârii

Rabbi Salomonis: ex quo (quia videri poterat inutile) tantô æquiùs de reliquis (ſi modò eruditus Commentator contingat) Lector benignus judicare poterit: non omnia eſſe nugas & quisquilias, quæ, Rabbinorum nomine, coram imperitis circumferuntur.

DIxit R. Jizchak: non fuerat neceſſe (aliunde) incipére Legem, quàm (inde â verbis Exod. XII, 2.) החודש הזה לכם ראש i. e. Menſis hic vobis principium eſto Menſium &c. Quoniam hoc præceptum primum eſt (omnium) quæ præcepta ſunt in ea (Lege) Iſraëli. Quæ igitur (quæret aliquis) cauſa eſt incipere â בראשית?. (Reſpondendum eſt propterea: potentiam operum ſuorum annunciavit (DEUS) Populo ſuo, dando ipſis hæreditatem Gentium, (Pſ. CXI, 6.) ut, quando dicturi ſunt populi ad Iſraelem: Prædones vos, (eſtis) quia ſubegiſtis Provincias ſeptem Populorum; ipſi reſpondeant eis: (Gentibus.) Univerſa Terra eſt Sancti Benedicti. Ipſe creavit eam & dat ei, qui rectus eſt in oculis ejus, Pro lubitu ſuo dedit eam his, & pro lubitu ſuo (iterum) eripuit illis, deditque (tandem) nobis.

AN-

ANNOTATIONES

AD HANC PERIODUM.

CUr Rabbi Salomoh Jarchi Commentarium ſuum inceperit ab hoc ſubtili diſcurſu, (אגדה) diſputant ejus Interpretes, &, juxtâ Defek Tof. ad h. l. (*fol. 7. col. 3.*) עליה ירדו חכמים למלחמה כל אחד עוקר הרים וטוחנן זה בזה לתרץ כוונתו של רש״י, ſuper eo deſcenderunt Sapientes in bellum (elegantiſſima Phraſis, quâ diſſenſum notant Ebræi & controverſias inter Eruditos.) quorum unusquiſque transfert montes (עוקר הרים est deſcriptio Viri eruditi. Sicuti Filius Aſſæi, qui omnibus quæſtionibus ſe ſatisfacturum jactabat, vocabatur. Vide Eruvin fol. XXIX, col. 1. Idem de Rabba dicitur Berach. fol. LXIV, 1. & Horajos in fin. vide Buxt. Præf. in Biblioth. Rabbin. & Clariſſ. Hotting. Hiſtor. Sacr. N. T. p. 132. Apoſtolus ita locutus 1. Cor. XIII, 2. *ὄρη μεθιστάνειν*,) & permoluerunt unum cum altero (itidem Phraſis de ſubtilibus, & laborioſis, juxta tritum ex Talmude in Gittin: טוחן הרבה ומוציא קימעא: molit multum & educit parùm.) ut explicarent, quænam eſſet intentio Raſchi. Dubium ipſorum hoc eſt: Quia Moſes volebat ſcribere Legem, Lex verò tantùm continet præcepta: Primum autem Præceptorum eſt l. c. Exod. XXII, 2. ergò videtur: quòd ſuperfluum ſit, incipere a Creatione. Quæ ſententia eorum non tantùm patet ex R. Salom. ſed & ex Defek Tof in h. l. qui præterea hoc ſimili rem declarat: מי שירצה לחבר ספר מחכמת התכונה אין לו לכלול באותו ספר חכמת התשבורת אע״פ שיודע נ״כ אותה חכמה qui vult componere librum de ſcientiâ Aſtronomicâ, non abſolvit in eodem libro Scientiam Arithmeticam, quamvis etiam calleat eandem.

Unde applicat, ſi Moſi propoſitum fuit ſcribere Legem, cur abſolverit opera Creationis? Deinde argumentum quærit in vocabulo תורה: ר״ל להורות לנו הדרך אשר נלכה בה quòd ſc. dicatur â monſtrando, quæ monſtrare nobis debeat viam in quâ ambulemus, quid ergò (quod dubium ejus) ad hoc Creatio? Eodem modo R. Bezaleelides in h. l. שם תורה אינו נופל אלא על מצות התורה׳ שהרי לשון תורה היא לשון הוראה להורות לנו המעשה אשר נעשה

(leg.

ורפיכך דווקא תורת משה נקרא (נקראת *(leg.*
תורה מפני שבה כתובים *(itid. lic. Rabb.)* המצות וכן
פי׳ הרדק שלשון היא לשון הוראה אכ אין לכתוב
בה רק המצות: Nomen legis non quadrat niſi ad Præcepta Legis. Ecce enim Vox תורה eſt ſignificationis הוראה, monſtrando ſc. nobis opera, quæ faciamus. Et propterea præciſè (formaliter) Lex Moſis dicitur תורה, quia ſcripta ſunt in illâ Præcepta. Quomodo etiam exponit R. D. Kimchi, quòd תורה deſcendat à monſtrando. [Cabbaliſtæ Gematricè ex voce בתורה in Lege, numerum præceptorum DCXIII. quæ iterum in CCCLXV, negativa, juxtâ numerum dierum anni Solaris, & CCXLIIX. affirmativa juxtà numerum, ſi ipſis credendum, membrorum humani corporis diſpeſcunt, eliciunt, tantundem enim illa vox notat.] Quod cum ita ſit videtur præter præcepta nil eſſe in Lege proponendum. Reſpondet autem Defek Tof (1.) ה״ה לו למרעה לחבר ספר בפני עצמו כמו שעש׳ מספר איוב שגם משה רבינו חיברו quòd Moſes voluerit ſcribere librum hunc ſeorſim, ſicuti fecerit cum libro Hiob, quem etiam ille compoſuerit. (De Jobi Libro hoc Judæi tenent. Præf. Gall. Les Juifs auſſi tiennent Moyſe pour autheur de ceſtè Hiſtoire. Antiqui ajunt apud Menaſſ. B. Iſr. p. 124. de R. Mort. משה כתב ספרו ופרשת בלעם ואיוב Moſes ſcripſit Librum ſuum, Paraſcham de Bileamo, & Jobum, R. Iſaac Abarbin. Præf. in Jerem. p. XCVI. col. 4. poſt. med. בספר איוב שכתבו מר״עה לא נמצאו בו כי אם י״ט קרי וכתיב In Libro Jobi, quem ſcripſit Moſes Doctor noſter, ſuper quo pax, non reperiuntur plura quàm XIX. Keri & Cetif: Vide Juchaſin fol. IX. & Cod. Báſa Baſra ap. Gur Arich in h. l. Raſchi. Quòd autem addit: ואלו היה נכתב בתורה ספר איוב היה אסור לקרות באותה ספר תורה בציבור Si fuiſſet ſcriptus in Lege Liber Jobi, fuiſſet prohibitum legere in iſto Libro Legis in Eccleſiâ; ipſius conjectura eſt ſine fundamento.) De cætero, quòd Jizchak Præceptum illud Ex. XII, 2. vocat primum omnium, id cum limitatione accipiunt Interpretes, excludentes ſcilicet & ſeptem Præcepta Noachi, & quæ Patribus ſunt facta, (qualia fuerunt Circumciſio, & juxta ipſos Nervus Gen. XXXII. ult. Putant enim etiam Comeſtionem nervi contractionis præcepto divino interdictam) & quæ Moſi tradita. Ita enim Defek Tof fol. 8. col. 1. מה דנקט ר׳ יצחק החדש חזרה

הזה, לכם שהיא מצוה ראשונה שנצטוו בה ישראל ר״ל שנצטוו' מפי משה שהוא כתב את התורה' ולמשה לא נצטווה מצוה קודם מחודש לאמר לישראל אי נמי מאחר דגיד הנשה ומילה' ג״כ נאמרו למשה בסיני כדאמרינן במסכת חולין אם כן החודש הזה לכם נחשבת מוקדם מאחר' שנחזרו גיד הנשה ומילה למשה אחר מצות החודש: i.e. (*) Cur objicit (ſic puto reddendum verbum נקט, licet hæc ſignificatio in Lexico non occurrat.) R. Iſaac verba: (Exod. XII, 2.) Hic menſis vobis &c. quaſi hoc præceptum primum (omnium) fuerit, quæ præcepta ſunt in ea Lege) Reſp. intelligit per os Moſis qui ſcripſit Legem. Moſi autem ante præceptum MENSIS (PRIMI) nullum præceptum eſt. Vel etiam (ſubintelligit) poſt (præceptum) de Nervo contractionis (Gen. XXXII, 32.) & Circumciſione, quæ tamen etiam præcepta ſunt Moſi in Sinai, ſicuti dicunt in Tractatu Cholin. Quod ſi ita eſt, Præceptum MENSIS [primi] reputatur per ὕςερον πρότερον, quia nimirum Nervus contractionis & Circumciſio repetita fuerint Moſi poſt præceptum MENSIS. De hoc: an præceptum Menſis ſit primum, plura habet R. Elieſer Aſchkenaſi Maaſe Breſch pag. 1. col. 1. 2. dicens: ומהר״ר אליה מזרחי בפירושו על רש״י ז״ל טען על ענין מילה וגיד הנשה שהם כתובים קודם החדש הזה לכם' ולפי התרתו ספק זה נראה היות כוונתו לומר שיכתוב מילה וגיד הנשה

(*) Quoniam in hâc verſione quædam obſcurius tranſlata ſunt, placuit ſequentem adjicere. *Quod R. Jizchak putavit: Verba Ex. XII, 2. HIC MENSIS SIT VOBIS &c. continere primum præceptum, ad quod Iſraëlitæ obligati ſunt; (primum ſcil. præceptum, quod ab ore Moſis præſcriptum eſt, qui Legem ſcripſit,) Et Moſi nullum præceptum præſcriptum eſſe ante hoc præceptum Menſis, quod Iſraëlitis proponere debuiſſet. Reſp. Nonne ſic etiam poſtpoſitum eſſet præceptum de nervo coxendicis Gen. XXX, 32. & de circumciſione, quæ Moſi dicta ſunt in Monte Sinai, uti Rabbini noſtri in Talm. Tract. Chulin dicunt? Si ſic eſt; præceptum illud (menſis hic ſit vobis &c.) reputabitur pro præcepto, quod per ὕςερον πρότερον poſitum eſt. Quoniam præcepta de nervo coxendicis & de circumciſione Moſi repetita ſunt poſt præceptum menſis.* Senſus eò redit, DEum ipſum ὕςερον πρότερον commiſiſſe, dum illud præceptum menſis Moſi prius præſcripſit quam præcepta coxendicis & circumciſionis, quæ ante Moſen data fuerunt.

הנשרה אחר החדש הזה לכם׳ i. e. quòd R. Elias orientalis in comment. ſuper Raſchi argumentetur ex Circumciſione & nervo Contractionis, quod ipſa ſcripta ſint antè primum Menſem (Ex. XII, 2.) ſed addit (R.Elieſer) ex ſolutione dubii hujus apparet, ipſius intentionem fuiſſe dicere, quòd Circumciſio & Nervus contractionis ſcripta ſint poſt Menſem primum. Si ſc. hoc argumentum ejus quid concludere oportet, Præceptum Menſis primi omnium in universâ Lege fuerit primum. Et rejicit hanc ſententiam prorſus in ſequentibus idem R. Elieſer Germanus l. c. dicens: ולא ירעתי היאך יתחיל מהחודש הזה׳ ויאמר מצות קרבן פסח שכל עורל לא יאכל בו׳ ועדיין לא נאמרה מצות מילה, ſed neſcio quomodo incipere poterit â præcepto Menſis primi, & dicere tamen præceptum Sacrificii, Paſchæ, quod nulli incircumciſo liceat de eo comedere & ſit tamen nondum mentio facta præcepti de Circumciſione. Et ſubjicit, quòd ille שלא יסבול לב המשכיל non geret cor intelligens, qui dixerit hanc intentionem fuiſſe R. Jizchak. Hæc de ratione ipſorum primâ. Quod verò Raſchi poſtmodum ex R. Jſaaco ait: id factum eſſe, quòd Moſes inceperit â Creatione, ut Gentibus poſſit demonſtrari cur Iſraëlitæ bono titulo poſſideant alienas Provincias, id etiam alii Ebræorum docent, nominatim R. Bezaleelides, quem videas, alii. Sed nec hoc placet R. Elieſeri Germano, qui dicit: זאת באמת יפלא מאד שהשלם. הזה יאמר עכל הספורים שבאו בתורה מבראשית עד החדש הזה אינם צריכים רק להשיב לאומות העולם בהיות שהם כמה פינות תוריות מלבד מעשה בראשי׳ צריכות מאד עם הודעת העונש הכולל שניתן לדור המבול לסבת בחירת הרעה וכן לדור הפלגה׳ ועם הודעת המהצב הקדו׳ אשר ממנו חוצבבו שהוא אברהם ראש המאמינים׳ והנסיונות כולם שנתנסה׳ וענין העקידה׳ ומראה בין הבתרים׳ וכל הבטחות שהובטחו האבות לנתינת הארץ לזרעם והברכות שברכם׳ ואופן ירידתם למצרי׳ והתשע מכות שהביא הקבה״ על המצריים שקצתם היו הוראה על היכלת וקצתם על ההשגחה כמו שנ׳ והפלה יי׳ בין מקנה וגו׳ כי כלם נכתבו קודם שנא׳ החדש הזה לכם׳ והוה כל אלו שהם עקרים המחזיקים

המחזיקים האמונה׳ אך יתכן שיאמר השלם הזה שענין תשובת ישראל׳ לאומות העולם תהיה שקולה כנגד כל׳ אלו: i. e. Hoc profectò mirabile eſt valdè, quòd Excellens ille Vir dixerit: omnia, quæ recenſentur in Lege â Breſchis uſque ad Præceptum Primi Menſis, non eſſe neceſſaria, niſi ad reſpondendum Gentibus. Cùm ibidem (â Breſchis uſque ad Primum Menſem) contineantur multa fundamenta Religionis tantùm in Operibus Creationis (*præter opus creationis*) neceſſaria valdè, ſi ſcias v. g. delictum comprehendi hominum antediluvianorum, cujus cauſa ſcil. fuit electio mali (ſc. ipſorum liberum arbitrium, non DEus) & eorum qui Turrim Babel ædificare volebant. Etſi ſcias lapidicinam ſanctam, ex quâ nos exciſi ſumus, qui eſt Abraham Caput Credentium (NB. eodem modo Apoſtolus ipſum Patrem Credentium appellat Rom. IV.) & omnes tentationes, quibus tentatus eſt, negotium item Ligationis (Iſaaci.) viſionem inter membra diſſecta atque omnes fiducias, quibus ſperârunt Patres largitionem Terræ ſemini eorum, & benedictiones, quibus benedixit ipſis, modum deſcenſionis ipſorum ex Ægypto, (*in Ægyptum*) IX. plagas quas adduxit S. ille Benedictus ſuper Ægyptios, quæ partim demonſtrabant Divinam potentiam, partim v. providentiam: ſicuti ſcriptum eſt (Ex. IX, 4.) & ſeparabit Dominus inter gregem Iſraëlitarum &c. quæ tamen omnia ſcripta ſunt priùs quàm dictum erat: Hic Menſis erit primus. Et ecce, cum hæc omnia ſint fundamenta confirmantia fidem, quomodo (quæſo) conveniet, ut dicat Excellens ille (Vir R. Jizchak) quòd Reſponſio Iſraëlitarum Gentibus (ſc. cur poſſideant Terras ipſorum) æſtimanda ſit ſicut omnia illa? (fundamenta fidei)

Et ſicuti hæc argumenta ipſi ad refellendam opinionem contrariam poterant ſufficere; ita adhuc magis confirmat ſuam ſententiam egregio dilemmate, quod ſubjicio: עוד יפלא על׳ מאמר השלם הזה שלא ימלט אם שאומות העולם יקבלו עדות התורה שאמרה בראשית ברא או שלא יקבלו זה ואם יקבלו זה כבר בעשרת הדברות נאמר כי ששת ימות עשה יי את השמים ואת הארץ ואם לא יקבלו זה גם הבראשית לא יקבלו i. e. Porrò valde mirabile eſt dictum illius Excellentis, qui non poterit defendi (ימלט eripietur i. e. defendetur.) ſive Gentes recipiant teſtimonium Legis dicentis: In Principio creavit Deus; ſive non recipiant hoc. Nam ſi recipiant, jam antè in decem illis præceptis (quæ ſcil. antè latam Legem nota erant) dictum eſt, quòd ſex diebus fecerit Deus Cœlum & Terram. Si verò non recipiant hoc, etiam Breſchis non recepturæ ſunt.

Quo-

Quoniam igitur ratio neceſſitatis incipiendi à Creatione Mundi etiam à Rabbinis omnibus non ponatur in hæreditate Terræ Gentilium, ſunt, qui confugiunt ad aliud argumentum, nempe חידוש העולם, Novitas Mundi, quia ſcil. aliàs crederent Gentiles æternitatem Mundi. Sic enim apud R. Bezaleelidem: אם לא כתב זה בתורה היה עילה על הדעת׳ שהעולם קדמון ולא ברא הק״בה כלל העולם יש מאין; i.e. Si (de Creatione) non ſcripſiſſet in Lege, potuiſſet (quis) opinari, Mundum eſſe æternum, & non creâſſe S. illum Benedictum Univerſitatem orbis, tanquam ens ex nihilo.

Ramban apud R. Schem Tof. in Gen. fol. III. col. 2. צורך גדול היה להתחיל התורה בבראשית ברא שהיא שורש האמונה שכל מי מאמין בזה וחושב שהעולם קדמון כופר בעקר Neceſſarium valdè fuit incipere Legem â Breſchis (Creatione) quia hæc eſt Radix Fidei, nam qui non credit hoc, ſed putat, Mundum eſſe æternum (addit Gur Arieh. ex Ramban: כמו שהאמין אריש״טו׳ ſicut credidit Ariſtoteles) abnegat fundamentum. Eadem habet R. Moſ. Gerund. princip. Commentarior. Vide R. Lipm. Nizzach. Num. 1. p. 8. Quæ de Ariſtotelis ſententiâ dicunt, nolo jam diſputare. Ipſum potiùs ſtatuiſſe mundum ingenitum, quàm æternum eſſe, facile ex ipſius doctrinâ demonſtratu eſt. Hoc tamen ſufficiat annotâſſe, R. Lipmannum Ariſtotelem excuſare, non quòd ita, ex horum ſententiâ, ſtatuerit; ſed quod ſcire ex naturâ non potuerit, ut ex his verbis liquet Num. 2. p. 2. in fin. וגם כבר פי׳ שבררו מתוך תורתינו הקדושה ועל זה אין להאשי׳ את ארסטוטלס כי לא ידע ממנו i.e. Etiam anteâ expoſui, quòd hoc clareat (nempe de Creatione) ex Lege noſtrâ Sanctâ, & proptereà id non (adducitur) ad culpandum Ariſtotelem, quia, non didicit ex nobis. q. d. ex naturâ illum hoc ſcire non potuiſſe. Sed *hanc Controverſiam jam non tractamus.*

Ut in hoc argumento plurimi conveniunt; ita diſcrepant: quidnam prius inferat illa Novitas Mundi. Sunt enim qui putant, Novitatem illam eſſe medium terminum ſignorum & miraculorum, quæ paſſim in Lege memorantur. Ut ſcilicet deinde Legi credamus propter miracula. Ergò juxta ipſos (1.) Novitas Mundi probat veritatem prodigiorum & miraculorum. Sic juxta R. Joſ. Alb. part. 1 Fundam. c. XII. וידיעת החדוש והרחקת הקדמות הוא יסוד אמונת נסי התורה; Doctrina novitatis Mundi & negatio æternitatis (ejus) eſt fundamentum fidei miraculorum Legis. Sic alii apud R. Schem Tof. p. 3. in Leg. col. 1. לזה התחילה במעשי בראשית לפי שאמונת פנת החדוש היא יסוד לנסים ולנפלאות שהם עמודי התורה: i. e. ideò incipit Lex

ab

המחזיקים האמונה׳ אין יתכן שיאמר השלם הזה שענין תשובת ישראל לאומות העולם תהיה שקולה כנגד כל אלו: i. e. Hoc profectò mirabile eſt valdè, quòd Excellens ille Vir dixerit: omnia, quæ recenſentur in Lege â Breſchis uſque ad Præceptum Primi Menſis, non eſſe neceſſaria, niſi ad reſpondendum Gentibus. Cùm ibidem (â Breſchis uſque ad Primum Menſem) contineantur multa fundamenta Religionis tantùm in Operibus Creationis (*præter opus creationis*) neceſſaria valdè, ſi ſcias v. g. delictum comprehendi hominum antediluvianorum, cujus cauſa ſcil. fuit electio mali (ſc. ipſorum liberum arbitrium, non DEus) & eorum qui Turrim Babel ædificare volebant. Etſi ſcias lapidicinam ſanctam, ex quâ nos exciſi ſumus, qui eſt Abraham, Caput Credentium (NB. eodem modo Apoſtolus ipſum Patrem Credentium appellat Rom. IV.) & omnes tentationes, quibus tentatus eſt, negotium item Ligationis (Iſaaci.) viſionem inter membra diſſecta atque omnes fiducias, quibus ſperârunt Patres largitionem Terræ ſemini eorum, & benedictiones, quibus benedixit ipſis, modum deſcenſionis ipſorum ex Ægypto, (*in Ægyptum*) IX. plagas quas adduxit S. ille Benedictus ſuper Ægyptios, quæ partim demonſtrabant Divinam potentiam, partim v. providentiam: ſicuti ſcriptum eſt (Ex. IX, 4.) & ſeparabit Dominus inter gregem Iſraëlitarum &c. quæ tamen omnia ſcripta ſunt priùs quàm dictum erat: Hic Menſis erit primus. Et ecce, cum hæc omnia ſint fundamenta confirmantia fidem, quomodo (quæſo) conveniet, ut dicat Excellens ille (Vir R. Jizchak) quòd Reſponſio Iſraëlitarum Gentibus (ſc. cur poſſideant Terras ipſorum) æſtimanda ſit ſicut omnia illa? (fundamenta fidei)

Et ſicuti hæc argumenta ipſi ad refellendam opinionem contrariam poterant ſufficere; ita adhuc magis confirmat ſuam ſententiam egregio dilemmate, quod ſubjicio: עוד יפלא על מאמר השלם הזה שלא ימלט אם שאומות העולם יקבלו עדות התורה שאמרה בראשית ברא או שלא יקבלו זה ואם יקבלו זה כבר בעשרת הדברות נאמר כי ששת ימות עשה יי את השמים ואת הארץ ואם לא יקבלו זה גם הבראשית לא יקבלו i. e. Porrò valde mirabile eſt dictum illius Excellentis, qui non poterit defendi (ימלט eripietur i. e. defendetur.) ſive Gentes recipiant teſtimonium Legis dicentis: In Principio creavit Deus; ſive non recipiant hoc. Nam ſi recipiant, jam antè in decem illis præceptis (quæ ſcil. antè latam Legem nota erant) dictum eſt, quòd ſex diebus fecerit Deus Cœlum & Terram. Si verò non recipiant hoc, etiam Breſchis non recepturæ ſunt.

Quo-

Quoniam igitur ratio neceſſitatis incipiendi à Creatione Mundi etiam â Rabbinis omnibus non ponatur in hæreditate Terræ Gentilium, ſunt, qui confugiunt ad aliud argumentum, nempe חידוש העולם, Novitas Mundi, quia ſcil. aliàs crederent Gentiles æternitatem Mundi. Sic enim apud R. Bezaleelidem: אם לא כתב זה בתורה היה עולה על הדעת' שהעולם קדמון ולא ברא הק"בה כלל העולם יש מאין: i.e. Si (de Creatione) non ſcripſiſſet in Lege, potuiſſet (quis) opinari, Mundum eſſe æternum, & non creâſſe S. illum Benedictum Univerſitatem orbis, tanquam ens ex nihilo.

Ramban apud R. Schem Tof. in Gen. fol. III. col. 2. צורך גדול היה להתחיל התורה בבראשית ברא שהיא שורש האמונה שכל מי מאמין בזה וחושב שהעולם קדמון כופר בעקר Neceſſarium valdè fuit incipere Legem â Breſchis (Creatione) quia hæc eſt Radix Fidei, nam qui non credit hoc, ſed putat, Mundum eſſe æternum (addit Gur Arieh. ex Ramban: כמו שהאמין אריש"טו' ſicut credidit Ariſtoteles) abnegat fundamentum. Eadem habet R. Moſ. Gerund. princip. Commentarior. Vide R. Lipm. Nizzach. Num. 1. p. 8. Quæ de Ariſtotelis ſententiâ dicunt, nolo jam diſputare. Ipſum potiùs ſtatuiſſe mundum ingenitum, quàm æternum eſſe, facile ex ipſius doctrinâ demonſtratu eſt. Hoc tamen ſufficiat annotâſſe, R. Lipmannum Ariſtotelem excuſare, non quòd ita, ex horum ſententiâ, ſtatuerit; ſed quod ſcire ex naturâ non potuerit, ut ex his verbis liquet Num. 2. p. 2. in fin. וגם ככר פי' שבררו מתוך תורתינו הקדושה ועל זה אין להאשי' את ארסטוטלס כי לא ידע ממנו i.e. Etiam anteâ expoſui, quòd hoc clareat (nempe de Creatione) ex Lege noſtrâ Sanctâ, & propterea id non (adducitur) ad culpandum Ariſtotelem, quia, non didicit ex nobis. q. d. ex naturâ illum hoc ſcire non potuiſſe. Sed *hanc Controverſiam jam non tractamus.*

Ut in hoc argumento plurimi conveniunt; ita diſcrepant: quidnam prius inferat illa Novitas Mundi. Sunt enim qui putant, Novitatem illam eſſe medium terminum ſignorum & miraculorum, quæ paſſim in Lege memorantur. Ut ſcilicet deinde Legi credamus propter miracula. Ergò juxta ipſos (1.) Novitas Mundi probat veritatem prodigiorum & miraculorum. Sic juxta R. Joſ. Alb. part. 1 Fundam. c. XII. וידיעת החדוש והרחקת הקדמות הוא יסוד אמונת נסי התורה: Doctrina novitatis Mundi & negatio æternitatis (ejus) eſt fundamentum fidei miraculorum Legis. Sic alii apud R. Schem Tof. p. 3. in Leg. col. 1. לזה התחילה במעשי בראשית לפי שאמונת פנת החדוש היא יסוד לנסים ולנפלאות שהם עמודי התורה: i. e. ideò incipit Lex

ab operibus Creationis, quia Articulus fidei de Novitate (Mundi) eſt funfamentum Miraculorum & Mirabilium, quæ & ipſæ (deinde) ſunt Columnæ Legis. Idem ſentit R. Nachman cujus verba ita refert Gur Arieh;
שאם לא כתב זה בתורה היה עולה על הדע׳ שהעולם קדמון ולא ברא הק״בה כלל העולם יש מאין׳ ומי שיאמ׳ העולם קדמון כמו שיאמין אריסטו׳ כל הנסים שהם בשנוי העולם שבאו בתורה הם נמנעים׳ ואין לו תורה כללי ובחידוש העולם יש מאין כל הנסים הם אפשרים שהרי גם הבריא׳ ברא הק״בה הכל יש מאין ולמה לא נאמין בחדוש ובריאת הנסים כלם; i. e. Si non ſcriptum eſſet hoc (de Creatione) in Lege, potuiſſet quis opinari Mundum eſſe æternum, & DEum non creâſſe Univerſum vel Mundum ex nihilo. Qui autem credit æternitatem Mundi, ſicuti credidit Ariſtoteles, omnia miracula, quæ fiunt cum alteratione Mundi & recenſentur in Lege, unâ cum universâ Lege neget oportet: Sed qui credit novitatem Mundi ex nihilo illi etiam miracula ut poſſibilia admittuntur. Nam ſi credit DEum creâſſe Univerſum Mundum ex nihilo, quomodo non credet etiam omnium miraculorum novitatem & Creationem? Sed rectè hanc ſententiam impugnat Gur Arieh in Gen. 12. fol. 2. col. 1. fin. שאין בריאת העולם ראיה על הנסים שחידש הקב״ה אדרכא הניסים שחידש הקב״ה הם ראיה על בריאת העולם i. e. Creatio Mundi non eſt probatio Miraculorum, quòd illa effecerit DEus; ſed vice versâ potius Miracula quæ DEus produxit, ſunt probatio Novitatis Mundi, Addit autem elegantem rationem cur Miracula potiùs Creationem, quàm contrà Creatio Miracula probet: שחידוש הניסים ראינו בעינינו ואלו חידוש העולם לא ראינו בעינינו ואין יהיה ראיה מן החידוש על הנסי׳ quia ſc. novitatem Miraculorum videmus oculis noſtris. Nam ſi Creationem Mundi oculis noſtris non videmus, quomodo poterit (illa) eſſe probatio firmior (probatione) novitatis miraculorum. Ergò nititur ipſius diſcurſus Axiomate Philoſophico: quæ notiora ſunt nobis illa præferenda ſunt minùs talibus. Jam id quod in ſenſus formaliter, ut ſic loquar, incurrit, notius eſt nobis, quàm id, quod, ut iterum ſic loquar, virtualiter tantùm. Miracula autem incurrunt in ſenſus formaliter v. g. Miracula Ægypti. Creatio vero Mundi tantùm virtualiter, quia per viam cauſalitatis etiam eam probamus. Relinquitur proinde juxta Gur Arieh, Miracula nobis eſſe notiora Creatione. Etſi objicias: Creationem æquè nobis eſſe poſſe notam, quia, aut magis. Nam qui negat hoc eſſe miraculum, aliunde, quàm ex Creatione probare nequit Gentili. Reſpondent juxta Tol. Jiz. in Gen. fol. 1. col. 1. ideò id fieri poſſe: שכל הנסים הפך

Digitized by Google

הפך הטבע quia omnia miracula contra naturam fiant. q. d. ſi igitur, hæc contra naturam fiunt, aliam cauſam quàm naturalem habeant oportet. Vel, apud R. Men. B. Iſr. Probl. 1. p. 2. ſi Mundus æternus eſſet, eſſet totus immutabilis & invariabilis, ergo etiam partes ejus (cum totius & partis ſit ratio eadem (& conſequenter miracula, quæ invertunt ordinem naturæ & mutant aliquid, etiam fieri non poſſent. Qui contra ſentiunt, miracula nihilominus habitura locum & ſtare poſſe cum æternitate refutantur ab Abarbinele & Rambamo More Nev. P. 2. C. XX. XXI. quia ſic nomen neceſſitatis fluens ex æternitate, mutetur in nomen voluntatis ad quod miracula pertineant. Tantum de quæſtione: an miracula probent creationem. Jam de alterâ: an eadem probent veritatem divinæ Legis? Id (11.) dicunt l. c. ex Schem Toſ. Legi credi propter Miracula. Hoc R. Schem. Toſ. dicit: שאין הנסים סבה עצמית להאמנת התורה: Miracula non eſſe cauſam eſſentialem (neceſſariam, quæ neceſſariò inferat) credendum eſſe Legi, & ait porrò, quòd etiam Rambam hoc non credat; ſc. Miracula eſſe cauſam, cur credatur Legi: verba habent: עינינו הרואות שהרמב״ם לא כן ידמה ולבבו לא כן יחשוב: oculi noſtri vident, quòd Rambam non ſic opinetur, & quòd cor ejus non ſic putet.

Alludit ſcil. ad locum R. Majemonidis, qui habetur in Jadh, in Hilchot יסודי תורה de Fundamentis Legis Cap. IIX. per totum Tractat autem ibidem Controverſiam: an Iſraëlitæ crediderint Moſi propter Miracula, &, dum hoc negat, ſimul oſtendit generaliter (qui ſcopus hujus loci eſt.) Legi non credi propter Miracula. Adſcribam ejus verba l. c. quibus caput incipit: משה רבינו לא האמינו בו ישראל מפני האותות שעשה שהמאמין על פי האותות יש בלבו שאפשר שיעשה האות בלאט וכשוף אלא כל האותות שעשה עשה במדבר לפי הצורך עשאם לא להביא ראיה על הנבואה היה צריך להשקיע את המצריים קרע את הים והצלילן בתוכו i. e. Moſy Doctori noſtro non crediderunt Iſraëlitæ propter miracula quæ fecit. Qui enim (quæ ratio Rambami eſt) credit propter miracula, (adhuc) eſt in animo ſuo dubitatio (i. e. non credit fide divinâ, cui formido oppoſiti ſubeſſe non poſſit, quam diſtinctionem inſinuat ipſe Ramban ſubjiciens: לא האמינו בו באמונה שהיא עומדה לעולם i. e. fide ſtabili & ſine metu oppoſiti: אלא באמונה שיש אחריה הרהור ומחשבה ſed quam comitatur dubitatio & metus oppoſiti.) cum poſſibile ſit, quòd fecerit miraculum per incantationem & præſtigias. Sed omnia ſigna, quæ fecerat Moſes in deſerto, propter neceſſi-

ceſſitatem (לפי הצירך Schem Tof. verò habet לצורך: שעה היו.) temporis facta ſunt, non ad confirmandam prophetiam. Neceſſe enim erat, ad ſubmergendum Ægyptios, (quaſi dicat: non ad confirmandam Prophetiam) dividere mare & ipſos in profundum ducere in medio ejus (maris.) Poſt pauca interjecta, cum determinâſſet, quô motivo Moſi credidiſſent Iſraëlitæ in latione Legis, probat: ipſum Deum hoc confirmâſſe, Ægyptios propter miracula non credituros, Verba ſunt: זהו שאמר לו הקבה בתחילת נבואתו בעת שנתן לו האיתות לעשותן במצרים ואמר לו ושמעו לקולך ידע משה רבינו שהמאמין על פי האותות יש בלבבו דופי ומהרהר ומחשבה i. e. hoc eſt quod dixit ipſi DEus in principio Prophetiæ ſuæ, eo tempore, quo dedit ipſi (potentiam) faciendi illa ſigna, quæ fecit in Ægypto, dicendo ipſi: (Ex. III.) Et audient vocem Tuam: (q. d. non miracula tua attendent, ex quo) cognovit Moſes Doctor noſter, quòd, qui credit propter miracula, adhuc in corde ſuo dubitet (id eſt non habeat fidem שהיא עומדת לעולם quæ in æternum permanet, ſine formidine oppoſiti.) Et hîc vellemus etiam Vulgus Papiſtarum notare: hanc doctrinam etiam apud Saniores Judæos ante aliquot ſecula viguiſſe; Miracula non gignere Fidem divinam. Quod argumentum, ſi id nunc ageremus, ex ipſorummet Scriptoribus facilè probaremus. Non poſſumus tamen non adducere Thomam Aquin. 22æ. q. VI. a. 1. dicentem: quantum ad aſſenſum hominis in ea, quæ ſunt fidei, poteſt conſiderari duplex cauſa. Una quidem exterius inducens, ſicut Miraculum, viſum, vel perſuaſio hominis, inducentis ad fidem, quorum neutrum eſt ſufficiens cauſa. Videntium enim unum & idem miraculum quidam credunt & quidam non credunt: & ideò oportet ponere aliam cauſam interiorem &c. Nec obſtat, quod idem Aquinas p. III. q. 43. a. 4. ait: miracula ſufficienter oſtendere Divinitatem Chriſti. Reſpondet enim pro nobis ipſe Maldonatus Jeſuita in c. VII, Joh. verſ. 22. poſſe quidem ſumi argumentum; ſed non omninò neceſſarium. Sicuti paulò antè dicebat R. Schem Tof, quòd miracula non ſint סבה עצמית cauſa eſſentialis ſ. neceſſaria ad probandam fidem. Et quod antea Majemonides dicebat, miracula non gignere Fidem שהיא עומדת לעולם quæ in æternum ſtat, ſed tantùm talem, quæ conjuncta ſit cum דופי בלבב dubitatione mentis. Id ipſum fatetur Bell. l. VI. de Grat. & Lib. Arbitr. c. III. G. Res credibiles ſine aliâ gratiâ credi poſſe; ſed Fide Humanâ, non divinâ: argumenta enim, quæ articulos Fidei credibiles faciant (qualia ſint etiam Miracula) non talia eſſe, quæ fidem omninò indubitatam reddant, niſi mens divinitûs adjuvetur. Et

quod

Digitized by Google

quod Ramb. cap. præced. ירוסי תורה VII. dicit in fine: אפשר שיעשה אות ומופת ואינו נביא poſſibile eſt, ut quis faciat ſignum aut miraculum, ut tamen non ſit Propheta; imo (ut ex *k* antea citato patet) fieri poteſt, ut etiam ab Incantatore id fiat. Quod laudatus Rambam hîc dicit, id etiam Jus Can. c. LVI. teneamus 1. q. 1. de Conſecr. admittit, dicens: Non omnes, qui miracula faciunt, ſunt venerandi, quia quandoque etiam per malos fieri poſſunt.

Alio argumento hanc ſententiam refutat, contra alios Doctores, R. Schem Tof ſcilicet: quòd ad Probationem Miraculorum non neceſſaria ſit Creatio Mundi, cur? quia ſit collectio â productione ex ente ſeu aliquo, ad productionem ex nihilo. Nec ſequi: Miracula contra naturam fiunt ex aliquo, ergò mundi natura facta eſt ex nihilo. Quæ ſanè ratio hujus Doctoris non eſt de nihilo. Adſcribam ejus verba. Poſtquam dixiſſet: לא התחילה התורה בפרשת בראשית להורות על חדוש יש מאין לשומו עיקר לתורה כמו שחשבו הרבה מחכמים i. e. non incipere Legem â Creatione (*entis ex non ente*) ut ponat fundamentum Legi, ſicuti opinati fuerint multi ex Sapientibus, & quidem (quæ horum Sapientum ratio erat.) לפי שאף אם המאמין בקדמות על דרך שהאמין החוקר חו׳ לא יתואר השם ית׳ בשיש לו יכולת להאריך כנף הזבוב וכו׳ כש׳ שהמאמין זה יכחיש כל נסי התורה ולא יאמין שיש לו ית׳ יכולת להפוך המטה נחש כהרף עין וכו׳ quia credens æternitatem, ſicuti credidit Phyſicus (i. e. Ariſtoteles) quod abſit, non credat DEum habere potentiam producendi (vel) alam muſcæ &c: Sicuti qui credit hoc, neget oportet omnia miracula Legis, & non credet, Deum poſſe convertere baculum in ſerpentem in ictu oculi &c. poſtquam, inquam, hoc adduxiſſet, probat hanc rationem infirmam eſſe, quia מי שיאמין שיש חומר ראשון קדום וממנו נברא ונתחדש העולם בעת שרצה השם ית׳ וכמו שרצה לא יכחיש זה הדעת ניסי התורה ומופתיה כי כל הנסים שבאו בתורה בשנוי טבע ומנהגו של עולם לא היו יצירה יש מאין אלא יש מיש כהתהפך המטה נחש וכו׳ i. e. qui credit materiam primam eſſe æternam, & ex ipsâ creatum Mundum quando, & quomodo voluit S. Benedictus, (propterea) non negabit miracula Legis & prodigia ejus: quia miracula, quæ ſunt in Lege cum alteratione naturæ & conſuetudinis Mundi, non ſunt productio entis ex nihilo; ſed entis ex ente, ſicuti mutatio baculi in ſerpentem, &c.

De ſententia illa circa æternitatem Materiæ primæ dicemus infra ad Vocem ברא juxta Ebræos. An verò nulla Miracula ex nihilo producta, alia quæſtio eſt. Porrò quod Majemonides rectè attribuit

Prophetis, ipſos revera produxiſſe Miracula, id malè negant Rabbini priores in Breſchis Rabba, & Medraſch Koheleth, ex quorum ſententia Propheta non facit miraculum, ſed indicat tantùm tempus, quo DEus id facturus ſit: q. d. DEum ab initio decreviſſe, ſe velle dividere aquam Ægypti, poſtmodum verò Moſi oſtendiſſe tempus, quo id ſit facturus. Unde juxta hos Moſes baculo ſuo non diviſit, ſed dividendam vel diviſam â DEo tantum dixiſſe & monſtrâſſe. Vide refutantem hanc ſententiam R. Majemonid. More Nevoch. P. II. Cap. XXIX. p. 271. ſeq.

His expoſitis ſunt alii, qui Legem ideò â Creatione incipere ſtatuunt, ut probetur exiſtentia DEI. Sic R. Schem Toſ. ad h. l. מזה יתחייב לומר שלא התחילה התורה בחדוש העולם לפי שהוא יסוד לנסים וסבה להם והאותות והנפלאות הם סבה לאמונת התורה אלא נראה שהתחילה התורה בענין החדוש להורות על מציאות הפועל בלבד שהוא העקר הראשון הכרחי למציאות התורה אלהית שלא יצוייר מציאותה זולתו i. e. Hinc neceſſariò ſequitur dicendum, quòd non inceperit Lex â Creatione Mundi ideò, quaſi (Creatio) ſit fundamentum miraculorum (ſc. reſpectu cognitionis noſtræ. Nam aliàs aliter ſe res habet,) & cauſa eorum: ipſa verò miracula & prodigia (porro) ſint cauſa, cur credatur Legi. Sed videtur incepiſſe Lex â novitate (Mundi) ad probandam exiſtentiam Cauſæ efficientis (ejusdem) duntaxat, quod eſt fundamentum primum & neceſſarium ad (probandam porrò) exiſtentiam (alicujus) Legis divinæ, cujus exiſtentia ſine hâc ne concipi quidem poteſt.

Quibus verbis R. Schem Toſ. vult, ex Creatione Mundi probari [1.] Mundi Cauſam efficientem. [2.] Exiſtentiam alicujus Legis divinæ.

Quod primum attinet, quomodo ex creatione probetur efficiens, tanq. ens primum independens &c. eleganter oſtendit Majemonid. in Jad. Hilch. יסודי תורה c. 1. qui videndus cum R. Lipman. Nizz. p. 4. aliis, quos, quoniam non diſcedunt â communi noſtrâ ſententiâ, quomodo probetur, ex Mundi creatione DEus, nolo citare.

De ſecundo, verum quidem eſt, oſtenſo, quòd DEus ſit, oſtendi quoque oportere, ut aliqua Lex divina exiſtat. [vide Morn. de Verit. Relig. & Grot.] Nim. cum DEus neceſſariò ſit colendus eo modo, quo decet, eum vero modum nemo, niſi DEus illum revelet, excogitare poſſit; neceſſe eſt, ut, quoniam DEI contemptum inultum ferre ipſius juſtitia non poteſt, revelet modum colendi, ne injuſtitiæ arguatur, ſi puniat homines ob neglectum cultum, quem ipſi ignorant. Unde tandem conficitur, Legem neceſſariò eſſe. Hoc inquam verum quidem eſt; ſed propterea non opus erat Legem incipere â Creatione. Nam licet in Naturâ hic ordo

do

do detur diſcurſus humani circa divina [1.] datur creatura, Ergo Creator. [2.] datur Creator ergò colendus eſt [3.] Neceſſarius eſt cultus, ergò præſcribendus eſt modus. Tamen in divinis opus non eſt ad probandam Legis divinæ Ceremonialis & Forenſis exiſtentiam, prius agere de Creatione, quia etiam ex natura ſana conſtat de Creatione. Dixi Ceremonialis &c. Nam Legem naturalem dari etiam ex naturâ liquet. Niſi diſtinguas inter ſcientiam naturalem, & fidem ſalvificam. Nam licet ſciamus ex naturâ, Mundum eſſe â DEo, quod Paulus ad Rom. 1. docet; tamen ex naturâ non credimus ſalvificè; Sed ex ſolâ revelatione. Fide credimus ſecula eſſe condita. Ebr. XI. Sicut Thomas Aq. paſſim loquitur: DEum eſſe & ſcimus & credimus. Scimus ex naturâ, credimus ex Scripturâ.

Probat autem R. Schem Tof porro ſuam ſententiam, non ob Creationem ipſam Legem debuiſſe incipere, quia ſi hoc eſſet, neceſſe foret, ut clarè expoſuiſſet eam. Jam autem conſtare, quòd non clarè fuerit illa expoſita, cum modus non ſit expreſſus, & præterea res tota diſcenda ſit per Cabbalam, & nemini licere temeré effutire hæc myſteria promiſcuè omnibus. Verba habent: מעשה בראשית הוא סוד עמוק איני מיכן מן המקראות ולא יודע על בוריו אלא מפי הקבלה ויודעיו חייבים להסתיר אותו׳ לכן אמר ר׳ יצחק שאין להתחלת התורה צורך בבראשית ברא וכו׳ i. e. Opera Creationis ſunt Secretum profundum, quod non intelligi poteſt ex Scripturâ, neque ſciri in claritate ſuâ, niſi ex Cabbalâ; & qui intelligunt illud, tenentur occultare ipſum. Quapropter R. Jizchak ait: non opus fuiſſe, ut inciperet Lex â Creatione &c. Hæc eſt illa Regula, quam habet Rambam More p. 2. c. XXIX. pag. 273. Non omnia ſecundùm literam intelligenda eſſe, quæ dicuntur in opere Breſchith ſeu Creationis, ſicut vulgus hominum exiſtimat. Nam aliàs non præcepiſſent Sapientes illam occultari, neque tantâ curâ in eis abſcondendis & Parabolis involvendis uſi fuiſſent, neque etiam tàm ſtudioſè prohibuiſſent, ne de iis ſermo fieret coram imperitâ plebe. Cap. ſeq. XXX. pag. 280. quædam exempla producit [ſicut & nos infra faciemus] & addit: ſe ſenſum eorum nolle explicare, ne Arcanorum fiat Revelator & Proditor. Quicquid ſit de Apologis & Parabolis Sapientum, quæ profectò non ſunt meræ Fabulæ, ut vulgò credunt, ſed ingenioſa & faceta involucra dogmatum ſæpè non falſorum [in quam rem ſpecimen aliquod ſubjuncturus ſum ſub calcem hujus Commentatiunculæ] de quo argumento vide elegantiſſimam Præfationem ejusdem Rambami in סדר זרעים ex Cl. Pocok. verſione, quæ docendi ratio Theologia Mythica eſt, non apud ſolos Judæos in uſu.

Quicquid, inquam hujus ſit, falſum eſſe, quòd ex Scripturâ non ſufficienter ad ſalutem Opus Creationis poſſit intelligi, ex Theologis noſtris demonſtratum ſupponimus, qui non tantùm Judæos, ſed etiam Papiſtas hîc Judaizantes refutârunt. Sicuti enim Papiſtæ ſtatuunt: Scripturam absque traditionibus eſſe mancam; ità hic audimus idem Principium Judæos fovere, ſicuti alii clarè fatentur. Autor libri Ammude Gola: אל
תחשוב כי עיקר התורה בכתב כי אדרבה עיקרה אותה
שבעל פה ועל תורה שבעל פה נכרתה ברית i.e. noli putare Legem ſcriptam eſſe Religionis noſtræ fundamentum, ſed contra illius fundamentum eſt Lex oralis. Propter Legem oralem enim initum eſt fœdus. De Cabbalâ porrò alibi dicendi locus erit. Conſtat etiam ex antea citatâ R. Schem Tof. & Majemonidis ſententiâ adhuc, quomodo conveniant Judæi cum Papiſtis circa communicationem Dogmatum & Scripturæ. Sicuti enim Papiſtæ Laicis Biblia invident; itâ Judæi myſteria fidei plebejis. Quam Judæo-Papæam *συμβίβασιν* pleniùs qui velit, circa Locum de Scripturâ Sacrâ, cognoſcere, is adeat Clariſs. Dn. Hottinger. Theſauri Philolog. L. II. c. III. Sect. III. & plus ſatis inveniet, de diſtinctione verbi ſcripti & non ſcripti, hujus neceſſitate, autoritate, elevatione, prælatione, Rabbino-Papæâ infallibilitate *ἀνυπευθύνῳ*, &c.

Cæterùm ſicut hactenus varios audivimus de eâ quæſtione opiniones: cur Lex incipiat â Creatione, ita exercitii gratiâ & diſputationis ergò (ſicuti Scholaſtici apud Papiſtas conſueverunt tractare Controverſias ſuas) in utramque partem hæc talia diſceptant, ut & illi ſubtilitatis gloriam reportent, ſicuti ex Defek Tof. ab initio adduximus. Hanc enim gloriam, quantum hæc Gens arrogans aucupetur, dici non poteſt. Subinde occurrunt in ipſorum Scriptis: מופת הדור prodigium ſeculi, גאוני
עולם Excellentes Orbis & quæ ſunt alia. Abarbinel in controverſiam incidens difficilem ſubinde ſic aut aliter loqui ſolet: מי ישלח ידו בין
גאוני עולם להכריע במה שחלקו בו i.e. quis mittet manum ſuam inter Excellentes Orbis definiturus id, in quo ipſi diſſident, ad Ezech. XXXVII, 1. Utut autem varias opiniones adduxerimus, tamen in hoc conveniunt omnes: Legem & Creationem indivulſo cohærere nexu. Quam cauſam eſſe ajunt, cur in Feſto שמחת תורה *gaudii Legis*, poſtquam librum Legis abſolverunt, ſtatim incipiant iterum legere *Breſchis*. Sic loquitur R. Schem Tof. h. l. in Leg. p. 3. col. 1. שמעתי אומרים
שהתורה האלהית היא כדמות עגולה וסוף התורה
שהוא פסוק ולכל האותות והמופתים אשר עשה משה
וגו׳ נקשר עם פסוק בראשית ברא אלהים כי מציאות
האותות ומופתים מורה על אמונת חדוש העולם
והאמונת

והאמונת חדוש העולם משמיע לנו יכלתו ית׳ לעשות אותות ומופתים בשמים ובארץ ולזה קהל עדת ישראל שיודעים זה ביום שמחת התורה שמסיימים התורה להורות דהא בהא תליא מתחילים מיד בראשית ברא וגו׳ Audivi dicentes, quòd Lex Divina ſit ſicuti ROTA, & verſus (ultimus) qui eſt (Deut. ult.) & omnibus ſignis & prodigiis, quæ fecit Moſes &c. Cohæreat cum verſu (primo) In principio creavit DEus. Quoniam exiſtentia Fidei Miraculorum & ſignorum arguat Fidem Novitatis Mundi, & Fides Novitatis Mundi innuat nobis potentiam Sancti Benedicti faciendi Miracula & prodigia in cœlo & in Terrâ. Et propterea Congregatio Iſraël, hoc ſciens in Feſto Lætitiæ Legis, quando abſolvit Legem, ſtatim iterum incipit â Breſchith, ad ſignificandum, quòd hoc ab illo dependeat. De eo, quod dixit, ex mente aliorum: Miracula eſſe argumentum Novitatis Mundi, jam retulimus ſententias aliorum & ipſiusmet. Fit autem id a diverſis Perſonis, ſicuti etiam conſtat ex Tol. Jizch. dicente: ולכן רגילין כשסיימו לעיני כל ישראל להתחיל מיד בראשית ביום שמחת תורה זה מסיים וזה מתחיל לפי שנה תלוי בנה׳ i. e. propterea conſueverunt, poſtquam abſolverunt (Legem) in oculis Iſraëlis, ſtatim iterum incipere Breſchis, in Feſto Lætitiæ Legis. Unus abſolvit, alter incipit, propterea quòd unum ab altero (finis á principio) dependeat. Quod verò uterque addit הקדמונים ז״ל אמרו שהטעם הוא שלא יהיה פתחון פה לשטן ל לקטרג ולומר כבר סיימו ישראל התורה ואין להם חפץ לקרות עוד בה id eſt: Priſcos dixiſſe, rationem (quòd, abſolutâ Lege, ſtatim iterum eandem incipiant) hanc eſſe, ne calumniari poſſit Satanas & dicere: Jam abſolverunt (quidem) Iſraëlitæ Legem, ſed nolunt porrò legere in illâ &c. Fabulam id Judaicam ſapit, cui non immoramur. Toledos Jizchak Philoſophicè reſpondet: nimirum ideò incipere Legem â Creatione, quia ſubjectum diſciplinæ cujuslibet debeat præponi, verba ſunt: כל חכמה יש לה נושא שעליו תסוב כל אותה החכמה כמו שחכמת הרפואה נושא שלה האיברים והרוחות· וחכמת הטבע נושאה נמצא משתנה מצד שהוא משתנה· וחכמת האלהות נושא שלה הוא הנמצא במה שהוא נמצא במוחלט· וראוי שתורתינו הקדושה יהיה לה נושא שעליו תסוב וצריך לדעת מה היא· תשובה הוא חדוש העולם והטעם שמי שמאמין בחדוש העולם ויאמין בכל התורה כולה ובכל האותות והמופתים וכל הנסים שהם הפך הטבע וכו׳ i. e. Omnis Scientia habet obje-

objectum, circa quod verſatur illa tota. Sicuti Medicinæ objectum ſunt membra & Spiritus (animales &c.) Phyſicæ ens mobile quatenus mobile, & Metaphyſicæ ens quatenus eſt ens præciſè. Unde convenit, ut etiam Lex noſtra Sancta habeat ſubjectum circa quod verſetur, & id eſt novitas Mundi. Nam, qui credit illam, credit etiam univerſam Legem & omnia miracula, quæ ſunt cum immutatione naturæ &c.

Hoc præprimis notandum eſt in hoc diſcurſu, quòd illa ratio à miraculis ſumpta, non ſit urgens viſa aliis. Supra enim ex R. Schem Tof oſtendimus: miraculis poſſe credi etiam ab illo, qui Creationem negat, admittens ſc. æternitatem materiæ primæ. Niſi id hunc Autorem juvet, quòd infra ſubjicit: כל התורה נחלקה לשני חלקים הא׳
שהקב״ה ברא העולם והב׳ עשה כל הנסים הכתבים
בתורה ואחד נושא והשני נשוא ולפי שהמאמין בחדוש יוכל
להאמין. בתורה ובנסים שבה ואם לא יאמין בחדוש לא
יאמין בנסים לכן התחילה התורה בחדוש דסיימה בנסים
(Liceat hic evidentiorem verſionem adjicere. *Tota Lex in duas partes dividitur, prima, quod DEus creaverit mundum, altera, quod fecerit omnia miracula, quæ ſcripta ſunt in lege, prius eſt ſuſtinens, alterum eſt ſuſtentatum.*) (h. e. prius confirmat poſterius, ſc. quòd Creatio ſit ſubjectum & miracula prædicatum, unde illa prius, hæc poſterius quaſi ſunt; ita, ut qui credat creationem, poſſit credere Miracula, & qui non credat Creationem, etiam hæc non poſſit. q. d. Creationem quidem eſſe illatione priorem reſpectu miraculorum, licet non vice verſâ. Non enim dicit: quòd, qui credit miracula, etiam credat creationem, ut antea R. Schem Tof oſtendebat.

Et hæc quidem dicta ſunt, cur Lex incipiat à בראשית formaliter, ut ſic loquar, id eſt, ab operibus Creationis. Nunc quoque quærunt aliqui: cur à בראשית incipiat materialiter i. e. ab hâc voce potiùs quàm ab aliâ. Et ſicuti priores ſeria magis tractare; ita hi poſteriores nugari potiùs videntur, præſertim ſi literaliter illorum ſententias, quod alii prohibent, accipere velis. Adſcribam tamen, ad Lectoris ſi non utilitatem, ſaltim, quod non prohibitum eſt, jucunditatem aliquam.

Mythici igitur Theologi Ebræorum, ſi materialiter inſtituatur quæſtio, iterum eandem dividunt. Quærunt enim (1.) de Literâ, (2.) de Voce, (3.) de Accentibus, de quibus, quomodo litigent, vide Schefa Tal. fol. LIV. Sed hoc prolixioris eſt operæ, aliud ſibi otium depoſcentis. Nunc ſtrictim reliqua perſecuturi ſumus. Sufficeret, hôc ſpecimine, ignaris demonſtrâſſe, non mera Kübbuzim & Schurekim, in Rabbinorum Commentis occurrere: aut eosdem ita eſſe occœcatos, ut omnem humanam rationem

Digitized by Google

nem depoſuiſſe videantur. De Literâ hoc unum ſubjiciam. Dicunt א eſſe initium vocis ארור maledictus, ב verò vocis ברכה benedictionis. Evolâſſe verò א ad DEum, conqueſtum: quòd Legem â ſe tanq. primo Alphabethi elemento non inchoarit, & reſpondiſſe Deum: decem præcepta eſſe inchoanda ab א voce אנכי Ego ſum Dominus DEus tuus &c. Porrò Mythici ajunt, ideò Legem incipere â ב. quòd, ſicuti hæc Litera conſtet tribus lateribus clauſis & uno aperto, Mundus â Deo hâc formâ ſit conditus, ita, ut tria latera clauſerit quarto aperto relicto, ideò, ut Gentilibus ſuorum Deorum potentiam jactaturis poſſit reſponderi: demonſtrent Dii veſtri, ſe eſſe Deum & claudant illud apertum. Vide de his & ſimilibus Jalkuth col. 1. Bechai l. c. & ejus Hamaxarium Librum Germanicum Ebræis literis ſcriptum Zenorennam (cujus Paraſcham primam Cl. Dn. Saubertus Prof. Ebr. Acad. Juliæ Latinitate donavit.) præprimis verò Breſchis Rabba Sect. I. fol. IV. col. 2. De foramine autem aperto ita R. Eleaſer ait: רוח פנת צפון ברא הקבה ולא גמרה לפי שאמר הקבה כל מי שיאמר שהוא אלוה יבוא ויגמר את הפנת הזאת שהנחתי וידע הכל שהוא אלוה: id eſt: Latus partis aquilonaris creavit DEus, & eam non complevit, quia dixit DEus: quisquis dicet ſe eſſe Deum, veniat, & perficiat hanc partem quam (incompletam) reliqui, & (tunc) cognoſcent omnes, ipſum eſſe Deum. Hic locus in Zohare antiquiſſimo libro, & Capitulis R. Elieſeris extat. (*Vid. nunc Jalk. Reubenu fol. 2. col. 1. in pr.*) Vide quoque Galatin. L. 1. de Arcan. Cathol. Verit. c. VII. vel potiùs (cujus Plagiarius fuit Galatinus) Reymundi Pugionem Fidei. Qui verò Pugione deſtituitur, adeat Galatinum l. c. & videat elegantem expoſitionem.

Nunc quasdam notatiunculas, inſtituti ratione, alias ſubjiciemus, quaſi obiter. Non enim vacat, omnia reſecare ad vivum.

(α) Moderni ajunt: hunc R. Iſaacum fuiſſe R. Salomonis Parentem Idiotam. Quæſiviſſe autem R. Salomonem ex Parente, an non haberet circa Legem dubium aliquod, ſe enim (ut Præceptum IVtum obſervaret, dolens ſimul, quod Parens illiteratus eſſet) Parentis verbis incepturum eſſe commentarium ſuum, ut vel hâc ratione immortalitatem nominis acquireret homo idiota. Parentem autem (ajunt) nil potuiſſe proferre quàm hoc: Cur Lex incipiat â בראשית. Ex quâ inepiâ quæſtione Raſchi poſtmodum hoc profundum ſc. dubium moverit. Sed ſunt nugæ.

(β) Al-

(β) Alludit ad nomen שמים quod putant nonnulli derivari ex אש igne & מים aqua, quod, interprete R. Abba: נטל הקבה אש ומים ופתכן זה בזה ומהן נעשן שמים id eſt, acceperit Sanctus Benedictus ignem & aquam & commiſcuerit ea inter ſe, & ex illis facti ſint cœli. Vide Breſch. Rabb. S. IV. fol. 6. col. 4. item Cod. Chagiga c. II. fol. XII. Nonnulli à שמם ſtupuit, deducunt: שהבריאות משתוממים עליהן quod creaturæ (homines) obſtupeſcant propter illos. R. Levi (fol. m. 10. in Leg.) hoc dictum ex Breſchis Rabbâ allegat, & habetur Sect. cit. fol. 7. col. 1. Notandum verò juxta R. Levi l. c. has duas expoſitiones (quia præſertim in alterâ additur: של מה חן של אש הן של מים הן) non eſſe literaliter accipiendas. Verba ejus ſunt hæc: הורו לנו שמה נאמר לבד על צד הרמון והמשל מוולת שיהיה הענין בעצמו כן i. e. innuunt autem (Talmudici) nobis, quod hoc (modò recenſitum dictum de compoſitione Cœli ex igne & aquâ) dictum tantùm ſit allegoricè & parabolicè, non quod re ipsâ in ſe ita ſit. Vide quæ prætereà circa Tanchumæ expoſitionem de aquis pendentibus doceant. Alii derivant â שם ibi, & מים aquæ. Ita Radak in Lex. ex Talmud. אמר ר׳ יוסי בר חנינא שם מים i. e. dixit R. Joſe Chaninides (derivari שמים à) שם ibi & מים aquæ. Prætereo derivationem à שא מים (i. e. שהרקיע נשא את המים Vide Gur Arieh in Raſchi fol. 3. col. 3. poſt med. quæ tamen ſententia altitudini aquarum ſupracœleſtium Rabbinorum contrariatur) & alia. Nulla tamen horum genuina eſt. Placet ſententia eorum, qui â שמה altus fuit (ſignificatione adhuc in Arabiſmo ſuperſtite) deducunt. Sicuti etiam terra cœlo oppoſita pars ארץ rectius ab ארץ, quod in Ling. Arab. depreſſus fuit, humilis fuit, ſignificat, derivatur. Vide Clar. Hotting. Theſ. Philol. p. m. 234. Si verum eſt שם locum remotum ſignificare (quod Schindl. in Lex. vult) etiam exindè non incongruè derivabis. Cur Duale tantùm ſit שמים Philologis quæſtio oritur. Suppoſito licet canone (Dualem rem vel arte vel naturâ geminam notare) quis tàm inficetus, ut Cœlum Empyreum exſculpat? Eſto, vel diſtantiam à terrâ utrinque æqualem, vel binos cœli polos intelligas: Quo minus de Cœlo ſtellarum & beatorum receptaculo ſimul ex Canone dicto interpreteris, obſtat, quia *hoc increatum* eſt. Ex Canone dixi, non ex Scripturâ. Hæc de Cœli Etymologiâ, cujus etiam, ex Ebræorum Philoſophiâ lubet addere Homonymiam, Materiam, Formam, Supremitatem, Figuram, Motum, & Inviſibilitatem.

Frequentiſſimum eſt, DEum vocare שמים. Sic in trito illo Pircke Aſ. cap. 1. §. 3. Antigoni: אל תהיו כעבדים המשמשים את

את הרב על מנת לקבל פרס אלא הוו כעבדין המשמשין את הרב על מנת שלא לקבל פרס ויהי מורא שמים עליכם i. e. Ne ſitis ſicuti ſervi ſervientes Domino eâ conditione, ut accipiant præmium: Sed eſtote tanquam ſervi ſervientes Domino hâc lege, ut non accipiant præmium (*NB.* quidam legunt malè: (שלא על מנת לקבל) & ſit timor Cœli (Dei) ſuper Vos. Id dictum eſt, cujus mala interpretatio in Zadoco Sadducæiſmum peperit. Vide omninò Majem. ſupr. l. c. Sic in Medraſch Cohel c. IX. v. 12. יש לך אדם שחוטא בארץ ואינו חוטא בשמים בשמים ואינו חוטא בארץ i. e. Quidam homo peccat in *terram (homines)* ſed non peccat in *Cœlum (DEum)* quidam in Cœlum, non in terram. En, Cœlum pro DEO, terra pro homine Metonymicè ſumitur, ut in illo Matth. XXI, 25. Baptiſmus Johannis undè erat, à Cœlo, an ab hominibus? An Job. XV, 15. (Cœli non ſunt Mundi). cœlites intelligantur, Exegetarum eſt diſcutere. Vid. Schindl.

Porrò de ſeptem Firmamentis, puta וילון רקיע שחקים זבול מכון ערבות, alibi diſſeremus. Vide intereà Raſchi Pſ. XIX, v. 7. Zoar Parſch. Vajikra. R. Men. B. Iſr. de Creat problèm. XXIIX. Capitulum אין דורשין in Chagiga, Comment. Rambami in Jad. Hilch. Jeſode Thora cap. III. initio.

De *Materia* R. Lipm. Nizz. fol. 3. ex R. Elieſer. Capitulis cap. IV. (quem locum adducit quoque Majem. in מורה Part. II. c. 26. Vide etiam Vorſtium Animadverſ. in Pircke Elieſ. fol. 151.) ſcribit שמים מהיכן נבראו מאור לבושו i. e. Cœli ex quo ſunt creati? Ex luce veſtimenti ejus (DEi) ſicuti ibidem dicitur: ארץ משלג תחת כסא הכבוד terram eſſe factam ex nive ſub ſolio gloriæ. Sed & hæc Parabolica eſſe alibi oſtendetur. א"ה. Cæterùm negant identitatem Materiæ Cœli & Sublunarium. Sufficiat unius Commentatoris Majemonidis ad c. III. §. 1. Jeſode Thora teſtimonium: נתבאר מדברי הפילסופים שגולם השמים אינו כגולם הד' יסודות ולא חמחובר מהם i. e. Conſtat ex ſcriptis Philoſophorum, materiam cœlorum non eſſe talem, qualis materia IV. Elementorum, neque (Cœlum eſſe) compoſitum ex his.

Cœlum & aſtra animata eſſe [quicquid ſit de mente Ariſtotelis] docuit Plato aliique. Aug. L. XIIX. C. D. cap. 41. teſtatur, Anaxagoram apud Athenienſes ſupplicio eſſe affectum, quod *Solem* animatum inficiatus *ardentem lapidem* dixerit. Et Philo de Opif. M. pro cœlorum animâ pugnat, cui omnes, quod ſciam, Ebræi adſtipulantur. Cœlo tribuunt *in-*

tellectum & appetitum, qui etiam pro objecto ipſum haberet DEum. Quo fundamento explicant illud Ariſtotelis: *DEum movere Cœlum* &c. nimirum quatenus Cœlum appetens DEUM, deſideret ipſi aſſimilari. Vid. præ reliquis Majem. M. N. P. II. Cap. IV. & Commentatorem R. Schem Toſ. fol. 83. Quod Rabbini Orbibus *Intelligentias* quoque *Motrices* adjungant, nemini eſt ignotum. Miramur Scaligero etiam hanc opinionem placuiſſe. Poſſemus tamen, ſi vacaret, multa ex minus verâ ſententiâ, non injucunda, elicere. Vid. Majem. in Jad. & Doct. paſſim. it. Abarbin. in Eſa. C. VI.

Cœlum eſſe ſupremum corpus, Judæi, quod ſciam, omnes negant, dum aquas ſupra Cœlum tantum elevant, quantum inferiores æquæ à Concavo orbis Lunæ diſtant. Qui Ebræa non intelligit, ad minimum literas Alphabethi Ebraici diſcat & videat Librum Germanicum, corruptè *Zenorenna* dictum, Paraſcha prima Gen.

Procopius Gazæus ad Gen. I. 1. negat Cœlum eſſe *Sphæricum* & circulari motu converti, dicens: opinionem contrariam contradicere Moſi, Prophetis, Paulo & Chriſto. Chryſoſt. quoque homil. XIV. ad Ebr. & Sphæricam Figuram & motum Cœli negat, cum utrumque tollat τὸ FIXIT DEUS TENTORIUM. Hoc referimus tantùm. Judicium Exegetis relinquimus. Vid. Sixt. Sen. B. S. Lib. V. Annot. III. IX. Lib. IV. ann. CCCXXXIV. item, R. Men. B. Iſraël de Creat. probl. XXIIX.

De *inviſibilitate* Cœli & aliis nonnullis prædicatis multa poſſent (ſi vacaret) dici, præſertim potuiſſemus juſtum Commentarium Phyſicum dare in eruditiſſimi Majemonidæ cap. III. הלכות יסודי התורה elegantiſſimum; ex quo ſufficiat § III. (*fol. 6. fac. a.*) expreſſiſſe: כל הגלגלים אינן קלים ולא כבדים ו ואין להם לא עין אדום ולא עין שחור ולא שאר עינות וזה שאנו רואין אותן כעין התכלת למראית העין בלבד הוא לפי גובה האויר id eſt: Sphæræ (Cœleſtes) neque leves ſunt, neque graves, nec competit ipſis color ruber, nec niger, nec ullus alius. Is autem color, quem videmus in ipſis (ad terminandum viſum) eſt apparens tantùm, propter altitudinem aëris. Reddit Commentator rationem ex principio de diverſitate materiæ his verbis: (1.) שאמתת גולם השמים לא נודע i. e. quod vera materia Cœlorum non ſit cognita. (2.) שכל המקרים הם במה שלמטה מגלגל הירח ודבר שלא נודע מהותו לא יודע טבע i. e. quod omnia illa accidentia (odor, ſapor, gravitas, levitas) competant illis tantùm, quæ ſunt ſub Concavo Orbis Lunæ

næ. Cujus verò quidditas (מהותו vide R. Levi Prov. IIX, 14.) incognita eſt, illius quoque natura non cognoſcetur.

(γ) De Tohu & Bohu ita R. Schlomo Ben Melech in Michlol Jophi (quem elegantiſſimum librum, in univerſam Scripturam V. T. literalem Commentarium, nobis cum notis edidit ante annum R. Jacob Abendana.) אמרו חכמי תהו הוא הדבר שאין לו דמות וצורה והיא מזומן ומעותד לקבל כל דמות וצורה וקורין לו בלשון יוני היולי. ובהו הוא הצורה והוא הדבר שיש לו כוח וגבורה להלביש את ההיולי דמות ותמונה i. e. dicunt Phyſici (Sapientes Scrutinii, quia experientiâ pollere debent & ratione) quòd Tohu ſit res, quæ non habet formam, ſit tamen apta ad recipiendum formam, quam Græci vocant ὕλην (materiam). Bohu verò eſt Forma, quæ eſt res potens induere materiam aliquâ ſimilitudine, figurâ aut formâ. R. Jizchak in Difre Schalom fol. VII. Homilia IV. verba Pſalmi CXXX, 1. ex profundis clamavi, ad materiam primam allegoricè trahit, propterea, quia (1.) materia prima ut aliqua profunditas ſenſibus non pateat, illa enim non apprehendi poteſt: כי אם בציור שכלי niſi apprehenſione intellectuali, quando eſt פשוט בלי קבלת שום צורה מה nuda ab omni formâ. (2.) quoniam profunditas illa vocetur שאול, Infernus verò cum materiâ primâ habeat comparationem. Verba ejus ſunt: גם אפשר שיצרך שם שאול עליו להיותה לעולם שואל צורה כי להיותו משולל מצורה שואל ומאוה לקבל צורה: i. e. poteſt etiam vocari שאול infernus, quia ſemper שואל appetit formam (NB. ſicuti ſcil. infernus nunquam dicit: ſufficit Prov. XXX, 15. ſeq.) cum enim denudata ſit omni formâ, appetit recipere formam. Similia leges apud Ralbagum h. l. Cæterum elegantiſſima & peripatetica de materiâ primâ invenies in Toledos Jizchak fol. 1. Quid autem alii fabulentur de Tohu Vabohu vide ap. Clariſſ. Hakſpan. (ô quantum Philologum!) in Not. ad Lipm. fol. 303. n. XVI.

(δ) Puto eſſe σφάλμα, & אשטורדשון poſitum pro אשטונישן *eſtonnaiſon. (Non eſt ſphalma ſed nomen a verbo etourdir perturbare mentes, conf. antiquiora Lexica.)*

(ε) Sic Breſchis Rabba Paraſch. II. fol. V. col. 2. ait: per Spiritum Domini intelligi רוחו של משיח Spiritum Meſſiæ, citato in id loco Eſai XI. & requieſcet ſuper ipſum Spiritus Jehovæ.

(ζ) Ite

(ζ) Iterum pro אקו״בטיר arbitror אקו״באיר *Cuber* legendum. (*Cuber non eſt Gallica vox, ſed legendum eſt accouveter Ital. covar l' buova* **ausbrüten.** *Incubare ovis, ova fovere.*)

(η) Ita Rabbos Paraſch. III. fol. V. col. 3.

(θ) De creatione Angelorum non conveniunt. Ita enim in *Breſchis Rabba* Sect. I. fol. 3. col. 2. אימתי נבראו מלאכים ר' יוחנן אמר בב' נבראו המלאכים הה״ד המקרה במים עליותיו וגו'. וכתיב עשה מלאכיו רוחות. ר' חנינא אמר בה' הה״ד ועוף יעופף על הארץ וגו' וכתיב ובשתים יעופף ר' לולינא בר טברין אמר בשם ר' יצחק בין על דעתיה דרבי חנינא בין על דעתיה דר' יוחנן הכל מודים שלא נברא ביום ראשון כלום שלא יאמרו מיכאל היה מותח בדרומו של רקיע וגבריאל בצפונו והקב״ה ממדד באמצעית אלא אנכי יי' עושה כל נוטה שמים לבדי וגו' i. e. Quando ſunt creati Angeli? R. Johannes reſpondet: Secundo die, quia dicitur (Pſ. CIV, 3.) contignans aquis Cœnacula ſua &c, & ſcriptum eſt (ſtatim poſt hæc, verſ. 4.) faciens Angelos ſuos Spiritus. R. Chanina dixit: die quinto, quia ſcriptum eſt (Gen. I, 20.) & avis volabit ſuper Terram &c. Porrò ſcriptum eſt (Eſai. VI, 2.] & binis (alis) volabat (NB. ubi τὸ יעופף de Angelis dicitur, quod l. c. Gen. de avibus, quintâ die creatis, legebatur.) R. Lulianus Bar. Tarbin inquit nomine R. Iſaaci: ſive obtineat opinio Rabbi Chaninæ, ſive R. Johannis, perinde eſt, uterque enim fatetur, primo die nil quicquam eſſe creatum: ne ſc. dicant: Gabrielem extendiſſe firmamentum in Auſtrali, Michaëlem in Aquilonari plagâ, DEum verò dimenſum eſſe in medio. Sed (dicitur contra hoc Eſai. XLIV, 19.) Ego Jehova facio omnia, extendens cœlos ſolus &c. Integer hic locus de verbo ad verbum repetitur Sect. III. fol. VI. col. 1. R. Menaſſe Ben. Iſraël Probl. XXVI. de Creat. ſcribit: R. Jehudam ſtatuere Angelos die primâ creatos, intelligique per τὸ fiat Lux, in Breſ. Rabb. Sect. III. quod ibi non extat, nota tamen eſt ſententia Midraſch a. Nehelam יהי אור אינון מלאכים דאתבריאו בוימא קדמאה i. e. per τὸ fiat Lux intelliguntur Angeli creati die primâ apud R. Men. l. c. Reliqua, quæ de Angelis docent, DEO dante in Theologiâ Judaica daturus ſum. Conferatur R. Abarbinel in c. VI. Eſai. R. Men. B. Iſr. de Creat. Probl. XXIV. XXV. XXVI. (*Pag. 5. lin. 4. Legit B. Autor* מגערת הבאים *quod tranſtulit: clamorem ſubito venientem ſuper ipſum.*

ipſum. Sed cum in Buxtorfii Bibliis & שפתי חכמים hac lectio non inveniatur, in quô ultimò variantes lectiones annotantur, puto textum non fuiſſe corrigendum, ſed vocem המאירים retinendam textumque vertendum: ob clamorem terrentis ipſum.

(ι) Judæi etiam ſtatuunt aquas ſupra cœlum æthereum, quas inter & inferiores præciſè mediet firmamentum. Unde R. Salomoh h. l. ait, illas, cùm non innitantur cœlo, pendere abſque ulla baſi, ſolo verbo Dei. Cæterùm, argumenta eorum, qui ex Ebraiſmi indole per aquas ſuperiores intelligunt nubes, probabilia ſatis videntur. Suum cuique pulchrum. Nemini propterea intentabo litem.

(κ) De litigio aquarum quidam intelligunt. De quo vide Libellum elegantem, qui continet diſputationem inter aquam & vinum, ubi fol. XXV. aquæ à vino objicitur: אתם המים הזידונים & explicatur: quòd noluerint aſcendere (ſc. æquæ ſuperiores). Lege Zenorennam & alios paſſim. coll. cum Pſ. XIIX, 12. 2. Sam. XXII. 12. Job. XXVI, 8. Aliud eſt על aliud מעל: aliud על הרקיע aliud מעל לרקיע. Ex hoc שמים, quod contignatum aquis, irrigantur montes Pſ. CIV.

(λ) De differentia עשב & דשא itâ *Michlol Jophi*, fol. II. col. 3. דשא נקרא כן בתחלת צאתו וכשיגדל יקרא עשב ודשא הוא תחלת הפעולה בעשב: id eſt: דשא vocatur in principio egreſſionis ſuæ, quando verò abolevit, dicitur עשב Et דשא eſt principium productionis ך עשב (i. e. ex דשא fit עשב) Quæ verba more ſuo deſumpſit ex Libro Radicum Kimchii in דשא.

(μ) De אסכרה vide Lexicon Magni Buxtorff. & Feſſelii Adverſar. L. I. c. XI. Nos etiam aliquando ex profeſſo tractavimus de Morte Moſis. Nolumus quicquam eorum hîc repetere. (*Scribunt Rabbini,* אסכרא *anginam, eſſe morbum, familiarem infantibus die quarto nativitatis, unde illô die jejunia conſtituta ſunt Parentibus. Hunc autem diem ideo eſſe infauſtum putant, quoniam in quarto creationis die vox* מארת *defectivè abſque* ו *ſcripta invenitur.*

(ν) Habetur in Medraſch Ruth c. V. 3. Sic etiam in Succâ fol. XXIX. בזמן שהחמה לוקה סימן רע לכל העולם כולו i. e. Quando Sol percutitur (eclipſatur) ſignum malum eſt univerſo Mundo. Vide Florileg. Magni Buxtorff. fol. LXXXV. ubi plura.

(ξ) Ex notiſſimâ Talmudiſtarum Regulâ: אין מקום שפרקו בו מינים ואין תשובתו בצדו i. e. Nullus eſt locus, quo abuſi ſunt Hæretici, qui non habeat (ſtatim) reſponſionem in latere ſuo. Errorem autem, quòd cum Angelis locutus ſit, alibi refutavimus. Videant

Auditores noſtri L. II. Miſcellaneorum Sacrorum cap. I. ex profeſſo. (*Pag. 8. l. 27. Vox* חיפושית *omiſſa eſt in verſione, explicatur vero in* שפתי חכמים *quod SINT VERMES, QUI INVENIUNTUR* באשפה *IN FIMETO dantur diebus æſtatis, quando pluvia decidit in terram.* Sunt Scarabæi.)

(*o*) De homine, Jani inſtar creato, egit Dn. Præceptor Slevogt. Diſput. de Creatione primi hominis contra Judæos in Volum. diſſert. fol. 488. ſeqq. In *Breſchis Rabba Sect.* IIX. in princ. fol. IIX. col. ;. R. Jerem. Eleaſarides ait: hominem primum אנדרוגינוס Androgynum creatum eſſe, quod R. Samuel Nachmanides per דו פרצופין duo *πρόσωπα* exponit lineâ ſeq. Vid. quoque R. Abendana in Michol Jophi f. 4. b. Confer. *Vajikra Rabba* Paraſch. XIV. f. CLXXX. b. Id quod; ſi Diis placet, ex Pſ. CXXXIX; 5. *ante & retrò me formâſti*, clarè eluceſcit. Platonis ſimilem opinionem legimus *in Convivio* ante medium, ubi ita: *Vetus*, inquit, *noſtra natura non erat hæc, qua nunc eſt, ſed ab hâc diverſa. Ab initio etenim tria hominum genera erant, non velut nunc duo ſunt, Mas & fœmina; Verùm & tertium erat, amborum horum commune, cujus nunc nomen reliquum eſt, ipſum autem deletum eſt. Androgynorum enim ſemivirorum tunc una ſpecies & appellatiò erat, ex ambobus mare & fœmina communis. Nunc autem non eſt, niſi in opprobrio poſitum id nomen: Deinde tota uniuscujuſque hominis ſpecies rotunda erat, dorſum & latera in circulum habens. Manus autem quatuor habebat, totidemque pedes. Et facies duas in cervice rotundiore penitus ſimiles. Verùm caput unum utriſque faciebus ex oppoſito ſitis incumbens. Et aures quatuor & pudenda duo, & reliqua omnia, velut ex his conjectare quis poſſit. Ibant autem etiam erecti velut nunc, in utram vellent partem. Et ſi quando citô progreſſum facere cuperent, tunc inſtar Petauriſtarum eorum, qui in caput devolvuntur, & erecta crura circumferentes in gyrum ſe circumvolutant octo membris innitentes citô circumferebantur. Erant autem propterea tria genera, eaque hujusmodi, quòd mas eſſet ab initio ex Sole genitus, fœmina ex terra, amborum particeps ex Lunâ, eô quòd etiam Luna amborum particeps eſt. Rotunda verò erant & hæc ipſa, & inceſſus ipſorum, eò quòd Parentibus ſimiles eſſent. Erant itaque fortitudine & robore præſtantia, & elatos animos habebant, quare aggreſſi ſunt Deos &c. Paulò poſt: Jupiter dixit: videor mihi inveniſſe modum, quo & ſint homines & inſolentes eſſe deſinant, ſed debiliores fiant. Nunc enim diſſecabo ipſos, ſingulos in duas partes, & ſimul ita debiliores fient, & nobis utiliores, quia numero plures erunt. Et erecti duobus cruribus iter facient. Si verò quid inſolenter tentare viſi fuerint, & quietem agere noluerint, rurſus in*

duas

duas partes diſſecabo, ut uno crure ſaltantes incedant &c. Hæc & alia l.c. Plato, qui, quòd inaudierat de primævâ hominis conditione, integritate & lapſu, fabulis involvit. Nos ea jam in ſua principia non reſolvimus, hoc unum mirati, hanc fabulam (& ſimiles) in Platone ſapientem & Divinum Virum, in Judæis verò (quæ imperitorum vox) ſtultum arguere.

(π) Egregia ſc. argumentandi ratio, ſimilis illi: ideo ſcriptum eſſe de Abrahamo Gen. XXIII, 3. quòd parum fleverit mortem Saræ tanquam jam vetulæ, quia ſcribitur לבכותה cum כ minuſculo.

(ϱ) Hinc eſt quod quærunt, cur Deus creârit mulierem ex coſta? Dixit R. Joſuah in Rabbos Seder *Chi Teze* fol. CCXCVII. c.d. כשבא הקב"ה לבראת חוה היה מתבונן מהיכן לבראת אותה ואמר לא אבנה אותה מן העין שלא תהא עינה רמה' ולא מן האזן שלא תהא צותנית' ולא מן הפה שלא תהא דברנית ולא מן היד שלא תהא גונבת' ולא מן הרגל שלא תהא פרדנית. i. e. DEus creaturus Evam ex Adamo cogitavit, unde creanda eſſet, dicens: non ædificabo eam ex oculo, ne ſit extollens oculos (ut poſtmodum Eva fuit Gen. III. & vidit Mulier) neque ex aure, ne ſit auſcultatrix (ut Sarah Gen. XIIX.) neque ex ore, ne ſit garrula (ut Mirjam, Num. XII, 1.) neque ex manu, ne furetur (ut Rachel Gen. XXXI.) neque ex Pede, ne ſit excurſatrix (ut Leah. Gen. XXX.

(σ) Emphaſin vocabulorum caſtæ aures non patiuntur exprimere.

(τ) Præcepta Noachidis data ſunt de [1.] Idololatriâ [2.] Nuditate [3.] Homicidio [4.] Furto [5.] Benedictione Numinis [6.] Judicio. His Adamo jam latis additum Noachidis [7.] de carne crudâ, Abrahamo [8.] de Circumciſione. Vide omninò Juchaſin fol. IIX. Majem. Jad in Schofethim c.IX. de Regibus f. m. CCXCIII. col. 2. a. n. 1. Ceſeph Miſchne in h. l. & *Dn. Præceptoris mei CL. Friſchmuthii* duas peculiares Diſſertationes. Addo *Hakſpan. in Nizz. Lipmanni fol. CCCXL.* & ſi lubet, videant Auditores mei, quæ commentati ſumus in R. Lipmann. fol. 2. col. 2.

(υ) Haſkuni dicit: בלעז ברואינה Latinis eſt pruina.

(φ) Sic in Schabbas dicitur עפר בר גיבול Lutum commixtile. Vide Lexicon in גבל. Cæterum ex quo pulvere creatus ſit Adamus ſi quæratur, ſunt qui reſpondent ex *Breſchis Rabba* verbis R. *Schmuel Nachmanidis* ממקום כפרתו נברא i. e. creatum eſſe in illo loco [pulvere illius loci] in quo contigit ipſius expiatio Sect. XIV. fol. XVII. col. 3. quod dictum Cunæus de Rep. Ebr. L. II. c. XII. etiam ex Cod. Naſir ad-

adducit. Intelligunt v. Montem Moriah, in quo Ædes Ieroſolymitana ſtetit, qui & ille ſit, in quo Sacra fecerit Adamus, Abel, Noachus (poſtquàm arcâ egreſſus eſſet) & Abraham immolare filium eſt juſſus. Confer. Pirke Elieſer. C. XX. & Vorſtii Animadverſ. fol. CLXXVII. Nos veriùs ad Chriſtum noſtrum & ejus expiationem in monte Calvariæ factam applicare poſſemus. Cæterùm etiam quidam Scholaſtici etiam apud Arriagam P. I. in Thom. Tom. II. D. XXXIV. S. I. Subſ. 1. n. 1. dicunt: Adamum fuiſſe creatum ex quatuor partibus Orbis, quòd Ἀδὰμ quatuor ſuis literis, notet quatuor plagas Mundi, *ἀνατολὴν, δύσιν, ἄρκτον, μεσυμβρίαν*: ad quod ſentiendum, ignorantia Ebrææ Linguæ etiam B. Auguſt, Tr. IX. in Johan. & Cyprianum Tr. de Sinâ & Sion induxit. Vide omninò *ſummi Dillherri Dn. Patroni & Affinis noſtri*, Elect. L. LIII. c. XIX. Miror verò, quòd Arriaga l. c. non potuerit hunc errorem refutare in tantâ Linguarum luce. Vel Tiro inter אדם & Ἀδὰμ differentiam videt.

(χ) Alluditur ad oſſiculum לוז, quod tanquam materiam futuræ reſurrectionis è quolibet humano cadavere ſuperſtes manere dicunt tùm Judæi tùm Coraniſtæ. Vide Judæorum ſententiam apud R. Men Ben. Iſraël L. II. de Reſurrect. c. XV. p. 203. ibidemque Zohar, Toldos Noach & Toldos Jizchak. Arabes Alaibi dicunt. An ſit in cranio, vel circa os ſacrum fabiforme & incorruptibile, non opus eſt diſquirere, cùm non-entis nulla ſint accidentia. vide *Cl. Pocok. in Portâ Moſ.* fol. 17. ſeqq. Uti nec Sophiſma [qs. diceretur Pſ. XXXIV, 21. unum os non confringetur] æquipollentiam Ebræam edocti moramur. *Confer omnino Cl. Hackſpan. Diſput. 1. de Locut. Sacr. §. 25.*

(ψ) De XXXII. Expoſitionibus Legis R. Joſe Galilæi ex profeſſo agere nec ratio inſtituti, nec præſens charta patitur. Vide interea *Halicb.* Cl. Tr. IV. c. III. cum Verſion. Conſtant. L' Emper. â fol. 176. ad 199. & c. II. Inter hos autem XXXII. modos numero XIII. eſt ille cujus Raſchi. h. l. meminit. ſcil: שאחריו מעשה אינו אלא פרטו של ראשון: i. e. *Cui ſuccedit factum, eſt tantum determinatio prioris* Exemplum adduxit ex R. Salomo, R. Joſe, qui etiam hoc addidit: v. g. Eſai. I, 1. *Viſio Eſaiæ*, poſtea verò c. VI, 1. demum determinatur his verbis: *Anno quo mortuus eſt Rex Uſia* &c. Aliàs XIII. modi interpretandi Legem apud Judæos receptiores ſunt, quos niſi exempla addidero, vix intelliges. Eo labore defunctus eſt *Cl. Schikard.* in Bechin. Happer. fol. CLIX. *Hotting.* Theſ. L. II. c. III. S. III. f. m. 566. ſeq. Fac tamen periculum, an ex Logicâ tuâ divinare queas. [I.] Leve & grave (â maj. ad min. & contra) [II.] ſectio æqualis (â pari) [III.] Conſtitutio principii vel ex uno, vel duobus Scripturæ locis. [IV.] Generale cum ſpeciali (reſtringente.) [V.] ſpe-

ſpeciale cum generali (ampliante) [VI.] Duo generalia interſtincta ſpeciali. [VII.] Generale egens ſpeciali & contra. [IIX.] Extractio inferioris è ſuperiori doctrinæ generalis ergò [IX.] Exceptio ſpecialis è generali ad arguendum ſimile *μειώσεως χάριν* [X.] Exceptio ad arguendum heterogeneum, tùm *αὐξήσεως* tùm *μειώσεως ἕνεκα*. (XI.) Exceptio ab univerſali ad novum quid ſtatuendum. [XII.] Id quod diſcitur de ſubjecto ſuo, & quæ è fine. [XIII.] Loca Scripturæ pugnantia, per tertium ſc. concilianda. Jungam etiam modos R. Joſe Galilæi: Ab augmento. (את גם אף לרבות. de quo modo Raſchi: & dedit גם etiam Viro.) à diminutione (רק אך מן למעט) ab augmento poſt augmentum: à diminutione poſt diminutionem: Explicitum ab impari: implicitum ab impari: à vocum convenientia: compendio: re immutatâ: ordine diviſo: ex eo quod ad illuſtrandum, ſi adductum fuiſſet, deprehenditur illuſtratum: factum ſequens eſt determinatio prioris: ex eo, quod à minori dependet: ex eo, quod ſuo loco ſingulare eſt: quod non ſuo, ſed alio loco explicatur: quod licet ſtrictè dictum obtinet in omnibus: dictum licet de hoc, in compari tamen locum habet: dictum de hoc, huc non pertinet; ſed compari competit: ex eo, quòd ad duos modos æqualiter ſe habet, cuique vim, ambobus competentem, tribuere: â compari ſ. adjuncto arguere: quod adjunctum arguit; è parabola: ex præpoſito poſtpoſito: principium vel lectio vel traditio: duo dicta eodem recidentia aliud docent: prius & poſterius non ſtatuuntur: confuſio ſectionum: auferunt huic, addunt illi: Inverte Scripturam & expone: in ſubtili indagine prima attendunt: auxeſis poſt auxeſin, & mioſis poſt mioſin: Sectio propoſita mutatur: ex occaſionibus: interdictum, quod in generali continetur: Præceptum pellit Præceptum: Prohibitio complectens & ſuperaddens: Loquitur Lex ſtylo humano &c. Exempla repete ex L'Empereur interea. Erit, ut exponamus in Theologia Judaica, ſi Deus & Auditores publici voluerint.

(*ω*) Aves creatas ex aqua & terra ſimul R. ſtatuit. *Ex aqua*, quia Gen. I, 20. dicitur: Producant aquæ reptile animæ viventis: & volatile volet ſuper terram. *Ex terra*, quia c. II, v. 19. expreſsè dicitur, aves ex terra productas eſſe. Quæ quia conciliare non poteſt, terram & aquam miſcens ſudimentum, tanquam principium avium materiale, ſubſtituit. Cæterùm de hoc loco legendus Amama Antibarbari Lib. II. fol. m 84. ſeqq. Non ferre poteſt, quòd [*α*] יעופף per Participium. [*β*] על per *ſub* reddatur, & [*γ*] Athnach ſub voce חיות inſuper habeatur. Sed hæc ad Exegeſin pertinent.

(Δ) Hoc יצר juxta Rab. Bezaleelidem fol. IIX. per ſubjugationem

eſt exponendum [ſicuti etiam Raſchi poſtmodum facit.] quòd vox רדוי צורה לשון בעצמו הוא צורה לשון כל formaliter ſignificet dominium & כבוש ſubjugationem, quoniam צורה forma צר ועושה גבול וחוש לאותו דבר conſtringit quaſi terminum rei & ponit, וזהו כיבושו שכובש את הדבר באותו צורה להיות לו גבול id quòd ſit ipſius ſubjugatio per illam formam, quæ eſt rei terminus ſ. definitio. NB. Vides elegantem denominationem formæ, cur ea vocetur צורה ſcil. non tantum à Rad. יצר formavit; ſed etiam à צר anguſtavit, conſtrinxit, contraxit; Forma enim non tantùm dat rei eſſe (hactenus à יצר), verùm etiam definiri & diſtingui (hactenus à צר) Alioquin [ad quod alludunt hic] ſi τὸ יצר ſumatur h. l. pro creatione, & quidem de præſenti, (non hoc ſenſu: *Creaverat* ſc. jam antea) non conſtaret ſibi expoſitio. Dictum enim: omnia animalia antè Adamum creata eſſe, ne muſca quidem excepta. Hinc notæ ſunt elegantiſſimæ ſententiæ, quæ *ad deprimendam ſuperbiam hominum* dignæ ſunt etiam hîc legi. Ita dicunt in Vajikra Rabb. Sect. XIV. fol. CLXXX.c. אדם זכה אדם אומרים לו אתה קדמת לכל מעשה בראשית ואם לאו אומרים לו יתוש קדמך שלשול קדמך: i. e. Si juſtus eſt homo (meretur) dicunt illi: *Tu præceſſiſti omnes creaturas* (ſc. ut מתנות כהונה exponunt: שנבראת רוחו ביום ראשון quia Spiritus ejus creatus eſt die primo, de quo alibi.) Sin: dicunt ipſi: *Muſca præceſſit te, cæcilia* (vermis) *præceſſit te.* Id repetitur in *Cod. Sanhedr.* fol. XXXIIX. col. 1. *Metuamus autem porrò nobis: ne Muſcæ & Viperæ Tridentinæ, Antiquitatis prætextu, humanitatis prærogativas impetant, aut in dubium vocent.*

(B) De hâc inverſione, (cujus inter modos exponendi Legem fecimus paulò antè mentionem in ψ) regula in *Halich. Ol.* fol. CXCIII. edit. L'Emper. hæc extat: סרס המקרא ודורשהו i. e. *Inverte* (priùs) *Scripturam, &* (tunc) *expone eam* v. g. Pſ. CXIX, 126. *Tempus eſt colendi DEum, irritam faciunt Legem tuam*, ita exponunt: *Irritam faciunt Legem tuam, quia tempus eſt colendi DEum.* Sic ego interpretor verba: משום דעת לעשות ליי׳. L'Emper. itâ: quia *nôrunt* (quod tamen verbum non opus eſt inſerere huic ſenſui, & τὸ דעת non דַעַת ſed עֵת legendum, tempus eſt) &c.

(C) Reuchlinus Cabbal. L. I. fol. 626. ita Raſchi citat verba: בא אדם על כל הבהמה וחיה ולא נתקוררה דעתו בהם עד שבא על האישה, & ita reddit: Venit Adam ad omne jumentum & animal, & non commovebatur ſenſus ejus, in illis, uſque dum veniſſet ad Uxorem. Quæ ultima verba in meo exemplari

non

non extant. Hic jam Capnio ſub Perſonâ Simeonis Judæi: (cum Philolao juniore Pythagoræo Marranoque Muhammediſta colloquentis) ex his verbis, inquit, diaboli incarnati, larvæque furiales potiùs, quàm homines, ſeditionem Chriſtianitatis adverſum nos excitare parati (pungit Pfefferkornium cum aſſeclis. Pfefferkornium, inquam, qui volens cumburere omnia Judæorum monumenta, ipſe poſt Halis Saxonum exuſtus eſt. De hâc lite lege *Sleidanum* Comment. L. II. fol. XC. ſeq. & lepidiſſimas Epiſtolas obſcurorum Virorum præſertim fol. 25. *Johannis Arnoldi*, & ſeqq. & *junge Eraſm.* Epiſt. XIX. L. XVI. Ep. III. L. II. paſſim) hoc dictum ſic expoſuerunt: quaſi Adam tunc cum omnibus beſtiis & animalibus fœdè coiverit. Nam, qui fieri poſſit, ut tantus Vir & tâm magnus Adam cum cimice, pulice, muſcâ & cicadâ ſeminaliter coiviſſe intelligatur? (NB. quod inſpergit τὸ ביאה nunquam luxuriæ coitum notare, oppidò falſum eſt ex quàm multis locis. Nam 2. Sam. XVI, 21. de fœdo Abſolonis cum Davidis concubinis coitu uſurpatur, ut alia non adducam.) Similiter *Gur Arich*, qui, poſtquàm multis in hanc rem præfatus eſſet, tandem rectè exponit: Adamum quæſiviſſe ſibi etiam conjugem, ſed non inveniſſe, comparatque fol. IIX. col. 4. mulierem cum חומר materia, Virum cum forma צורה qui propterea Conjugem, ceu forma materiam, appetiverit: Tandem fol. ſeq. col. 1. conqueritur, quòd האומות משיבין על דברי חכמי׳ Idiotæ hæc verba (quæ non intelligant) carpant. Id quod *Bellarmino Tannero*, aliisque ſit dictum, qui è Talmude confirmare ſtudent, Adamum coiviſſe cum omnibus animalibus. In illos rictum diducat etiam R. Lipman, qui credunt: hîc notari concubitum, quoniam הגדול בענקים אי אפשר לשמש עם עכבר וחולדה maximus inter Enakim coire non potuerit cum mure aut muſtelâ. Nizzach. n. IX. confer. Lex in קרר.

(D) Linguam Ebræam eſſe omnium primam probat Raſchi ex Derivatione אישה ab איש. Quæ ratio Etymologiæ firmiſſima eſt, ſive ſpectes Appellativa ſive Propria nomina. *Raſchi Appellativa* urget, idque, uti videtur, ex *Breſchis Rabba*, ubi Sect. XIIX. fol. XXI. a. ita lego: שמעת מימיך אומר גיני גינייא. אנתרופי אנתרופיא גברא גברתא׳ אלא איש ואישה׳ למה שהלשון הזה נופל על הלשון הזה: i. e. audiviſtine unquam dicentem (*Græcè*) γυνὴ Vir. γυνία Mulier, aut ἄνθρωπος ἀνθρωπία (*Chald*) Gafra Vir, Gafretha Mulier, niſi tantùm (*Ebr.*) Iſch Vir, Jſcha Mulier? ubi nim. vocabulum unum cadit ſuper alterum. (vide *Meor Enai*. CLVII. alios.) R. *Abarbinel* ex Etymologia Propriorum Nominum idem eruditè oſtendit (in Gen. fol. XXIIX, 3. 4. confer R. *Muſcat*. ad P. II. *Coſri* S. LXIIX. ubi

 etiam

etiam verba ex *Rabbos* modò citata illuſtrat) ex cujus prolixo diſcurſu has Concluſiones ſubjungo: *Prima* eſt: omnis Hiſtoricus retinet Nomina Propria ejus Gentis, cujus Hiſtoriam texit: aliàs nemo Hiſtoriam ritè intelligeret. *Secunda:* Metaphraſtes reddit ſolummodò Nomina Appellativa, non Propria, quæ, cùm ſæpè non ſint ſignificativa, in aliam Linguam transfundi non poſſunt. Sicuti etiam Scriptura retinet Gentilium & Peregrinorum Nomina Propria, v. g. Bileam, Reguel, Jethro, Oſnatpanech &c. Hæ duæ Concluſiones certæ ſunt apud omnes. *Tertia:* Hominum illorum, ante Confuſionem Linguarum, eam fuiſſe Linguam, cujus ſunt Nomina Propria v. g. Noach, Shem, Japhet, Seth, Enos, Cenaan, Jared, Abel, Cain, Adam, Eva, eosque hac Lingua, è quâ deducta ſunt Nomina hæc propria, locutos absque dubio eſſe videtur. NB. Dixi: *antè Confuſionem.* Nam [α] antè confuſionem unam fuiſſe Linguam, contra quàm R. *Elieſer* (*Talm. Hieroſol. C. Magill.* cap. 1.) & Autor *Chaskuni* [*ad Gen. XI, 6.*] ſtatuit [fuiſſe ſc. LXX. Linguas, & confuſionem fuiſſe tantùm oblivionem, ut, cùm omnes & ſinguli antea LXX. callerent, poſt quælibet tantùm ſeptuageſima hominum pars unam ſolum retinuerit] alibi demonſtratum ſupponimus. [vide Commentatores paſſim ad Gen. XI, 1. & quomodo ex שפה אחרת Gematricè לשון הקדש eliciant.] [β] poſt confuſionem non rarò factum, ut ex aliena Lingua Nomina imponerentur, ut apud Germanos exempla Quinti, Septimii, Pauli, Gregorii demonſtrant. Ex quibus fit *Concluſio quarta:* vel Tirones intelligere: dicta Nomina Propria (Jared, Noah, Abel, Adam &c.) nullius eſſe Linguæ, quàm ſolius Ebrææ. Conficitur ergò. *Ebræam omnium fuiſſe primam.* Vide *Diſſertat. Dn. Buxtorff.* de Ebr. Ling.

(E) Hic ſtatuit Raſchi: Hominem non accepiſſe per creationem pravam Concupiſcentiam, quæ eſt orthodoxa ſententia, notanda contra illos, qui eam à DEO creatam blasphemè aſſerunt. Quanquam ſeſe excuſent, id intelligi quidem, quæ ipſorum conjectura eſt, ex voce וייצר [*& formavit*] ἀνομάλως per duo Jod ſcripta, יצר טוב concupiſcentiam bonam, & יצר הרע pravam; ita tamen, ut per illam appetitus concupiſcibilis per hanc iraſcibilis notetur, quod etiam tangit R. Men. Ben. Iſr. de Reſurr. L. 1. c. 1. fol. 3. Id quod recutiti concilient, tùm cum eo, quod ipſum Peccatum originale vocant יצר הרע tùm cum illis ſeptem [aut ſi quæ alia ſunt] nominibus, quæ יצר הרע של paſſim tributa leguntur. Quem numerum quidam exinde probant כי יכש ליצ׳ הר׳ ז׳ כחות אשר עמהם מושל על האדם i. e. quia Prava Concupiſcentia habet VII. poteſtates, quibus dominatur in hominem, ut loquitur R. Gedaliah in Comm. ſup. R. Joſ. Albo עיקרים L. II. c. XIIX. fol.

fol. LXIV. col. 3. fin. Septem verò iſta Nomina ex Maſſech. Succa fol. LII. 1. col. ordine recenſet *incomparabilis Buxt.* in Lex. v. יצר. quæ ſunt: Malum, Præputium, Immundum, Oſor, Offendículum, Lapis, Abſconditum. His Septem addenda: מנוול Turpe שאר בעסה Fermentum in maſſa; פגימת נפש Macula animæ &c. Prava concupiſcentia comparatur Muſcæ Berach. f. IX. En. Iſr. XL. *Cras Corvinum* proprium ejus Beraſch. XII. En. LXX. Davidem & Patres Peccatum orig. habuiſſe malè negatur Baſa Baſra f. 1. Bes Iſr. *LXXIIX.* Quando poſitum ſit in hominem tradunt Sanh. f. XI. Bes Iſr. *CXXII.* De quibus forſan א״ך in Theologia Judaica.

(F) Videndus hîc R. Bezaleelides fol. *IX.* col. 1. m. ait autem: Scripturam alludere [1.] ad vocem ערום quod & nudum & callidum notat, hinc priori ſenſu de homine, poſteriori v. l. de ſerpente eleganter dici. (2.) cum ערום *nudo* convenire id quod ſequitur; & fecit DEus ipſis tunicas. Ubi inſuper addit: ſciviſſe quidem eos diſcrimen בין טוב לרע inter bonum & malum, ſeque eſſe nudos; non autem puduiſſe. Senſus eſt: ſciviſſe quidem nuditatem, ſed eam ipſis nondum fuiſſe turpem. Quæ expoſitio Scripturæ convenit.

(G) Hanc in rem multæ Ebræorum ſententiæ extant, ſcil. obſervari proportionem inter pœnam & delictum. Niſi, quòd hoc argumento abutantur, cum Socinianis, Judæi, contra ſatisfactionem Chriſti diſputantes, qui â Theologis vapulent. Vide quæ Abarbenel in c. LIII. Eſai effutiat.

(H) Gur Arieh fol. *IX.* col. 1. fin. Ut dubitativum ſermonem exponit, ac ſi ſerpens neſcierit, interdictum Protoplaſtis factum. Cæterum quod R. Salomo ait: הוסיפה על הצווי לפיכך באה לידי גרעון: Addidit (Mulier) aliquid præcepto (ſc. ne tangas, cùm DEus tantùm eſum prohibuiſſet) & propterea incidit in transgreſſionem &c. etiam Noſtri, argumenti loco adducunt in defenſione Pupillæ f. CCCIIX.

(J) Cantor Cantorem odit. Omnis artifex filium artis ſuæ, quod ex Targum h. l. deſumptum eſt. Ita enim כל אומנא סני בר אומנתיה eodem prorſus ſenſu. Vide in hanc rem Chiliades quoque.

(K) Quaſi verò vel diabolus hoc ridiculum argumentum formaverit, vel Protoplaſti neſcierint, hanc Arborem cum ipſo Mundo eſſe creatam.

(L) De גם hoc notandum, alludi ad Regulam Ebræorum: אתיים וגמים הם רבויים אך ורק מיעוטים: & גם *quoque* & & את multiplicativa, τὸ אך & רק *ſed, tantùm,* di-

diminutiva ſunt. Senſus hujus loci, juxta ipſos eſt: Evam non tantùm Viro guſtandum præbuiſſe fructum vetitum; ſed etiam omnibus animantibus: Solam avem חול (i. e. juxta ipſos, Phœnicem) non comediſſe, quæ propterea diutiſſimè omnium vivat, juxta Job. XXIX, 18. multiplicabo dies tuos ut חול ſ. arenam i. e. ſi diis placet, ſicuti Phœnici. Vide Rabbos. *(Breſch. R. Parſch. 19. fol. 22. col. 1. in med.)* Ex hoc ſtolido fundamento ad Gen. IV, 1. colligunt: Evam cum Caine & Abele gemellos peperiſſe. Vide Prodrom. noſtrum contra D. Schiller. fol. 14. ſeqq.

(M) Quænam Arbor fuerit, illa Scientiæ Boni & Mali, profectò לאו כל אצבעות חכמים שוות i. e. non omnes digiti Sapientum ſunt æquales. Quid Ebræi ſtatuant, hac vice ſolummòdò, & quidem ratione inſtituti, breviſſimè annotabimus, prout recenſetur in Breſchis Rabba Sect. XV. fol. XIIX. XIX. Proponitur ergò ibi quæſtio fol. XIIX. col. 2. fin. מה היה אותו האילן שאכל ממנו אדם וחוה quænam fuerit arbor è qua comederint Adam & Eva? R. Meir ait: fuiſſe חטים *triticum* (ſtolida ratio, quia Proverbium in ignorantem & Scientia deſtitutum fit לא אכל ההוא אינש פיתא דחיטי מן יומוי ille non comedit panem triticeum.) reſponſum verò eſt R. Schmueli (objicienti triticum non eſſe arborem) fuiſſe inſtar Cedrorum Libani (NB. de magnitudine tritici in terra Iſraelis legere eſt in Ceſub. fol. III. col. 2.) R. Jehuda Eliades ענבים *Uvas* fuiſſe putat R. Abba de Acco אתרוג *Citrum* (de hac ſententia vide etiam *Vajikr. Rabba.* Sect. XXX. fol. CC. col. 4.) R. Joſe תאנים *ficus* interpretatur vetitum fructum. Hæc ultima quidem opinio cæteris probabilior videri poterat, quam etiam R. Salomo noſter amplexus eſt, ex ea ratione, quia, qua trangreſſi ſunt, eadem ſeſe texerint. Conſentiunt Veteres, Theodoretus, Iſidorus Peluſiota, Hugo S. Victor, Moſes Bar Cepha Syrus, vide omninò Virum Magnum Dn. Dillherrum L. III. Elector. c. 11. qui addit: propterea ab Ebræis ficus vulgò vocari בנות שוחה *filias foveæ* i. e. ruinæ cauſas. Hic non poſſum omittere ridiculam, Goropii Becani, ejus rei probationem. Ita autem ferè ille L. XIII. Hieroglyphicorum f. 226. in Pe ſ. Phe: Phe/ inquit, pro brutis uſurpamus, Fi autem ad deſpuendum uti ſolemus: Unde Arbor illa, cujus vetito fructu primi noſtri Parentes pecudes evaſerunt, Feig nominatur. Eundem ſequitur Joh. Bodæus à Stapel in comm. Sup. Theophraſtum Ereſium: quòd Adam & Eva dixerint Fo ghy i. e. Pfui Dich/ inde ortum Fyg (vide itinerarium Mandelslo fol. 25.) Quaſi verò Protoplaſti Hollandi fuiſſent. Cur Arbor Scientiæ dicta fuerit, lubet *Toledos Jizchak.* ſententiam audire Ita lego fol. IIX. col. 2. עץ הדעת טוב ורע צריך לחקור מה הדעת סגולתו וכפי

Digitized by Google

וכפי משמעות טוב ורע נראת שקודם שחטא לא היה מבחין טוב לרע ואם כן תכלית בריאת אדם לא היה אלא כשיהיה כבהמה שאינה יודעת בין טוב לרע' וזה אי אפשר מפני כמה דברים: א' שאם כן מצינו חוטא נשכר שהיה כחיות השדה וכשחטא נהפך לאיש בעל שכל: הב' שאמר ויברא אלהי' את האד' בצלמו וגו' הג' ויצו יי' אלהי' על האד' ואין דבור הש' ומצותו לבהמות: הד' שבחכמתו גדולה קרא שמות לכל הבהמות והחיות והעופות וכו' i. e. oportet inveſtigare quam proprietatem habuerit Arbor ſcientiæ. Vi nominis videri poſſet, antè peccatum, hominen non diſcreviſſe inter bonum & malum. Sed hac ratione perfectio creationis Adami non fuiſſet alia quàm beſtiæ, quæ non novit, quid bonum inter & malum interſit. Id verò impoſſibile multas ob cauſas. (1.) quia ſic ob peccatum præmio fuiſſet affectus: fuiſſet enim inſtar beſtiæ, poſtquàm autem peccavit, evaſiſſet in Virum Sapientem. (2.) quia dicitur: *Et creavit DEus hominem ad imaginem ſuam &c.* (3.) *& precepit DEus Adamo &c.* non autem ſermo & præceptum Dei fit ad beſtias. (4.) quoniam per ſapientiam ſuam magnam nomina impoſuit omnibus animalibus, beſtiis, avibus &c. Reliqua, quæ egregia habet, temporis & inſtituti ratio excludit. Potius enim ad Theologos ſpectant. Ratio prima (ſcil. alioquin ob peccatum hominem præmio fuiſſe affectum) in memoriam mihi revocat Ophitas, de quibus Epiph. Hæreſ. XXXVII. Colunt illi ſerpentem (quòd, velut inquiunt, humano generi cognitionem attulerit) & panem ipſi offerunt (habent enim naturalem ſerpentem, quem in ciſtâ (quadam colunt) quem circa tempus ipſorum myſteriorum latibulo offerentes, & alios panes in menſa diſponentes, ſerpentem provocant: aperto autem latibulo procedit, & ſic progreſſus aſcendit in menſam, & panibus involvitur. Et hoc perfectum Sacrificium eſſe volunt. Sunt Epiphanii verba.

(N) Alluditur ad id, quod in Talmude dicitur: DEum propter idololatras non poſſe Solem & Lunam perdere, quia hæc Luminaria in gratiam omnium Creaturarum, præſertim hominum, ſunt creata. Res eſt oppidò nota & manifeſta.

(O) Paria leguntur in *Michl. Joph.* de Caino fol. III. col 4. fin. אי הבל אחיך היא לפתיחת דברים כמו שאמר לאדם איכה i. e. ubi Abel frater tuus? hoc præoccupationis ergò factum, ſicuti Adamo dixit: Ubi es? Et noſter R. Salomo inferiùs de Abrahamo ſimilem,

lem, ex hoc principio, gloſſam affert cum Magiſtris. Dixerat Deus Abrahamo: Gen. XXII, 1. 2. (α) Abraham: (ϐ) accipe nunc: (γ) filium tuum: (δ) unigenitum tuum: (ε) quem diligis: (ζ) tandem nominat: Iſaacum. Id vocat Raſchi *(verba præparationis)* לשון זימון & ait porrò, Abrahamum dixiſſe (cum DEus dixiſſet: *filium tuum.*) duos habeo filios. *Unigenitum tuum.* Unus eſt unigenitus Patris, alter Matris. *Quem diligis.* Utrumque diligo. Unde poſtmodum ſequatur: *Iſaacum.* vide l. c. plura.

(P) An ſerpentes dentur, qui VII. annos uterum geſtant, diſquirant Naturæ Urinatores.

(Q) R. Salomoh hic dicit: Serpentem habuiſſe pedes, qui ſint amputati. Hoc an verum ſit diſquirere, alterius curæ eſt. Nam quod Petrus Comeſtor Hiſtor. Schol. in Gen. c. XXI. ait: tunc ſerpens erat creatus ut homo, quia in maledictione proſtratus eſt, & adhuc, ut tradunt Phareas, erectus incedit. Elegit etiam quoddam genus ſerpentis, ut ait Beda, virgineum vultum habens &c. quod, inquam, *Comeſtor* vel ſuo vel aliorum nomine ait, adhuc diſquiſitionem meretur. Id verò jam nobis nec datum, nec volupe eſt. Improbabilem tamen non dicimus eam Raſchi ſententiam. Nam & B. Lutherus illam fuit amplexatus, ut notum, ſc. ſerpentem (cum inter reptilia non cenſeatur, ſed beſtias terræ) beſtiæ inſtar inceſſiſſe: non ut homo ſolet, ſed ut cervus aut pavo. Diſſentiunt Photin. vide Stegmann. D. IX. q. 7. Hoc ſi eſt, abſciſſi ſunt pedes juxta R. Salom. h. l. & in Jer. XLVI, 22. Conſentit R.plieſer in Pirke cap. XIV. quòd DEus קצץ רגליו של נחש amputaverit pedes ſerpenti. Abſciſſionem hanc non Deo, ſed Angelis tribuit R. Joſua Levita in הלילות עולם fol. m. CLXXX. his verbis: בשעה שאמר הקב״ה על גחונך תלך ירדו מלאכי השרת וקצרו ידיו ורגליו i. e. cùm dixiſſet S. B. (Gen. III, 14.) *ſuper ventrem tuum gradieris;* deſcenderunt Angeli Miniſterii, præcideruntque pedes ejus anteriores atque poſteriores. Hic non poſſum non monere, incomparabilem Virum L' Empereur τὸ ידיו ורגליו. reddidiſſe (in Clavi Talm. fol. cit. CLXXX.) manus ac pedes, minùs rectè. Quando enim ידים de quadrupede prædicantur non manus, ſed anteriores pedes Ebræis notari, notum eſt. Non libenter illud moneo. Nec enim ſalus Græciæ in his vertitur, nec cacoëthes ſugillandi, hodiè perquam familiare, me occupavit. Scio tamen, magnum huncce Virum tàm delicatum non fuiſſe, ut ferre nequiverit diſſentientes. Quin potius publicè monitoribus ſuis gratias egiſſe (quod demum ingenui Scriptoris eſt) novimus. Ideò autem ejus rei meminiſſe juvat, ut appareat, in hoc ſtudio etiam exercitatiſſimos ſuos pati manes. Ut nulla adeo

cap-

Digitized by Google

cauſa exiſtat, etiam eos, qui in infimis adhuc ſubſiſtunt, acerbius notandi. In Codicillis meis tam multa, quoad minutiſſima quoque, Summorum Virorum ἁμαρτήματα notavi, ut appareat: *Nos omnes homines eſſe*. Ingratiſſimus verò mortalium ſim, ſi iſtis ſordibus tantorum in Rempubl. Literariam merita, tanquam redivivus Iſmaël conſpurcare vellem. Eſt, qui ſcripſit: Febris ethica pro hectica: Hachchaſid pro Hachaſid: Moſen mortuum in valle contra Scripturam (idque dicit Hiſtoricus ſummus): Vemazach pro Umazza; Irenæum Latinè ſcripſiſſe: Gen. IV, 16. Enos cepiſſe invocare nomen Domini,& Virginem eſſe translatum in Paradiſum: (pro Enos ponitur Enoch, & Enoch Virgo dicitur, qui genuit Mathuſalem filios & filias Gen. V, 22.) אלהים eſſe à ſingulari אל: Damaſcenum vixiſſe ſeculo IV. Sed non eſt, ut in his immorer. Satis exinde conſtat id, quod modò dictum eſt.

(R) Deut. IX, 21. Varia τῶν Targumim lectio eſt: Dn. Buxtorff. legit וְשְׁפֶּרֶת יָתִיהּ in Lexico, voce שפרת eſt וְשְׁפִירַת יָתִיהּ Venetum Bombergii exemplar habet וְשַׁפִּירַת יָתִיהּ qua forma uſus quoque eſt noſter R. Salomoh.

(S) Reſpicit ad pedes reſectos ſerpentis. Aliàs per phraſin habere קומה ſtaturam erectam etiam ſuperbiam notant. Unde in Kidduſchin dicunt fol. XXXI. col. 1. המהלך בקומה זקופה ואפילו ד׳ אמות כאילו דוחק רגלי שכינה דכתיב מלא כל הארץ כבודו i. e. Qui ambulat ſtatura erecta vel quatuor tantùm cubitos, perinde facit, ac ſi depelleret pedes Schechinæ (Majeſtatis divinæ, vide Lex. in שכן) S. D. E. (Eſai. VI, 3.) plena eſt terra gloria ejus. Unde caput demittunt, ne lædant Majeſtatem divinam ſuper ipſos incedentem. Econtra קומה זקופה נוי באשה ſtatura erecta decus in muliere dicitur à R. Salom. Cant. IV, 4.

(T) Báal Hatturim ad h. l. ita: ויקרא את שמה חוה על שם שמחוה וזהו שאמרו י׳ קבין שיחה ירדו לעולם תשעה נטלו נשים: i. e. vocavit nomen ejus Chavvah, quia Mechavve i. e. loquitur (garrula eſt). Et hoc eſt, quod dixerunt: (veteres) Decem Cabi loquacitatis deſcenderunt in Mundum, & novem abſtulerunt Mulieres. Habetur Kidduſch. f. XLIX. 2. ubi plures ejusmodi formulæ eleganter conglomerantur: v. g. Si Decem Cabi Sapientiæ deſcenderunt, IX. abſtulit Terra Iſraëlis, I. reliquus Mundus, IX. Cabos pulchritudinis accepit Hieroſol. I. reliquus Mundus, X. Cabos divitiarum abſtulit Roma, I. Mundus, IX. Cabos paupertatis accepit Babel, IX. Superbiæ Elam, IX. fortitudinis Perſæ, IX. pediculorum Medi, IX. incantationum Ægyptii, IX. plagarum porci, IX. Scortationis Arabia, IX. impudentiæ Miſchan, IX. ni-

Digitized by Google

gredinis Æthyopia, IX. Somni Servi, vide Lex. in קבא Excidiſſet pænè notare ad illud Gen. III, 21. *& fecit Deus illis tunicas* עור *pelliceas*, quod Mythici Ebræorum Theologi Cabbaliſtæ dicunt, differentia inter אור lux (qua homo in integritate ſua veſtitus erat) & עור pellis (qua induerat Deus hominem jam lapſum) notari hominem integrum ſubfuiſſe protectioni & Domino Unius Dei, lapſum vero, ſubditum propter culpam factum LXX. Principibus vel angelis ſuperioribus. א n. I. ע verò LXX. notat. vid. R. Men. B. Iſr. de Fragilit. Hom. fol. XLII.

(V) Per Cherubinos Angelos malignos & nocivos intelligit. Quoniam verò de Cherubinis peculiari Capite in Lectionibus publicis, ex profeſſo egimus, noſtros Auditores eo remittimus.

(X) Tres in generatione hominis concurrere docent in Talmude Cod. Nidda c. III. המפלת (*fol. 31. fac. a. in medio*) Abortiens, ubi ita legimus: תנו רבנן שלשה שותפים יש באדם הקב״ה ואביו ואמו · אביו מזריע הלובן שממנו עצמות וגידים וצפרנים ומוח שבראש ולובן שבעינים · אמו מזרעת אדום שממנו עור ובשר ודם ושערות ושיחור שבעינים · והקב״ה נותן בו רוח נשמה וקלסתר פניו וראית העין ושמיעת האוזן ודבור פה והלוך רגלים ודיעה ובינה והשכל · וכיון שהגיע זמנו להפטר מן העולם׳ הקב״ה נוטל חלקו וחלק אביו ואמו מונח לפניהם: i. e. Tradunt Rabbini, tres (cauſas ſocias) concurrere in homine (generando) Deum, Patrem & Matrem ejus. Pater ſeminat album, ex quo oſſa, cartilagines, ungues, cerebrum in capite, & albumen oculorum. Mater ſeminat rubrum, ex quo cutis, caro, ſanguis, capilli, nigrum in oculis. Deus dat ſpiritum, animam, aſpectum faciei (non קלסתר, quod notat Latrunculatorem, Prætorem &c. vide R. Eliæ Meturgeman) viſum oculi, auditum auris, loquelam oris, ambulationem pedis, ſcientiam, prudentiam & intellectum. Cum autem advenerit tempus migrandi ex hoc mundo, Deus recipit ſuam portionem, portione parentum ipſis relicta. Cæterum, quod R. Salomoh hic intendit, ſcil. τὸ קניתי איש את יי׳ ſignificare: poſſedi Virum (non Dominum, ſed) cum Domino, id refutavimus ex profeſſo Prodrom. contra D. Schiller. fol. 1. ad 26.

(Z) Targum autem elegantiſſimè de pœnitentia exponit hæc verba: Si benè feceris Gen. IV, 7. הלא אם תוטיב עובדך ישתביק לך ואם לא תוטיב עובדך ליום דינא חטאך נטיר דעתיד לאיתפרעא מנך אם לא תתוב ואם תתוב ישתביק לך i. e. Nonnè, ſi benè feceris remittetur tibi, ſi autem non benè feceris, in diem judicii reſervato peccato tuo punieris, niſi egeris pœnitentiam. Si verò reſipueris, remittetur tibi.

(Aa) Quid

(Aa) Quid Cain locutus fuerit ad Abelem Scriptura non exprimit. Targum utrumque & quod Jonathæ tribuitur, & Jeruſchalmi, ait: Cainum (α) dixiſſe fratri: egrediamur in agrum (β) poſtea diſceptaſſe cum illo: non eſſe ſupremum judicium. Priorem formulam etiam vulgata aſſumpſit. Adſcribam verò (quia prolixius eſt Jonathæ Targum) verba Hieroſolymitani: Et dixit Cain Abeli: אתא ונפוק לאפי ברא׳ והוה כד נפקו תרויהון לאפי ברא ענ׳ קין ואמר להבל אחוי לית דין ולית דיין ולית עלם אוחרן׳ ולא למיתן אגר טב לצדיקיא ולא לאתפרע מן רשיעיא: i. e. veni, egrediamur in agrum. Poſtquàm verò egreſſi ambo eſſent, reſpondens Cain dixit Abeli Fratri ſuo: non eſt judicium neque Judex, neque altera vita (poſt hanc) neque præmium juſtis, neque pœna malis. Additur poſtmodum quaſi probationis vice: non fuiſſe acceptum Sacrificium Caini. Id quidem colligunt â poſteriori ex verbis præcedentibus: Si benè egeris oblatio (grata mihi) eſt. De his verò Theologi.

(Bb) Longanimitatem Dei notant, quod nullum pœnitentem peccatorem â ſe rejiciat. Unde alicubi Deum ita peccatoribus loquentem introducunt: *Aperite mihi foramen pœnitentiæ, per quod acus tantum tranſire poſſit, & ego aperiam Vobis portas benevolentiæ, per quas tranſeant ingentia plauſtra.*

(Cc) Vide, quæ huc faciunt, in Gur Arieh fol. XI. col. 3. ubi dicitur: niſi R. Salomonis gloſſa, ex Rabbinis, obtineat, ſenſum eſſe inconcinnum q. d. majorem eſſe iniquitatem, quàm ut remitti ea poſſit. Verba ſunt: אין ראוי לחוטא לומר אל׳ השם שעשה חטא גדול׳ שאי אפשר למחול׳ לו: non convenit, ut peccator dicat ad Deum, ſe commiſiſſe peccatum majus, quam ut condonari poſſit. Taxat igitur & hanc verſionem, quâ B. Luth. uſus eſt. An autem Caini verba deſperationem arguant, Theologorum eſt diſquirere. Nos inpræſentiarum reſpondemus opinioni Gur Arieh, diſtingvendo inter peccatorem pœnitentem & deſperantem. Verba Caini juxta B. Luth. verſionem non conveniunt pœnitenti quidem, ſunt tamen deſperantis. Poterat verò Cain ſcire ex delicto Patris ſui graviſſimo (quod utique remittebatur) etiam hoc peccatum irremiſſibile non eſſe. Gravius peccatum eſt, omnes homines peccato inficere, quàm unum peccatorem interficere.

(Dd) In Schabbas (ad hæc verba R. Salomonis: quæ fuit ad concubitum, bibit poculum ſterilitatis. Nam errore Typi ſignum Dd eſt omiſſum,) ubi fol. CIX. 2. & fol. CX. col. 1. in Gemara כוס עקרים poculum ſterilium, quod ſteriles bibebant contra ſterilitatem. Lege Interpretes. Cæterum, obliti ſumus ſupra annotare ad verba Raſchi Salomonis dicentis:

K 2 non

non ſemper ילד dici de fœmina (ſicuti l. c. Gen. de Irad dicitur) ea obſervanda eſſe contra nebulonem Lipman. Nizz. N. רס״ט ubi videas.

(Ee. Ff & Gg) Evolvat Breſch. Rabba præſertim Sect. XXIII. cui vacat. Res enim non eſt tanti.

(Hh) Legi hîc poteſt Gur Arieh fol. XII. col. 1.

(Ii) Vidend. Rabbos in h. l. Nugæ verò ſunt τὸ עיר notare augmentum pravæ concupiſcentiæ. l. c.

(Kk) Quis natu major, inter filios Noachi fuerit, facilè ex textu apparet, nim. Japhet. Gen. c. X, 21. ita: שם אחי יפת הגדול i. e. Sem frater Japheti majoris. Genuit enim Noah anno ætatis D. Gen. V, 32. non verò Semum (cui natus eſt biennio poſt diluvium i. e. ann. æt. DII. Gen. XI, 10. Arphaxat) neque Chamum (qui Gen. IX, 29. expreſſe vocatur Minor) E. Japhetum. Diſſentit Salianus Annal. V. T. S. I. fol. 142. vide Vindic. Dn. D. Königii Loc. XCII. Gur Arieh fol. XII. col. 3. idem docet: והלא יפת היא הגדול כמו שתוכיח לקמן בפרשת נח אחי יפת הגדול? i. e. Nonne Japhet eſt major? Sicuti etiam oſtenſum eſt in Paraſcha Noah (ubi dicitur Gen. X, 21.) frater Japheti majoris. Michlol Jophi in h. l. fol. m. VI. col. 1. ita: יפת הגדול בשנים וכן פירשו רבותינו ז״ל כי יפת גדול שבאחיו היה בשנים ויש אחרים ביקר וחשיבות i. e. Japhet Major annis dicitur, ſicuti etiam expoſuerunt Doctores noſtri. Alii autem dicunt vocari majorem dignitate.

(Ll) Ab Ebræis ſtatuuntur נולדי מהולים i. e. Nati circumciſi, qui per פריעה ſ. reſectionem membri ſint quaſi denuò circumcidendi. Hoc probare inter alia nituntur ex Gen. XVII, 13. המול ימול circumcidendo circumcidetur, quaſi diceretur, bis circumcidetur. Vide Rabbos in כי תצא fol. CCXCVI. ſeq. ubi dicitur l. c. Gen. intelligi duas circumciſiones. Evolve locum prolixum & dic mihi, quomodo id ad Deut. XXII, 6. de dimittenda matre pullorum, quadret. Confer Jevam. Hieroſol. c. IIX. Lexic. fol. 1174. τὸ המול ימול rei neceſſitatem & certitudinem notare, q. d. omnino circumcidetur, ne ipſi quidem recutiti ignorant, quod ex ſimilibus facilè oſtendi poſſet, ſi foret opus. Cæterum Regula eorum eſt כל שנאמר בו תמים נולד מהול i. e. quicunque dicitur (in ſcriptura) perfectus (תמים) ille eſt natus circumciſus. (in Chaſan Damim fol. 1. col. 3.) v. g. Noah, Abraham, quia, antequam circumcideretur, nondum vocabatur perfectus, poſtquam vero ſe ipſum circumcidiſſet תם perfecti laudem conſecutus eſt. Subtilis illa ratio omnem intellectus aciem mihi perſtringit! Vide in hanc rem noſtrum Raſchi ad Gen. IIX, 11. & Juchaſin fol. VI. col. 1. de Noacho. Quanquam vero nec Judæis patrocinari velim, nec nugæ hæ tanti ſint; lubet tamen

Lo-

Logicæ & Metaphyſicæ cauſam dicere. Eſt, qui in Notis ad Gen. XVII, 13. 14. *ἀνεκδότοις* putat, τὸ נולד מהול *natus circumciſus*, eſſe terminum abſolutè implicantem, quia nemo poſſit pati, antequam exiſtat. Dico (quantum ad terminum) hanc circumciſionem, quæ â nativitate ineſſe â Judæis dicitur, non concipi ab ipſis tanquam fiat per privationem phyſicam præputii præexiſtentis, ſed per non adnaſcentiam præputii, quæ, quomodo implicet, non video. Sicuti Titius poteſt naſci absque quinto digito. Unde non circumciſionem propriè; ſed analogicè tantum dictam putant, quod talis ſit infans כשהוא מהול quaſi eſſet circumciſus ut eſt in Rabbos l. c. initio Sectionis. Puto igitur, etiam contra Judæos cum ratione eſſe diſputandum. Nugæ eorum hac ratione non probantur aut defenduntur.

(Mm) Habetur hoc in Breſchis Rabba Sect. XXVI. fol. XXIX. col. 1. 2. ubi videas.

(Nn) ענקים. De iſtis aliquid dicere lubet. Enakim ab Enak (Ebr. ענק Anak) Viro Gigante, filio Arba, dicuntur, & adeò Gigantes ſunt Joſ. XIV, 15. ענק verò unde derivetur, quæſtio eſt. Quidam â torque, collari, aureo circulo deducunt, ut Enakim ſint, quaſi torquati, quia, inquit in Lexico Schindlerus, torque Viri celebres ornabantur. Ea ratio eſt, ut nonnulli ענק non nomen; ſed cognomen interpretentur, quòd iſti Gigantes torquati inceſſerint. Sicuti Manlius â torque, quem in pugna apud Anjenem Gallo detraxit, Torquatus dictus eſt Romanis. Veteres Rabbini (vide Maaſe Breſchis fol. XLIIX. col. 2. fin.) dictos ita ideò cenſent שמעניקים החמה quoniam ſolem, collaris inſtar, collo ſuo aptarint, i. e. interprete *Gur Arieh*, Solem vertice ſuo attigerint. Adſcribam verba: כ״כ גדולים היו עד שנרא׳ כי החמה מונח כמשא עליהם i. e. tàm proceri fuerunt, ut Sol tanquam onus ipſis incumbere ſit viſus, fol. CLXXV. col. 1. ſive, ut alii exprimunt: Sol ipſis collaris vicem quaſi fuerit. Quod interpretamentum, quum vulgo rideant, juvat paulò poſt diligentius explanare. Dicuntur igitur ab Anak Gigante, â quo Phœnices, quaſi בני ענק dici eruditus potiùs ingenii luſus, quàm demonſtratio eſt illius, qui Delphos Phœnicizantes dedit fol. XXVII. XXIX. ubi videas. An Græcum *ἄναξ* ſimiliter ab ענק deducatur, & propterea non poſſit Regem ſignificare, quòd alioquin Homerus citra *ταυτολογίαν, ὦναξ παιὰν ὁ βασιλεύς* canere non potuiſſet, quod fol. XXV. aſſumitur, Græcorum Philologorum diſquiſitio eſt. Nunc demùm, quod promiſimus, ex Allegorica Judæorum doctrina addendum: eos per VII. nomina illa, quæ Gigantibus Scriptura tribuit (& ſunt 1. Nephilim. 2. Enakim. 3. Raphaim. 4. Zamzummim. 5. Havvæi. 6. Gibborum. 7. Emim.) intelligere Philoſophos in VII. liberalibus Arti-

Digitized by Google

bus exercitatos. Sicuti enim Gigantes ita & Philoſophi ſunt revera אנשי השם Viri nominis ſ. celebres, reliquiſque præſtant. Sic ex veterum ſuorum Doctorum nomine R. Elieſer Aſchkenas in Maaſe Breſchis fol. XLIIX. col. 2. 3. אין ספק בזה לכל משכיל שרבוי השמות יורה על רבוי תוארי' הנקרא בשמות החם כמו שארז"ל ואם כן אלו השבע' שמות שנקראו הם נגד שבע' חכמות i. e. non eſt dubium ul:i intelligenti, multitudinem nominum innuere multitudinem attributorum deſignatam nominibus iſtis, ſicuti Doctores noſtri tradiderunt: unde ea ſeptem nomina reſpiciunt ſeptem Artes. Anakæos ſcil. ajunt ita vocari לא על היותם גבוהי הקומה לבד non, quòd fuerint proceræ ſtaturæ tantum, ſed etiam על גובה חכמתם propter altitudinem (ut ſic loquar) ſ. excellentiam Sapientiæ ipſorum. Quæſtionem: An & cur breviſſimæ ſtaturæ homines ingenio ſæpè proceriores vincant, Philoſophis interea trademus. Hos, porrò, citatus Autor, propterea נפילים Nephilim dictos arbitratur: שנפלו והפילו quòd ceciderint ipſi & cadere fecerint ſc. Mundum, nimirum, quoniam (ut l. c. col. 3. ſubjicitur) ע"י חקירותם במופרת היו מכחישים חידוש העולם עד שלא היו מאמינים שיש דין למעלה ומפניכן נתגדל החמס per ſpecula·iones ſuas negarunt creationem Mundi, adeò ut etiam non crediderint eſſe Judicem ſuperiorem, unde inſecuta eſt violentia (licentioſa vita) quæ poſtmodum Mundum perdidit. Hoc putant innui verbis: Et Nephilim fuerunt in terrâ, vide l. c. plura & confer ea, quæ habet R. Levi initio commentarii ſui in Geneſin. Ut de nominibus iſtis ſpecialius agamus, ſentit idem per ענקים Enakim denotari *Aſtrologos*, quam ob cauſam veteres Rabbini dixerint: שמעניקים השמש בגרגרותם i. e. quòd Solem inſtar Collaris gutturi ſuo aptarint. Ubi vides hoc literaliter intelligendum non eſſe, ut adeò cauſa ſit cautius de Ebræorum dogmatibus loquendi, quod notent illi, qui ea maximè negligunt, quia maximè ignorant, ut loquitur *Gaulmin.* Ep. ad *Joſ. de Voiſin*, ipſius Theologiæ Judaicæ præfixa. Senſus autem hujus dicti eſt, ut Maaſe Breſchis l. c. exponit: Ipſos Sole collum circumdediſſe כלומר בפיהם ובלמודים quia ſcilicet ore ſuo tradiderunt doctrinam de Sole i. e. Aſtronomiam. Et id cauſæ eſt, cur Abrahamum quoque גדול בענקים maximum inter Enakim vocent, nimirum, שאצטגנינות גדולה היתה בלבו quòd maxima ſcientia Aſtronomiæ fuerit in corde ejus. Uno verbo: Enakim Ebræis ſunt iidem, qui nobis Atlantes. רפאים Raphaim verò dicuntur העוסקים ברפואה *Medici*, & ſic de cæteris. Inde nata eſt deſcriptio eruditi סני והרים עוקר Gigas ſcilicet, qui transferre poteſt & evellere Sinai & reliquos montes, quod tetigimus ſupra.

R. ISAA-

R. ISAACI ABARBENELIS

IN

PROPHETIAM HAGGAI COMMENTARIUS

Latinitate donatus.

IN Verbis Haggai invenimus & advertimus prophetias multas, tum ex phraſibus Scripturæ, quæ dicit: *In anno ſecundo Darii &c. fuit verbum Jehova*, & poſtmodum: *Et fuit verbum Jehovæ per manum Haggai*, quod innuit hanc eſſe prophetiam aliam: tum ex ratione temporum, quia dicitur poſtmodum: *In ſeptimo*, item *die vigeſimo quarto menſis noni &c. fuit verbum Jehovæ per manum Haggai*, item pòſt in fine Libri: *& fuit verbum Jehovæ altera vice ad Haggæum vigeſimo quarto menſis.* Apparet igitur ex univerſo hoc: quòd ſint quinque Prophetiæ diſtinctæ. Verum cum omnes (Prophetiæ) ſint breves admodum, & præterea expoſitio (ſenſus) in omnibus eadem nimirum ædificium Domus Jehovæ; quapropter judicavi conjungendas eas omnes eſſe in Prôphetiam unam, tùm ratione Commentarii, tùm quæſtionum. Sunt verò in ea [Prophetia] ſeptem Paraſchæ. *I. Anno ſecundo Darii* [c. I, 1.] *II. Et fuit verbum Jehovæ per manum Haggai* [v. 3.] *III. Sic dicit Jehova Exercituum adhibete animum veſtrum* [v. 7.] *IV. Et audivit Zerubabel* [v. 12.] *V. Die vigeſimo quarto menſis ſexti* [v. 15.] *VI. Sic ait Jehova Exercituum: adhuc modicum eſt.* [c. II, 6,] *VII. Et factum eſt verbum Jehovæ alterâ vice ad Haggæum.* [v. 20. Animadverti autem quæri poſſe hîc ſex Quæſtiones.

Quæſtio I. Cur dixerint Rabbini noſtri f. r. quòd in Templo ſecùndo non permanſerit prophetia. Nonnè enim vidimus, quòd Haggæus ibi (ſub Templo ſecundo) prophetaverit omnes prophetias, quæ ſcriptæ ſunt

in

Digitized by Google

in libro hoc, ſicuti etiam Zacharias & Malachias? & in libro Eſræ dicitur: [c. V, 1.] *prophetavit Haggæus & Zacharia filius Hiddonis propheta ſuper Iſrael, qui erant in Judæa & Jeroſolymis: nomine Jehovæ ſuper illis. Tunc ſurrexerunt, &c.* quòd (hîc) meminit tantùm Haggæi & Zachariæ, ideò (fit) quia ambo hi prophetarunt de ædificatione Templi. Non autem meminit Malachiæ, propterea, quia non prophetavit quidquam de ædificatione illius. Si itaque fuerunt tempore Templi ſecundi tres Prophetæ, quomodo dixerunt Rabbini noſtri f. m. quòd defecerit Prophetia in Templo ſecundo?

Quæſt. II. Si verum eſt, quòd S. Bened. tranſtulerit gloriam ſuam (שכינתו) ab Iſraele in Vaſtatione Templi primi, & non voluerit illam iterum demittere illis ibi, & quod non permanſerit Prophetia ejus, neque Urim & Thummim, neque Spiritus S. neque arca, propitiatorium, Cherubim aut ignis de cœlo, quæ ſunt quinque illa, quæ defecerunt in Templo ſecundo, ſicuti traditur in Maſſeches Jomâ (*a*) propterea quod non fuerit redemptio perfecta, neque ædificium divinum in ſanctitate digna illi [Schechinæ.] Si inquam ita eſt: cur (Deus) præcepit ſtructuram Templi ſecundi, & miſit propterea Prophetas ſuos & nuncios inde à diluculo (manicando & mittendo 2. Paral. XXXVI, 15.) Si poſtmodum non fuit aliud quam ſanctuarium parvum, ſicuti aliqua ſynagogarum, quæ in exilio quoque fuerunt v. g. Bitheria aut Alexandria, aut alia præter has, ad quas non venit Prophetia?

Quæſt. III. In ſectione (quæ incipit:) *adhuc modicum eſt, quando ego commovens cælos & terram* [c. II, 6.] *&c. Tum commovebo omnes gentes & veniet deſiderium gentium &c. Implebo domum hanc gloria &c. mihi argentum & mihi aurum &c.* Si omnia hæc dicuntur, de Templo ſecundo, ſicuti exponunt Interpretes omnes: qualis eſt commotio quæ futura eſt in Domo ſecunda poſtquam ædificatum eſt Templum? ut dixerit: *Et ego commovebo cælum & Terram?* Nam ecce commotio, cujus meminit Joſeph Gorionides, contigit temporibus Herodis paulo ante devaſtationem Templi, & non tempore exſtructionis ejus in diebus Zorobabelis. Quid, quòd declaret Scriptura, non fuiſſe commotionem in terra, ſed inter gentes in bellis illarum, ſicuti etiam dixit: *& commoturus ſum omnes gentes,* quod nondum impletum eſt. Et, quomodo porrò impletum ſit illud: *& veniet deſiderium gentium, & implebo domum iſtam gloria?* ecce enim non congregatæ ſunt gentes in Hieroſolymis tempore Templi ſecundi, ad colendum Deum, ſed ad devaſtandum domum ejus? & quan-

(*a*) fol. 21. facie 2.

& quando venit deſiderium earum? & quomodo impletum eſt illud: *mihi argentum & mihi aurum*? nam certè in Templo ſecundo non fuerunt divitiæ ullæ, neque inter Judæos, neque in Domo Domini. Quòd verò contigit, ut Herodes ditatus ſit (nil refert, nam) ecce in quavis generatione & populo ſunt divites aliqui, quantò magis in Regibus?

Quæſtio IV. oritur, dum dicit: *Major erit gloria Domus hujus poſterioris præ prioris:* quomodo enim poſſibile eſt, ut Templum, quod exſtruxit Zerubabel juxta menſuram, quam dedit ipſis Rex Perſiæ, fuerit magis glorioſum, quàm Templum, quod ædificavit Salomoh? Porrò autem, quod dicitur, ædificium, quod fecit Herodes, fuiſſe pulchrum, & dives valdè, non ideò dignum eſt, ut habeatur æquale, quoad pulchritudinem, Templo, quod erexit Salomoh. Quod enim Doctores noſtri f. m. meminerunt de gloria & præſtantia Templi Herodiani, intelligendum eſt comparatione ad Templum Zerubabelicum. Quid? quod ſcriptura non dicat: *major erit pulchritudo domus hujus aut opulentia domus hujus poſterioris præ prioris:* Sed dixit: *gloria.* Gloria vero non eſt opulentia aut pulchritudo, neque etiam longa duratio ædificii. Sicuti dixerunt in myſticis expoſitionibus ſuis: quòd Gloria reverà dicatur de Gloria Jehovæ, quæ implevit Tabernaculum poſtquam extructum erat, & de Gloria Jehovæ, quæ implevit domum Domini, quam ædificavit Salomoh, poſtquam adduxit Arcam in Templum, ſanctum ſanctorum, quæ (gloria) fuit nubes divina, & Lumen ſupernum, quod deſcendebat inde in oculis univerſi populi, ſicuti dicitur de Salomone: *& fuit, dum egrederentur ſacerdotes é Sanctuario, nubes implevit Domum Jehovæ & non potuerunt Sacerdotes ſtare, ut miniſtrarent propter nubem, quoniam gloria Dei impleret domum DEI.* (1. Reg. IIX, 10.) Sed hæc gloria non fuit in Templo ſecundo, neque ex parte neque ex toto. Quomodo igitur dicitur, ſi ita eſt, *major erit gloria domus hujus poſterioris præ prioris?* Porrò, quod ראשון & אחרון non dicitur ullo modo de duobus tantùm ſed dicitur de iis ושני אחר Nam ראשון & אחרון non quadrant niſi ad numerum ternarium, aut ſeqq. propterea enim in diebus creationis dicitur: יום אחר non verò יום ראשון.

Quæſt. V. Quod dicit: *& in loco iſto dabo pacem* (Hagg. II, 9.) *ait Jehova Exercituum &c.* id ſanè non impletum eſt in domo ſecunda: non tempore ædificationis, quoniam anguſtiatores Jehudæ fuerunt vicini eorum mali, pugnantes continuo cum illis, ſicuti dicitur in Eſra: (Nehem. c. IV, v. 16.) *erat inde ab eo die pars puerorum meorum agens*

L *in*

in opere, pars verò eorum tenens cum ſpiculis ſcuta, & arcus & loricas &c. Neque etiam temporibus Græcorum, tunc enim contigit omne Bellum cum Haſmoneis, cum Regibus Græciæ & ducibus eorum. Neque (tandem) tempore Templi Herodiani, quia ſubinde erat quilibet contra proximum ſuum ad vaſtandum, interficiendum & perdendum. Sicuti etiam cum Populis circumjacentibus & cum Romanis jugiter erant in Bello (armis) uſque dum *defecerint & conſumpti ſint à terroribus.* (Pſ. LXXIII. 19.) Sed quando impletum eſt (quæsò) ſi ita eſt (quod dicitur) *in loco iſto dabo pacem, in Templo ſecundo?*

Quæſt. VI. In Prophetia poſteriori, quod dicit Haggæus ad Zerubbabelem nomine Jehovæ Exercituum: *Ego commovebo cœlum & terram, & evertam ſolium Regnorum, & perdam firmitatem Regnorum ipſarum Gentium &c.* (c. II, 22.) *item: in die iſto dicit Dn. Zebaoth, aſſumam te Zerubbabel fili Sealthiel, Serve mi, dictum Jehova, ponamque te ut annulum ſignatorium, quia te elegi.* (v. 23.) Neque enim novi quando impleta ſit Prophetia hæc, neque à nobis exponi poteſt de everſione Regni Babylonici, quia hoc jam antè præteriit: Haggæus enim non prophetavit niſi anno ſecundo Darii. Et qualis eſt illa commotio? Si hæc eſt, quæ contigit tempore Zerubbabelis, dum evertebantur Regna gentium, dum aſcendere fecerat ipſum in magnitudinem; annè fuerunt bella Regum Perſiæ? ſicut ſcripſit Raſchi & Radak. Ecce toto tempore Zerubbabelis ſederunt Reges Perſiæ in gloriâ ſuper thronum ſuum. Quid? quod Zerubbabel non relictus fuerit Jeroſolymis, neque regnaverit inibi, neque ipſe, neque quiſquam de ſemine ejus, cum ſtatim ac ædificavit Templum, reverſus Babelem, ibi mortuus fuerit, ſicuti ſcripſit Joſeph Gorionides. Quomodo igitur, ſi ita eſt, accepit ipſum Deus, & poſuit ipſum ut annulum ſignatorium, & elegit ipſum, quaſi regem conſtituerit ſuper filios Jehudæ? Et valdé miratus ſum interpretes cur tranſierint hoc. Ecce autem ego interpretabor (has) Scripturas eo modo, ut ſolvantur dubia omnia.

Intentio generalis Prophetiarum Libri hujus hæc eſt: ſignificare in primâ, Populo, ut revertantur (*l. qui reverſi erant*) Jeroſolymas Babele, quoniam fuerunt (*l. cum eſſent*) ſegnes in ædificio domus Jehovæ, dum putârunt, quòd nondum advenerit tempus ædificandi illud, propterea quia ipſis videretur, quaſi præceperint Reges Perſiæ intermittere ædificium; quod non ita erat, (*eſſet*) & quod jam antè advenerit tempus ædificandi. In prophetia autem iſta arguit eos propter pigritiam ſuam

in

in ædificando, dum jubet (quæ erat viſitatio una) *(l. dum dicit, quod primum ſtudium ſit,)* ædificare domus eorum (ſuas) in Jeruſalem & terra Jehuda, & ædificare domum Jehovæ; poſtquàm verò ædificarunt domus ſuas, cur debeat eſſe domus Jehovæ deſolata? Probat autem rem ab experientia, quòd non proſperentur in operibus ſuis, propterea, quod ſit Domus Jehovæ deſolata inter ipſos. Et quod ideò auſcultaverit Zerubbabel & Joſua ſacerdos magnus, & reliquum populi ad faciendum opus. Item propterea, quòd fuerint inter ipſos parvifacientes & deſpicientes ædificationem Templi, cum fuerit ſicut nihil in oculis eorum, in comparatione ad domum priorem, quam ædificavit Schlomo: propterea locutus eſt Propheta ad cor eorum, ut non ceſſent ab ædificatione hâc de cauſa, quoniam obſervatio præcepti divini ſit fundamentum, non pulchritudo ædificii aut opulentia ejusdem. Significat autem ipſis præterea (juxta opinionem meam) etiam Domum hanc, quam ædificaturi ſint, in exiguitate ſua, non duraturam eſſe, quoniam veniet poſt eam motus belli & corruptio: Sed poſtmodum ædificatum iri Domum tertiam, & impleturum Jehovam illam domum gloria ſua, & divitiis ſuis, & gloriam ejus majorem futuram præ domus primæ quam extruxit Schlomo. Porrò quod in diebus Templi tertii illius futura ſit pax in univerſo mundo, quale non continget in domo hac. Item admonet eos in Prophetia altera de negotio purificationis, quam oporteat eſſe in ædificatione eorum, & ne cogitarent, altare, quod ſit inter ipſos, & ſuper quo offerant Holocauſta & ſacrificia, ſufficere ad cultum eorum, aut ad benedictionem omnis proventus eorum per ſe ipſum, ſicuti futurum eſſet cum ſtructurâ Domus, quam fundarent & inciperent ædificare, & quod e veſtigio viſuri ſint experientiam benedictionis divinæ in omni opere manuum ipſorum. In ultimâ vero Prophetia ſignificat Zerubbabeli, & quidem in ſpecie, ſecundum opinionem meam, quòd ipſe non ſit regnaturus in Templo ſecundo, neque quiſquam de ſemine ejus: Sed quòd in poſtremis diebus everſurus ſit Jehova & perditurus ſolium Regni Gentilium, quatuor Monarchiarum, & redempturus ſit populum ſuum, regnare faciens in medio illius aliquem de ſemine Zerubbabelis: & hæc omnia adhuc futura ſunt. Ecce Tibi ſic cohærent quinque prophetiæ, quæ habentur in Haggæo, eo modo planè quo recenſentur in hoc libro.

In anno ſecundo Darii Regis &c. Uſque ad verba: & fuit verbum Jehovæ per Haggæum Prophetam (c. 1. v. 3.

In Prophetiis Zachariæ dabo rationem determinationis anni & menſis, quam fecit in Prophetiis ſuis, & cur non etiam ſic fecerint reliqui Prophetæ. Nunc verò convenit te ſcire initio omnium rerum, quòd filii Judæ exulaverint de Terra ſua, propter peccatum idololatriæ, revelationis nuditatis, effuſionis ſanguinum, quod contigit inter ipſos, item propter peccatum profanationis Sabbathorum, & perverſitatum judicii, propter injurias (violentiam) furtaque, quæ fuerunt Jeroſolymis, & præter hæc omnia propter iniquitatem dimiſſionis, (*a*) quia non obſervaverunt Iſraëlitæ. Et ecce in exilium iverunt Babelem, propter dimiſſionem & abductionem, quia non obſervarunt, (*Vel: Ecce exularunt Babelem ſecundum numerum annorum dimiſſionis & Jubilæi quos non obſervarunt*] propterea enim Septuaginta annos fuerunt in exilio Babelico, at verò poſt illos LXX. annos voluit Sanctus Benedictus viſitare populum ſuum, & educere ipſum ex exilio & reducere Jeroſolymas. Id quòd erat in finem laudatum (i. e. exitum bonum) nimirum ad dandum ipſis locum, quo reverterentur cum pœnitentia, & orarent ad ipſum, ut propter preces & pœnitentium eorum remittat iniquitates eorum, & extendat (*r. habitare faciat*) majeſtatem ſuam (שכינתו) in medio eorum, & ut reverterentur filii ad terminos fratrum ſuorum, qui fuerunt depulſi & diſperſi in exilia. Nam quoniam non fuerat viſitatio Babelica redemptio perfecta, indiguerunt hoc medio, ut diſponeretur cor eorum reverti ad Deum ſuum, id eſt ſcil. ut increparet ad gratioſos eos reddendos, & gratioſos redderet ad miſerendum illis, & eſſet ipſis hæc præparatio magna, ut ſint iterum in terra, ædificent domum Domini & colant eum ibi, quod non ita futurum eſſet, quamdiu ſint extra terram (ſanctam.) Id quod etiam jam antè expoſuit Jeremias Propheta ſuper quo pax, hunc revera finem eſſe viſitationis Babelicæ, dum dicit: (c. XXIX, 10.) *Sic ait Jehova: nam ubi implebuntur Babyloniæ ſeptuaginta anni, viſitabo Vos, & præſtabo Vobis verbum meum illud optimum reducendo Vos in locum hunc.* Non enim eſt dubium, quin dixerit hoc de viſitatione Babylonica. Nam ſanè ex eo, quod dicit poſtea (v. 11. 12.) *cum ego agnovero cogitationes, quas ego cogito de Vobis, dictum Jehova, cogitationes pacis non autem adverſitatis, dandum vobis finem expectatiſſimum, cùm invocaveritis me &c.* & reliquis verſibus, qui ſequuntur, clarum eſt & manifeſtum hoc, quòd non dicta ſint de viſitatione Babylonicâ (alia de cauſa) niſi ad ſignifi-

(*b*) *de anno dimiſſionis, quo agri non colebantur, & debita condonabantur Ex. XXIII, 10. 11. & Deut. XV, 1. 2. 3. Confer. Leuſd. Phil. Hebræo-Mixt. Diſſ. XLI. p. m. 287.*

gnificandum, non eſſe Viſitationem Babylonicam intentum eſſentiale (principale) ſed, ut ipſi præparentur & diſponantur ad convertendum ſe ad Deum ſuum, ut congreget exules eorum, qui non reverſi fuerunt ad Domum ſecundam. Et hæ ſunt illæ cogitationes, de quibus dixit, quòd cogitaverit de ipſis ad pacem non ad adverſitatem, & ad dandum ipſis finem expectatiſſimum, nimirum Redemptionem perfectam, futuram poſt indignationem. Propterea ait: (Jer. XXIX, 12.) *cum invocaveritis me ut abeatis, cum oraveritis ad me.* Vult dicere, quòd poſt illam Viſitationem Babylonicam exiſtentes in Jeruſalem Loco precationis & portâ cœlorum invocaturi ſint illum, & oraturi ad illum. Non autem hoc eſt relatio tantum (quid ſcil. futurum ſit) ſed præceptum, quòd facere debeant ita: & teſtatur illis (promittit) quòd ille ſit exauditurus eos & tunc averſurus captivitatem eorum, eoſque congregaturus ex omnibus populis, & locis, quò depulſi ſunt. Non enim poteſt exponi hoc de Viſitatione Babylonica, quæ jam facta eſt; ſed de eo, quod futurum eſt poſtea, in reditu decem tribuum & filiorum Jehuda, qui diſperſi ſunt in reliquas provincias, quòd propter illam orationem & clamorem quem ediderunt Jeroſolymis *illi* redeuntes ex Babylonia in viſitatione ſua averſurus ſit Deus benedictus captivitatem eorum & congregaturus eos univerſos in terram ſanctam. Ecce clarum eſt, in hoc (ſitum eſſe) finem Viſitationis exilii Babylonici. Et ob perfectionem præparationis eorum ad precandum & clamandum voluit Deus Sanctus benedictus ut extruant Templum. Sed hactenus non fuerunt in Babylonia, niſi propemodum quinquaginta & duos annos, ſicuti dixerunt ſapientes f. m. uſque dum excitavit Dominus Spiritum Cores (Cyri) ad dandum ipſis licentiam adſcendendi Jeroſolymam. Cyrus verò non regnavit niſi tres annos nonplenos: (*a*) aſt in principio Regni Ahasveri ſcripſerunt interdictum, & ceſſavit ædificatio quatuordecim annos regni Ahaſveri & uſque ad annum ſecundum filii ejus, qui fuit filius Estheræ Reginæ, ſicut memorarunt Sapientes f. m. in Medraſch Vajikra Rabba (vide quoque R. Salom. h. l.) quòd ille dederit ipſis conſilio ipſius (Eſtheræ) poteſtatem & auxilium perficiendi ſtructuram Templi. Et propterea quoniam filii Judæ deſperaverunt de ædificio Domûs, quia viderant, quòd impediverint hoſtes Judæ ſtructuram annis multis; coactus fuit Dominus benedictus dare ſpiritum ſuum ſuper Haggæum pro-

 phe-

(*a*) *Vid. Seder Olam Rabba cap. XXIX, p. edit. Meyer. 86.*

phetam, qui fuit in Jeruſalem. Ignoramus autem, ex qua tribu fuerit, quòd prophetaverit ad aſcendentes ex captivitate & confortaverit cor eorum, ut operam darent ædificio Templi. Zachariæ verò prophetia neceſſaria eſt partim ad ſignificandum, quid futurum ſit in diebus Templi cum præfectura Regnorum, partim etiam ad informandum aſcendentes ex captivitate in negotiis Templi & ſtructuræ ejus; & ad prophetandum contra eos, quod non voluerint aſcendere ex Babylonia Jeroſolymam, ſicut clarum eſt in prophetiis ejus. Ita Malachiæ neceſſaria erat Prophetia, ad caſtigandum aſcendentes ex Babylonia circa mulieres peregrinas, & ad prophetandum de eo, quid futurum ſit in ultimis diebus, prout etiam clarum eſt. Quod ſi ita eſt, prophetarunt tres Viri iſti, Haggæus, Zacharias, Malachias, ut docerent populum aſcendentem ex Babylonia, Viam Domini, quo ædificent Templum quamvis videant non reſtitutum iri in iſto Prophetiam, Arcam & reliquas res ſanctas. Et propterea facta eſt prophetia Prophetarum iſtorum Haggæi, Zachariæ & Malachiæ tamdiu donec perfectum fuerit ædificium Templi; inde autem porro non amplius (erat) Propheta, juxta ſententiam Doctorum f.m. ſicuti etiam ſcripſit Raſchi in commentario ſuo ad Maſſeches Joma (c. 1.) quòd prophetia ceſſarit in Templo ſecundo poſtquam abſolutum fuiſſet ædificium, & Autor Libri Coſri ſcripſit (Part. III. n. 39. (*a*)) quòd durarit prophetia inter Viros Templi ſecundi quadraginta annos poſtquam aſcenderunt ex Babel, quod coincidit cum eo, quod ſcripſit Raſchi (ad h. l.) ſenſus autem eſt: id quod prophetarunt Haggæus, Zacharias, & Malachias contigiſſe antequam abſolveretur ſtructura, aut circa eam, quandoquidem Prophetia eorum de ædificio Templi fuit tota ad illum finem, quem memoravi, i. e. ad dirigendum populum, ad quem ſpectat viſitatio, quo deprecentur coram Jehova, & clament ad eum, ut avertat captivitatem eorum & reſtituat gloriam ſuam ipſis, prophetiam & reliquas res ſacras, quæ fuerunt inter ipſos ab antiquo. Filii verò Judæ non fecerunt ita, ſed ulterius peccarunt, nec reverſi ſunt ad Deum ſuum, neque oraverunt ad ipſum: propterea non fuerunt digni, ut permaneret gloria Dei inter ipſos, aut influxus Prophetalis, aut Spiritus Sanctus. Unde reliquæ res ſacræ non redierunt in Eccleſiam eorum, neque (digni fuerunt) ut congregarentur fratres eorum exules. Ecce manifeſta ſunt ex hoc neceſſitas & finis Viſitationis Babylonicæ, & objectum Prophetarum, qui fuerunt in Templo ſecundo: quo ipſo ſolutæ ſunt duæ quæſtiones priores, quæ movi ex his. Et vides (quoque) quòd

(*a*) *edit. Buxtorf. p. 215.*

quòd obtigerint Haggæo, eo modo ut narratum eſt, in libro ſuo hoc, quinque Prophetiæ, quæ omnes evenerunt in anno ſecundo Darii Regis Perſiæ, filii Ahaſveri & Eſtheræ, intra quatuor menſes, à ſexto & ſeptimo uſque ad nonum, neque enim prophetavit Haggæus amplius. Eſt autem prophetia prima, quæ dicta eſt ad Zerubbabelem *filium Schealthibis, ducem Jehudæ, quæ attingit tunc ædificationis domus Domini, & ideo fuit fundamentum hujus ſermonis ad Serubbabelem & Jehoſuam directum.* Propterea dixit textus: *per manum Haggæi ad Zerubbabelem, &c.* (c. I, v. v. 1.) ad ſignificandum, quod ad Zerubbabelem pertinuerit fundamentum ſermonis. Quod autem dictum eſt illi: In manu Haggæi, neceſſe eſt, ut intelligatur ex reliquis locis ubi dicitur ſimiliter: *In manu Haggæi.* Jam dudum autem ſcripſerunt interpretes, quòd non fuerit Zerubbabel filius Sealthielis ſed filius Padiæ, Padiam verò fuiſſe filium Sealthielis ſicuti dicitur in Paralipomenis (1. Par. III, 18. ſeq.) Forte fuit Sealthiel Avus Zerubbabelis magis honoratus quàm Padia Pater ejus: aut Zerubbabel educatus eſt in gremio Sealthielis Avi ſui & propterea conjungitur (in geneologia) ipſi. Quomodo enim fuiſſent liberi Michal filiæ Saul, cum fuerit ἄτεκνος, (2. Sam. III, 23.) ſed tum educavit eos, & (propterea) attribuuntur ipſi. Ecce verò vocat Zerubbabelem Principem Judæ, & intelligit, Dominatorem aut moderatorem, propterea quia fuit Jeruſalem ſubjugata & ſubjecta Regibus Perſiæ. Quomodo enim nominaret Zerubbabelem Regem, qui non regnavit in Jeruſalem, ſed, cum fuerit ex ſemine Regio, (nominat) Ducem, Principem, moderatorem. Sic Jehoſua (vocatur) filius Jehozadak: Sacerdotis magni. Antea enim memoratum eſt in Paralipomenis, quòd Jehozadak fuerit ſacerdos magnus in diebus Zedekiæ Regis Judæ, poſtquam combuſtum eſt Templum Domini, & abiit, cum in exilium iret Domus Jehovæ cum Jehuda & Jeruſalem in manu Nebucad Nezaris. Propterea hæreditate accepit Jehoſua filius ejus excellentiam ejus (ſacerdotii) cum aſcenderent filii Judæ ex captivitate Babylonica & poſt Jehoſuam adminiſtravit Iddo filius ejus, ſicuti ſcriptum eſt in Libro Eſra. Et propter hanc rationem non adminiſtravit Eſra ſacerdotium magnum, quia excellentia hæc tranſierat à Patre ad filium. Hæc autem Prophetia prima, quæ venit in Haggæo indubiè penes me (mea opinione) facta eſt antequam dederat Darius licentiam ædificandi Domum. Propterea enim dicit: (c. I, 2.) *Populus hic dicit, nondum tempus venit, tempus eſt, inquam, Domum Domini ædificari,* ſenſus eſt: Populus hic dixit: tempus non venit, i.e. adhuc nondum venit, neque appropinquavit tempus ſtructuræ Domus. Sed non eſt ita ut dicunt, quia *tempus eſt Domum Domini ædificandi* i. e. tem-

pus

pus hoc aptum eſt ad ædificandum Domum Domini. Dixit autem hoc ad indicandum ipſis, quòd tempus ædificii non ſit niſi poſt complementum ſeptuaginta annorum. Ecce enim præceptum Cyri factum eſt in complemento Regni Babylonici ſeptuageſimo anno, & propterea viſitati ſunt tunc ad aſcendendum: ſed ſtructura Templi dependet ab excidio Jeroſolymitano, & conſummata eſt ſeptuageſimo anno, in anno ſecundo Darii. Et ideò intentio eſt prophetiæ hujus primæ ſignificare ipſis, quod tempus ſit Domum Domini ædificandi, quoniam jam dum advenerit tempus matutinum (oportunum) ædificari Domum Jehovæ.

Et fuit verbum Jehovæ in manu Haggai Prophetæ (c. I, v. 3.) uſque eò: *In ſeptimo in vigeſimo primo* (die) *menſis.* (c. II, v. 1.) Hæc eſt Prophetia ſecunda, quæ venit in Haggæo dicendo ad populum: cur fuerint ſegnes in ſtructura Domus & timeant ſibi ab inimicis Judæ. *Nam tempus vobis eſt ſedendi in domibus veſtris contabulatis & domus hæc vaſtata eſt;* (c. I, v. 4.) & vox העת eſt interrogativa, quaſi diceret: Num videtur in oculis Veſtris, quod ſit tempus ædificari Vobis domus contabulatas, quas feciſtis vobis? i. e. tectas tabulis cedrinis ſicut dicitur (1. Reg. VI, 9.) & texit domum (Jer. XXII, 14.) tectam cedro, & num inveniſtis Vobis tempus & terminum oportunum ædificari Vobis Domus tabulatas, quomodo (quæſo) non erit (multo magis) potiùs tempus ædificandi Domum Jehovæ, cum Domus illa, quæ eſt Domus Dei, ſit vaſtata, & vos dicitis, quòd non ſit tempus ædificandi? Et quanquam reſponſuri ſitis quocunque modo, tamen etiam ex reſponſo ſecundum verba veſtra relinquetur probatio (mea) & refutatio (veſtræ ſententiæ.) Prophetat autem ab experientia (v. 5.) *adhibete animum veſtrum ad vias veſtras & opera veſtra:* nam eventus arguit (*vel docebit*) vos, quod opera veſtra mala, & quod non ſit benedictio Domini in negotiis veſtris, nam ecce (v. 6.) *ſeritis multum & infertis parum* i. e. in domum, cum tamen inverſa ſit conſuetudo mundi. Homo enim ſeminat parum & metit & infert in Domum multo plus quam ſeminavit, cur autem id fiat non attenditis, nimirum propter iniquitatem, quòd Domus hæc veſtra (jacet). Porrò: omne id quod fertis Domum, eſt maledictio. Nam (v. 6.) *Si comeditis non ſaturamini, & ſi bibitis, nec tamen affatim.* i. e. non poteſt quiſquam inebriari eo, propterea, quia etiam in vino permanet maledictio ut non det virtutem ſuam. Ita veſtimentum non eſt ad ſufficientiam, ad calefaciendum corpus, quamvis etiam ex lana fuerit, quæ alias calida eſt. Et hoc eſt quod dicit: (l. c.) *induimini, ſed nemo, ut ſit calor ipſi. Et ei qui mercedem reportat* (l. c.) id eſt: viro, qui mercedem

mere-

meretur, vel ipſe, vel jumentum ejus, etiam ipſa merces erit ipſi in maledictionem, ſicuti ſi daret pecuniam ſuam in veſtimentum undique lacetum, nam malè parta malè dilabuntur, & non relinquitur quicquam. Hoc eſt quod dicit: (l. c.) *qui mercedem reportat ſibi, mercedem reportat in loculum perforatum.* At verò virum ſapientem decet, advertere animum ſuum ad vias ſuas. Sed cur Vos non facitis ita? Raſchi exponit hæc verba: *ſeminatis multum & infertis parum,* de peccato primogeniturarum, (*primitiarum*) quæ ceſſarunt: *Editis & non ad ſaturitatem,* propter Minchas & panes propoſitionis, quæ ceſſarunt: *Bibitis & non ad ebrietatem,* propterea quia ceſſarunt libamina. *Induimini & nemo caleſit,* quia ceſſarunt veſtimenta ſacerdotii. Et in Medraſch Tanchuma idem eſt. Ecce autem, dicit binis vicibus: *Sic dicit Dominus exercituum: ponite animum veſtrum ad vias veſtras,* ideò, quia initio prophetiæ hujus præcepit ipſis: *ponite animum veſtrum ad vias veſtras,* ut attenderent in viſione adhærente omni operi manuum ſuarum (i. e. ut animo volverent omnia opera ſua). Poſtquam autem dixit ipſis hoc, præcepit iis: Ut ponant animum ſuum ad vias ſuas, ut rectificent eas, idque his verbis: *Ut aſcendant in montem, & afferant ligna, & ædificent Domum.* Obteſtatur verò ipſos, quòd licet futura ſit Domus parva, & abſque divitiis, tamen acceptam fore Domino, & illum glorificatum iri ibi (v. 8.) Non enim gloria pendet ſemper à divitiis, ſed in intentione bona cultoris boni & veri. Doctores noſtri ſ. m. exponunt propter He deficiens in voce ואכבד, quòd illud innuat quinque res, quæ fuerunt in ſanctuario primo, & non fuerunt in ſanctuario ſecundo, ſicuti eſt in Maſſeches Joma, (c. I. fol. 21. *fac. 2.*) Arcam, Urim & Tummim, Ignem de cœlo, Schechina, & Spiritum Sanctum. Ecce enim Arcam abſcondidit Joaſiah, aut Jeremias Propheta, Urim verò & Tummim defecerunt, ideò, quoniam licet fuerunt ibi quinque veſtes, non interrogarunt Urim & Tummim, quæ erant in Pectorali, quia non amplius reſpondebant, & hoc eſt ſicuti ſcripſit Doctor Magnus Majemonides in libro Afoda: (NB. Sic autem habent verba Rambami in Jad. L. IIX. S. Afodah Hilch. Bes Habbecchira c. IV. §. I. fol. CLXXI. col. a. אורים ותומים שהיו בבית שני לא היו משיבין ברוח הקדש ולא היו נשאלין בהן i. e. Urim & Tummim, quæ erant in Templo ſecundo neque reſponderunt per Spiritum Sanctum, neque conſulebantur ampliùs. Vide omninò Ceſeph Miſchne ad h. l.) Et ſanè quòd Ignem attinet, verum eſt, quod ſc. tempore Templi ſecundi invenerint Ignem, qui fuit abſconditus ſub terra. Et fuit (hoc ab ipſis dictum)

nomine ſuo (*a*) Sed non repugnat Verbis eorum (Doctorum noſtrorum) f. m. Ecce (enim) quamvis fuerit ibi de ipſo igne, qui erat ſuper altari in tempore Templi primi, qui abſconditus erat, fuerat tamen (etiam) conveniens in ſtructura Templi, ut deſcenderet ignis de cœlo in oculis univerſi populi in dedicatione altaris. Nam ecce in Templo quod fecerat Salomoh, quamvis fuerit ignis ſuper altari aſcensûs, quod fecit Moſes, nil tamen prohibuit, quo minus (etiam) deſcenderit (ſimul) ignis de cœlo in dedicatione altaris illius, quod fecerat Salomo, nam hæc (eſt) ſanctificatio ſuperna altaris. Sic etiam potuiſſet fieri, ut deſcenderit ignis in Templo ſecundo in dedicatione altaris, quod fecerunt ibi. Sed quoniam non deſcendit ibi ignis de cœlo, probantur verba Sapientum f. m. cum dicunt: quòd defecerit ignis i. e. ignis deſcendens de cœlo coram univerſo populo. Poſuerunt autem ejus loco iſtum ignem, quem invenerunt abſconditum ſecundum verba Joſephi. Schechina (שכינה) verò eſt Nubes gloriæ quæ implevit Tabernaculum, poſtquam erectum erat, & quæ implevit Sanctum Sanctorum, poſtquam introduxit in illud Salomoh Arcam. Spiritus autem Sanctus erat ſecundum opinionem Doctoris Perplexorum (P. II. c. XLV. in gradu ſecundo Prophetiæ, quem vult rationem eſſe, cur illi Libri vocentur כתובים ſ. Hagiographi. Lege porrò commentatorem h. l. R. Schemtof. fol. CXXI, b.) illa virtus Divina, quæ conceſſa erat Davidi & Salomoni ad loquendum Verba Canticorum & Carminum, & verba ſapientiæ ſuperioris: Sed ſecundum opinionem Cabbaliſtarum fuit una de ſpeciebus Prophetiæ. Ecce autem nulla harum rerum fuit in Domo ſecunda (vide Ceſeph Miſchne ſupra cit. loco.) Et ſanè dignum eſt ſcire (ſciendum autem etiam eſt) quòd non tantum illæ res defecerint ibi, verum etiam Candelabrum (aureum) & Menſa, etiam omnia Vaſa tabernaculi, cortinæ ejus (aulæa) & aſſeres ejus & reliqua, quæ fecit Moſes in deſerto, vaſculum Mannæ, Virga Aaronis, & oleum unctionis. Omnia hæc abſcondita erant, nec redibant in Templo ſecundo, & fuit in ipſis ſanctitas admirabilis. Quod factum eſt propterea, quia Vaſis Tabernaculi, quæ fecerat Moſes, Iſraëli non erat licitum uti dum erant in captivitate, ſed tantum, cum eſſet Iſraël univerſus in terra ſua. Cum verò Tribus fuerint maximam ſui partem in Exilio, quæ non reverſæ ſunt (Jeroſolymam in Viſitatione, non fuit conveniens, ut illi pauci, qui reverſi ſunt, uterentur illis (Vaſis,) ſicuti etiam oleum unctionis, tantum deſtinatum Regibus-

(*a*) Rectius: *Et fuit hic ſicut oleum; (quia in textu legitur* והיה כשמן)

bus Domus David, abſconditum fuit uſque dum reverteretur Regnum ad Domum ejus (Davidis.) Uno verbo: opera Domus ſecundæ erant opera humana, ſed opera Templi primi divina. Verum Sapientes f. m. meminerunt illa quinque tantum, quoniam fuerunt communia (i. e. ſub ſe comprehendebant reliqua) & propter neceſſitatem fundamentalem, quoniam fuerunt (radix) & fundamentum omnis ſanctitatis Templi & divinitatis ejus. Dixit autem Propheta: quòd, niſi fecerint ſic, ut aſcendant ad montem, & afferant ligna & ædificent Domum hanc, continuò futuri ſint retrorſum & non antrorſum (es wird ihnen alles hinter ſich/ nichts aber für ſich gehen) & propterea dixit de tempore futuro (v. 9.) *ſpectatis ad multum, & ecce ad parvum* (pervenitis] *infertis domum, ſed efflo illud* i. e. comburam illud halitu oris mei, & hoc eſt ex ſignificatione (Jeſ. LIV, 16.) *ſufflantem ignem prunarum*. Quod ſi autem interrogent: *Quamobrem?* (v. 9.) reſpondet ipſis: *propter Domum meam, quæ vaſtata eſt, & Vos curritis quilibet ad domum ſuam*. Ejus verò, quod dicit: (v. 10.) *Idcircò contra Vos cobibentur cæli à rore*, ſenſus eſt: propterea videtis rem miram, quòd contra Vos & contra terram veſtram ſolam (*in ſpecie*) cohibeantur cœli à rore, & terra cohibeatur à frumento ſuo. Neque enim ita eſt in terris gentilium, quibus eſt pluvia. Hoc autem ideò fit (v. 11.) *quia ego vocavi ſiccitatem ſuper banc terram* i. e. ſuper terram Iſraëlis. Nam quoniam Domus mea vaſta eſt (חרב) ego advocavi ſiccitatem (חורב) & hæc eſt elegantia in ſermone. Meminit autem Terræ, quæ depreſſa eſt, & Montium, qui alti ſunt, frumenti, muſti, olei, ſummatimque dicit (v. eod.) *& ſuper omne id, quod educet bomo per laborem manuum ſuarum*. Pergit Scriptura (v. 12.) *quòd Serubbabel filius Sealtielis, & Joſua filius Jozadak Sacerdos magnus, & omnes reliqui populi audiverint vocem Domini, & verba Haggai, quæ locutus eſt nomine ſuo, & timuerint* ob pœnas Domini & ob maledictionem ejus. Et ſanè ex eo quod dicit (v. 13.) *& dixit Haggæus &c. Ego vobiſcum &c.* apparet, quod non ſit intentio ejus alia quam hæc: propterea, quoniam hactenus non fuerit ipſis licentia, à Dario, ædificandi Domum, (ita) dubii redditi ſunt occupari in ſtructura ejus: forſan punitur um ipſos Regem propter hoc opus, quod facerent contra mandatum ejus: quapropter Haggæus cum fuiſſet agnitus pro Angelo Domini & Propheta ejus, cum omnis Propheta vocetur Angelus, ſicuti dicitur: (Num. XX, 16.) *& miſit angelum & eduxit nos ex Ægypto &c.* dicit Populo in legatione ſuâ: ne timeatis, neque etiam expaveſcatis ob Regem Perſiæ, quoniam conſolatur (vos) Dominus. Verba autem ejus hæc ſunt: (v. 13.) *Ego vobiſcum* i. e. Deus

benedictus erit vobiſcum & eripiet Vos ab omni malo, & cuſtodiens præceptum non timebit, neque expaveſcet, neque experietur aliquid mali. Et præter verba Prophetæ præterea *excitavit Dominus Spiritum Zerubbabelis*, (v. 14.) quoniam ille fuit Caput, *& Spiritum Jehoſuæ* qui fuit ſimiliter, ita quoque *Spiritum omnis reliqui Populi*, ut omnes conſenſerint & voverint perfecto corde & anima hilari, facere opus in Domo Domini, & venerint & inceperint ædificare illam die decimo quarto Menſis ſexti, eodem anno, ſecundo (nim.) Darii. Nam ecce dicit: (v. 14.) *& venientes fecerunt opus*, ad indicandum, (*a*) quòd non inceperint uſque ad diem 24. Menſis ſeptimi, ſicuti memorat poſt hæc (cap. II, 1.) ſed (ibi c. 2.) inceperunt præparare opus (diſponere) quoad lapides & ligna neceſſaria ad ſtructuram, & interea ejus temporis venit permiſſio Regis, & ædificarunt indultu ejus. Ne verò mireris cur incipiat (v. 15.) diſtinctio (nova) *in die vigeſimo quarto Menſis ſexti*, cum hic verſiculus adhæreat præcedentibus (verbis:) *& fecerunt opus* (ſc. in die 24. Menſis 6.) Nam ſcriptum eſt ſic, ad faciendum ſignum & differentiam ſenſibilem inter diem quo inceperunt opus, quod fuit in hoc die: & quòd ſtatim poſtea proximi menſis diebus evenerit Haggæo Prophetia alia de ædificio ipſo. Quapropter ſine dubio venit poſt hæc Prophetia tertia, quæ incipit: (c II, 1.) *ſeptimo* (menſe) *vigeſimo primo* (die) *menſis*. Propterea enim, quia fuit Concio una, non poſita eſt diſtinctio initio Prophetiæ tertiæ hujus. Et ſic etiam in initio Prophetiæ quartæ, ſicuti clarum eſt.

CAPUT II.

In ſeptimo (menſe) *Vigeſimo primo* (die) *menſis &c.* (v. 1.) uſque ad (v. 10.) *vigeſimo quarto noni* (menſis). Hæc fuit Prophetia tertia & ſcopus ejus (eſt) quòd fuerint inter ipſos, qui aſcenderunt ex Babel Jeroſolymam, [Viri] quidam, qui viderunt Templum primum, quod exſtruxit Salomoh, fuiſſe magnum, altum & latum, univerſum aurum purum & lapidem pretioſum; domum verò hanc, quam ædificarunt, cum eſſet parva juxta præceptum Regis Perſiæ, & abſque divitiis propter exiguitatem (paupertatem) populi, qui aſcenderunt in viſitatione, fuiſſe ſicut nihil in oculis eorum, & qui fuerint propterea remiſſi in ædificando. Unde præcipit Dominus dicendo ad eos (v. 3.) *quis inter vos reliquus*, *qui viderit domum hanc in Gloria ſua prima*, h. e. *quis ex vobis reliquus eſt*, *ex*

(*a*) vel potius: *quod non expectaverint uſque ad diem 24. menſis noni ſicuti memorat poſtea* cap. II, v. 10.

Digitized by Google

ex viris vaſtationis prima, ex ſenioribus, qui viderunt domum hanc. Quoniam enim hac eſſet in eodem loco, quo illa, ideo appellatur domus hac. In gloria prima, ſicut ædificavit illam Salomoh? qualem vos videtis nunc i.e. quomodo vos aſpicitis ipſam nunc in ſtructura hac? nonne ipſa *ſicut nihil in oculis veſtris* placet, in comparatione ad illam domum priorem, & propter illam eſt hæc ſicuti nihil in oculis veſtris? Sed licet hæc omnia (ita ſint, tamen) non decet, ut remittant manus veſtræ ab ædificio. Et propterea (dicitur v. 4.) *confortare Zerubbabel Princeps, Caput* (Dux) *& confortare Joſua ſacerdos magne* & progreditur (Propheta) â ſupremo ad infimum (*a*) (dicens:) *& confortare univerſe Popule terra,* quilibet ſecundum conditionem (ſtatum, gradum) ſuam, *& facite, quia ego vobiſcum, dictum Jehova* i. e. & facite ædificium hoc, quoniam influxus Divinus & auxilium ejus erit Vobiſcum. Hoc vos quærite, ut faciatis voluntatem Sancti benedicti, & gratia ejus erit vobiſcum, non pulchritudinem Domus aut divitias ejus. Et profecto id quod ait porrò (. v. 5.) *Verbum quod pepigeram vobiſcum in egredi vos ex Ægypto,* hoc vult: quòd fundamentum Domus non (ſit poſitum) in magnitudine ejus aut altitudine & divitiis ejus; ſed in ſanctitate & obſervatione legis, quæ futura ſunt in ea. Proptereaque id, quod dixerat ſupra: (v. præced.) *Et facite, quoniam ego vobiſcum,* explicat eodem modo: *facite* (implete) *verbum iſtud, quod pepigi vobiſcum dum egrederemini ex Ægypto, i. e. Legem, nam ſi cuſtodierint illam, ut decet, Spiritus meus ſtabit in medio veſtri* (v. eodem) i. e. reverſura & Gloria & Prophetia, & reliquæ Res Sanctæ, quæ defecerunt inter illos, ſi bona fuerint opera eorum in obſervatione Legis, hic enim eſt finis Viſitationis & ædificationis Templi, ſicuti expoſui ſupra. Ex quo ſequitur: ſi non fecerint ſic, neque cuſtodierint Legem ut decet, non ſtabit Spiritus ejus in medio ipſorum: Quo ipſo conſolatur eos de vilitate Domus & exiguitate ejus, quòd futura ſit, ſicuti nihil in oculis Seniorum, qui viderunt Domum priorem. Quod autem dicit [v. 6.] *parum adhuc eſt, & ego commoturus ſum cælum & terram,* & reliquum Prophetiæ, vidi, quòd interpretes omnes exponant illud de argumentis Templi ſecundi, hoc ſenſu: quòd dicat *adhuc parum eſt* de Imperio Græco ſuper Iſraëlem venturo poſt Monarchiam Perſicam & Medicam, propterea quod etiam illa parvo poſt tempore ceſſaverit. Commotionem verò exponunt de Bello Haſmaneorum, quòd vocetur commotio metaphoricè. Et alii exponunt de commotione, quæ revera contigit temporibus Herodis. Ita quoque interpretantur:

 Ma-

(*a*) rectiùs: *quia tu in dignitate poſt illum.*

Major futura eſt Gloria Domus hujus poſterioris, præ Domus prioris, veluti exponit R. Schmuel Capite primo Baſa Baſra (*a*): Unus dicit, in annis, quoniam Domus prior ſteterit 410. annos, poſterior verò annos (*b*) 500. Alter ait, in ædificio, quod ædificium Herodis fuerit res pulchra & elegans valdè. Sed jam antea dixi in objectionibus, quòd expoſitio hæc difficulter poſſit defendi propter dubia, quæ movi contra ibidem, & jam confortantur in his Sapientes Chriſtianorum, ut evincant exinde, quòd non dicatur Prophetia hæc de Templo ſecundo. (NB. aut ſphalma eſt, aut Rabbi mentitur (*c*).) Ajunt porrò: illud *adhuc parum eſt, & ego commoturus ſum cælum & terram* ſignificare, quòd Deus ſit cauſa cauſarum, motor cœli & terræ, (qua commotione anne major dari poteſt in cœlo & in terra?) quòdque de congregatione gentium ad recipiendam fidem eorum dixerit: *& commovebo omnes gentes, & veniet deſiderium omnium gentium,* quòd ſc. venturi ſint omnes, ad recipiendum fidem eorum. Quoniam enim tabernaculum Moſis & Templum, quod extruxit

(*a*) Cap. I. fol. 3. fac. a. in fine.

(*b*) *corrigendus hìc Abarbanel: ſcripſit, templum ſecundum ſtetiſſe* ת״ק *h. e. 500. annos & allegat. l.c. ex Talmude, ibi vero non invenitur, Sed ex ſententia Judæorum tantum ſtetit 420. annos. Vid. Raſche ad locum Talm. facie ſeq. in principio: Loco* ת״ק *legendum eſſe puto* ת״כ.

(*c*) Si verba Abarbanelis explicentur de prophetia, uti à Talmudiſtis in proximè antecedentibus expoſita eſt, neque ſphalma neque mendacium commiſſum eſt. Abarbanel enim ſententiam Talmudiſtarum impugnat, qui Templi ſecundi majorem dignitatem in auro atque argento quærebant; Eandem ſententiam Chriſtiani quoque rejiciunt, dicentes, non in auro atque argento, ſed in gentium converſione templi ſecundi dignitatem fuiſſe poſitam. In eô ergo cum Abarbanele conveniunt, quod major dignitas ſecundi templi non in auri atque argenti ſplendore conſiſtat. In eô vero ab Abarbanele diſcrepant, quod hi prærogativam illam in gentium converſione ſecundo templo factâ conſtituant; hic vero prophetiam hanc de tertio quodam futuro templô intelligendam fingat. Verto itaque verba illa: *Rationibus quoque hoc adſtruunt Sapientes Chriſtianorum, ut ex illis evincant, prophetiam hanc* (prout à Talmudiſtis expoſita eſt, quod major nempe dignitas ſecundi templi in auro atque argento poſita ſit) *non dici de templo ſecundo. Dicunt enim: Adhuc parum eſt, &c.*

Digitized by Google

xit Salomoh res parva & exilis (fuerint) ratione multitudinis hominum, qui crediderunt (*tunc*,) item propter corporalitatem miniſterii ſacrificiorum, quæ fecerunt tempore illo: propterea dicere Prophetam de Eccleſia Fidei & Religionis eorum: Major futura eſt gloria Domus hujus poſterioris præ prioris. Quemadmodum verò dilatarunt os hîc; ita etiam protraxerunt linguam. Sed jam antè oſtenſa ſunt contra eos ex opinione eorum dubia orta, & refutationes fortiſſimæ. *Una* eſt dum id quod dicitur: Modicum adhuc, exponunt: in exiguo tempore veniet hæc commotio & innovatio Religionis hujus: cum tamen notum ſit, quòd ex eo tempore, quo dicta eſt Prophetia hæc, neque ad nativitatem Meſſiæ eorum (qui fuit ex ſententia eorum in fine Templi ſecundi) effluxerint propemodum CCCC. anni. Sed quomodò dici poteſt de hoc (tempore) Modicum eſſe? Ecce enim Micheas dixit: & erit in ultimis diebus (c. IV, 1.) quod exponunt de fundamento religionis eorum dicuntque: propter longinquitatem temporis dici ultimos dies: quomodo igitur dicere poſſunt nunc, quòd vocet ipſum Modicum adhuc? *Refutatio Secunda* (hæc eſt) quòd commotio, cujus meminit Haggæus hîc, ſit commotio, cujus meminit poſtea in ſectione: *Et fuit Verbum Domini ſecundo ad Haggæum in decimo quarto menſis, die ad Zerubbabelem Principem Judæ dicendo: ego commoturus ſum cœlum & terram, & ſubvertam ſolium Regnorum gentium &c.* (c. II, v. 20.) *in die iſto, dictum Jehovæ Zebaoth: accipiam Te Zerubbabel Fili Sealtbiel ſerve mi, dictum Jehova, & ponam te ſicut ſignaculum &c.* (v. 23.) At hoc innuit, juxta expoſitionem eorum, quòd illa commotio, cujus mentio facta eſt in verbis Prophetæ hujus binis vicibus, una (& eadem) ſit. Quòd ſi vero poſterior contigit temporibus Zerubbabelis non poſt eum CCCC. annis, etiam priorem (commotionem) impoſſibile eſt, exponere aliter quàm ſic. *Refutatio autem Tertia* (ſumitur) ex eo, quod dicitur: & in loco hoc dabo pacem, inquit Dominus Zebaoth (c. II, v. 9. Senſus verò vocum *in loco hoc* ſine dubio (eſt) dici hoc de Jeruſalem. Ecce verò à die quo natus eſt Meſſias eorum, non fuit pax in Jeruſalem; ſed gladius in fratres ejus (v. 22.) litigia, & bella uſque ad conſummationem deſolationis. Quomodò igitur impletum eſt poſtea *in loco iſto dabo pacem? Refutatio quarta:* quoniam pax de quâ teſtificatur Haggæus eſt pax, de qua teſtificati ſunt prophetæ in diebus Meſſiæ, in fine exilii noſtri, & nullus alius ſenſus eſt, quàm: non futurum poſtea bellum in univerſa terra, quia ſcilicet convertent ſe populi omnes ad fidem Sancti benedicti, & non erunt inter ipſos Religiones diverſæ, quæ eſt cauſa gravis diſſidiorum) non elevabit gens adverſus gentem gladium, neque diſcent

Digitized by Google

ſcent amplius Bellum (Jeſ. II, 4.). Sed quomodo explicari poteſt hoc de Meſſia eorum, cum poſt adventum ejus permixtæ ſint Religiones & multiplicata bella in omnibus gentibus? Ecce propter errores, quos committunt Sapientes Chriſtianorum, ut memoravi in objectionibus, apparet, non exponi debere Prophetiam hanc de Templo ſecundo. Et ex valore errorum, quorum reos egi ipſos hic, præterquam, quòd fundamenta Religionis eorum pugnent ſecum ipſis, & egrediantur ex viâ veritatis, intelligentia clara revelata eſt, impoſſibile eſſe, ut exponatur juxta opinionem eorum. Egreditur autem nobis exinde (probatio) quòd ſectio hæc nondum impleta ſit huc uſque, ſed quod adhuc ſit implenda tempore liberationis, quam expectamus. Et ſenſus hujus ſectionis ſecundum ſcientiam veram hic eſt: Ecce, Propheta, propterea, quòd dixerat ſuperius; Domum hanc, quam ædificatint, eſſe ſicut nihil in oculis eorum, dixit ipſis (porro). Nam ſic ait Dominus Exercituum: adhuc unum modicum eſt, i. e. Domus hæc ſecunda, quam ædificatis profectò exigua erit, in relatione ad Domum priorem, quam ædificavit Salomoh, ſicuti dixiſtis. Et hoc eſt [illud] adhuc unum modicum i. e. præter Domum priorem illam, quam viderunt ſeniores, qui inter Vos, adhuc ædificabitur & exſtruetur poſtmodum Domus poſt illam ſecundam, quæ erit exilis in comparatione ad primam. Mirari verò nemo debet, quod dixerit אחרון in genere fœminino. Hic enim mos eſt Prophetarum conſtruere ſæpè maſculinum in genere fœminino propter certas cauſas, quo modo etiam dicitur (Eſa. XVII, 10.) propterea plantabis (תטעי) plantas amœniſſimas, & germen alieni ſeminabis (תזרענו). Nam תטעי eſt fœmininum & תזרענו Maſculinum. Et dicit Propheta porrò: Indicabo vobis defectum alterum, qui futurus eſt in Domo hac, nim. non perpetuabit, neque ſtabit tempore multo etiam hæc Domus, ſed veniet poſt ipſam Deſolatio & exilium aliud longum & mirabile: & de hoc dixit: *& ego commoturus ſum Cœlum & Terram & Mare & aridum* (c. II, 6.) vult dicere: quòd (etiam) ſtellæ è ſtationibus ſuis ſint pugnaturæ contra homines Templi ſecundi, & Reges Terræ omnes ſint venturi contra eos, quidam mari, quidam Terra, intelligit Populos Romanorum, qui venerunt ad excidium Domus ſecundæ ex quatuor plagis Mundi. Sed intelligite, quæſò, & videte, quòd poſt hæc tempus aderit, quo futura eſt vindicta Dei benedicti contra deſolatores hos. Nam ſervorum ſuorum miſerebitur (Dominus) ut ædificetur Domus tertia poſt hæc omnia. De excidio verò populorum dixit: *& commoturus ſum omnes Gentes* quod intelligit de Bello Populorum & Exciſione eorum tempore propinquo exiliis. De quo etiam dixit: *& veniet deſiderium omnium gentium,*

um, quòd (nim.) venient ad terram Sanctam, ſed ibi ultionem ab ipſis ſit accepturus: (Dominus) & tunc *in tempore illo*, *implebo Domum hanc gloriâ* i. e. Ecce in Domo hac ſecunda quidem, quam ædificaſtis nunc, non erit vobis gloria, neque opulentia, neque pax; ſed in tempore illo (futuro) *ego implebo Domum hanc gloria*, quoniam veniet ibi Majeſtas ſuperna & opulentia & gloria coram illa: & Deus benedicet populum ſuum in pace. Ecce enim *mihi argentum & mihi aurum dicit Dominus exercituum*, & propterea multiplicabo illa in Domo ultima, quæ adhuc futura eſt, adeò, ut major ſit futura gloria Domus hujus ultimæ i. e. Templi tertii, præ primæ, quam fecerat Schlomo. *Et in loco hoc* i. e. Jeruſalem, *dabo tunc pacem*, & non audietur violentia, vaſtatio aut irruptura in terminos ejus. Ecce verò dixit cum emphaſi (ſignanter) *Domus* הזה *hac ipſa*, propterea, quia in eodem loco, quo ædificavit Salomoh Domum, etiam ædificarunt Domum ſecundam, & ædificabitur Templum ultimum quod futurum eſt. Vides ergò oſtenſum: ſectionem hanc: Modicum adhuc, quod dictum eſt: *Et commovebo omnes gentes &c. & implebo domum hanc gloria &c. major erit gloria Domus hujus poſterioris &c.* non loqui de Templo ſecundo, ſed de Domo in poſterum futura. Oſtendit enim Sanctus Benedictus Prophetæ ſuo (tantùm) per occaſionem Domus ſecundæ [etiam] argumentum Domus futuræ, quod ſc. ſit futura Domus Dei ad Gloriam & Decus. Solutæ autem hoc ipſo ſunt quæſtio III. IV. & V.

In decimo quarto [die] *ſeptimi (r. noni)* (menſis) &c. uſque eò: *& factum eſt verbum Jehova altera vice ad Haggaeum.* [v. 20.] Hæc eſt Prophetia quarta, quæ obtigit Haggæo, & ſapientes noſtri f. m. in cap. Taanis [*a*] expoſuerunt de materia immunditiei & purificationis, quaſi præceperit Dominus Prophetæ: *interroga ſacerdotes Legem*, fortè obliti ſunt in exilio eorum Halachos Kodeſch Thuma & Tohara, & explicant *carnem ſanctuarii*, carnem inquinatam Cadavere aut reptili. Sic quoque interpretantur vocem הקדש quod ſenſus ſit: annon *inquinabitur?* ſicut etiam Jonatham vertit היסתאב annon polluetur? & diſputant inter ſe de hoc Rab & Schmuel. Unus dicit: confudit ſacerdotes, quia quæſivit ex ipſis quartum in ſanctitate. [nim. an רביעי ſit purum aut impurum NB. v. g. homo tetigit vermem, & poſtea veſtem, & veſtis tangit

 car-

(*a*) *in textu invenitur:* בר״פק דתעניות *ubi abbrevitura valet: in cap. primo. vid. Buxt. Abbr. p. m. 174. in* פ״ק *ſed locus iiſdem verbis invenitur in Peſach, cap. I. fol. 17. fac. 1. nec non in Jalkut Simeon ad h. l.*

carnem &c. vid. in Peſach [a] de אב הטומאה & ולד הטומאה) & reſponderunt ipſi: purum. Alter verò dicit, non confudit ſacerdotes: [nim. an חמישי poſſit polluere?] Et exponunt ונגע בכנפו qui non attigit vermem ipſum ſed veſtem tanquam primum[i.e. אב הטומאה]. Sic quoque exponunt verba: אם יגע טמא נפש, qui ala [veſtimenti] attigit mortuum. Quomodo etiam in [Talmud] Jeruſchalmi in Perek dixerunt: Duas quæſtiones quæſivit ex ipſis Haggæus Propheta: Unam ſolverunt ipſi rectè, alteram verò non ſolvëre rectè. Sed profectò tenor ſectionis & verba Prophetæ in eâ arguunt, quòd non præceperit Dominus Prophetæ, ut interroget ſacerdotes verba pollutionis *& munditiei*, an fortè obliti fuerint doctrinas eorum in Exilio. Ecce enim Lex Domini erat in ore eorum, & non fuere peccantes in intelligentia judiciorum [de purif. & pollut.] ſed in prava concupiſcentia & in fortitudine appetitus [pravi]. Si enim veniſſet quærere ex ipſis Legem, cur non quæſivit ex ipſis aliquid de ſacrificiis, quæ fuere fundamenta ſacerdotibus [pertinuere tantum ad ſacerdotes] aut quidpiam de Radicibus legis & fundamentis Religionis, aut de judiciis [criminalibus] inter ſanguinem & ſanguinem, litigium & litigium, plagam & plagam; Sed quæſivit ex ipſis tantum de hac re? Porrò dum venirent in terram & aſcenderent ex Babylonia, ædificarunt Altare & ſacrificarunt ibi ſacrificia XIX. annos antè ædificationem Templi, cur autem hoc non interrogavit eos quotannis ex quo ceperunt offerre ſacrificia? Præterea, cur hoc fecit ipſis duabus quæſtionibus tantum? ad primam reſponderunt לא non [malè legitur לו] & ad ſecundam יטמא immundum erit. Si igitur ad alterutram harum reſponderunt præter rem [ut non oportebat] quomodo non corripuiſſet ipſos propterea? (Sed ecce reſponſionem ejus: *Ita eſt hic populus & ita gens hæc.* Non docet, quod erraverint in reſponſionibus ſuis, ſed e contrario, quod res ſe habeat ſecundum verba ipſorum] Item: cur in quæſtione prima dixit היקדש in ſecunda verò היטמא phraſibus diverſis, ſi ſenſus [materia] idem erat? Et propter hæc univerſa puto ego, quamvis ſint verba ſapientum noſtrorum f. m. verba Dei vivi, quod attinet ritus [vel: *quæ de quæſtione juris ritualis agerent*] & viſum fuerit ipſis exponere hunc ritum in hac prophetia; tamen id non intendiſſe Prophetam, neque præcepiſſe ipſi Deum quæſtiones has propter ſe ipſas; ſed tantum, ut faceret ex ipſis ſimilitudinem ad ſtructuram Domus, ſicuti Propheta exponit in verbis ſuis. Factum au-

(a) *l. c. in Peſach. Quomodo hic locus intelligendus ſit, vide infra in Notis ad Aben Eſra Commentarium.*

autem id eſt propterea, quòd ſacerdotes, quamvis fuerint ipſis altare & ſacrificia Tamid juxta ordinem ſuum Moſiph [*a*] ſecundum conſuetudinem ſuam obſervarint, non increparunt populum propter deſidiam ſuam ad ædificandum Domum, & propterea ſic præcepit Dominus Prophetæ, ut quæreret ex ipſis Legem [ut] diſcerent ex ipſo propoſitum correptionis, quam velit facere ipſis dicendo: num elevat quis carnem Sanctitatis in ala veſtimenti ſui? Puto autem ego, quòd non dixerit בשר קדש de cadavere aut diſcerpto, aut quod tetigit vermis aut quævis res immunda, ſed de carne ſanctitatis, quæ ſanctificata eſt, ut poſſit elevari & adduci ad altare. Quæſivit autem ex ipſis: Anne ideò, quia hæc caro ſancta eſt, ſi ſit in ala veſtimenti ejus, qui dignus non eſt ſancto [*b*], & attingat vir ala hac ſua panem, aut pulmentum, quod eſt pulmentum coctum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum alium, an, inquam ſanctificabitur? vult dicere: num ſanctificabitur *vinum* aut oleum, aut pulmentum, aut panis, ideò, quoniam attigit illa ala veſtimenti, in qua caro ſanctitatis eſt? & ſacerdotes reſponderunt dixeruntque *Non* i. e. quòd non ſit virtus ſancti ad ſanctificandum aliud, quoniam non ſanctificet tactu mediato. Et porrò interrogavit ipſos quæſtionem ſecundam, contrariam priori, prior enim erat: an caro ſancta ſanctificet rem aliam quam tangit per medium? ſecunda vero hæc erat de immundo: an ſi tetigerit immundus ex cadavere quicquam iſtorum, an immundum erit? i. e. ſi tetigerit quis, qui attigit mortuum (ſic vocatur טמא נפש) quicquam horum, quorum meminit, v. g. panem aut pulmentum, vinum aut oleum, aut ullum cibum, an immundum erit, quamvis cadaver ipſum non attigerit cibum aut liquorem (ſcil. vinum, oleum &c.) niſi mediatè? & reſponderunt ſacerdotes dicentes: Immundum erit, quia ecce pollutus cadavere attingens ullum cibum polluit *ipſum*. Propheta verò explicat, quidnam per ſimile hoc intenderit ſecum in duabus quæſtionibus his, dum dicit, reſpectu prioris: *Sic populus hic & ſic gens iſta coram me dictum Jehova* (v. 14.) *& acquieſcit in hôc*, quòd ipſi propter ſacrificia, quæ obtulerunt ſuper altari ipſorum putarint, illam carnem ſanctam, quam ſacrificarunt ibi ſanctificaturam eſſe & benedicturam proventibus eorum in pane, in vino & in reliquis rebus: ſed hanc opinionem eſſe corruptam, vanam, & peſſimi Spiritus, quia jam antè reſponderint ſacerdotes,

(*a*) *Sacrificia Tamid ſunt continua, quæ ſingulis diebus jugiter offerebant;* מוסף *addititium, quod priori ſacrificio ſuperaddebatur. Vid. Maim. Hilch. Tamidin & Moſiphin. f. 132. ſeqq.*

(*b*) *vel: Quòd non poteſt ſanctificare.*

Digitized by Google

dotes, quòd caro ſancta non ſanctificet mediante ala (veſtimenti) reliquos cibos? ita ſacrificium oblatum ſuper altare, quod (altare) eſt ſicut ala Templi Domini ſtans in latere ejus, neque ſanctificabit, neque benedicturum proventus eorum. Sed reſpectu quæſtionis ſecundæ dixit: *Sic omne opus manuum eorum, & quod offerunt ibi immundum eſt.* Senſus eſt: quod ſic dixerit vi quæſtionis ſecundæ & reſponſionis ad eam: opus manuum illorum, qui offerunt ſacrificia, & quod offerunt ibi ſuper altari non ſufficere, quoniam non ſit caro ſanctitatis, & non ſanctificet neque benedicet proventus eorum, ſed contra immundum eſſe, quia is, qui attigit & qui offert illud, eſt pollutus anima, quia rei erant in anima ſua dum ædificaverant Domus ſuas & pigri erant in ædificio Domus Domini. Et propterea præcepit ipſis: *ut ponerent cor eorum â die hoc ad eos qui præceſſerunt*, propterea, quia hæc dies fuit decima quarta Menſis ſexti, i. e. Auguſti, in quo cœperunt ædificare, & in illo die venit prophetia hæc Haggæo, cujus finis erat, ut attenderent, & darent cor ad id, quod fuerat ante ædificium antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo Domini, & ad hoc: quòd fuerit tunc maledictio in omnibus proventibus eorum. Nam antè ædificium, ſi quis venit *ad acervum vicenum* (v. 16.] i. e. acervum, è quo conveniebat accipere ex ipſo vicenos modios (Seas ſata) propter illam maledictionem immiſſam illi dabantur tantum decem: & ſic: qui venit (v. eod.) ad lacum, ut hauriat quinquagenas (menſuras) torcularis i. e. ut efferat quinquaginta menſuras ex illo torculari, effert decem. [r. *viginti* v. 20.) Vox autem לחשוף eſt ex ſignificatione (Jeſ. XXX, 14.) ad depromendum aquas è lacuna, cujus ſenſus eſt ad educendum aut hauriendum. Vox פורה autem eſt ex ſignificatione (Eſa. LXIII, 3.) torcular calcavi ſolus, quæ eſt calcatio uvarum in torculari. Dixit autem hoc per modum Parabolæ ob immiſſionem maledictionis. Et ſic: *percuſſi vos uredine, rubigine & grandine* (v. 17.) Sunt hæc omnia plagæ proventus. Nam uredo eſt in ſegete: ſicuti (Gen. XLI, 23.) aduſtas (ſpicas) Euro. Rubigo verò eſt, quæ fatua reddit grana, & propterea meminit poſt grandinis & dicit poſtea: *omne opus manuum veſtrarum*, vult dicere, quòd percuſſerit omne id, ad quod pertingit vola eorum & proventus eorum plagis hiſce. *Et nullus apud Vos ad me* (v. 17.) i. e. quamvis vero hæc omnia (contingant) tamen vos non revertimini ad me. Hoc enim erat ante ſtructuram. Nunc verò, quoniam jam incepiſtis ædificare, ponite quæſo cor veſtrum â die hoc & qui præceſſerunt. i. e. ומעלה idem eſt ac והלאה â nunc & notate vobis hanc ipſam diem, qui eſt decimus quartus menſis ſeptimi, (r. *vigeſimus quartus menſis noni,*) quòd hic ſit dies, quo fundatum

eſt

eſt Templum Domini. Nam ecce id, cujus meminit ſupra, quod fecerint opus in die ſexto, ita habet, ut expoſui, nim. ut præpararent lapides & ligna neceſſaria ad opus. Sed in menſe ſeptimo (r. *nono*) ceperunt ponere lapidem ſuper lapidem ad fundandum templum. Sed inde & à nunc ponite cor & advertite: *an adhuc ſemen in granario* [v. 18.] i. e. videte, an ſit adhuc ſemen in granario, quia maximam ejus partem eduxiſtis ad ſeminandum, & parum eſt, quod relictum eſt vobis in granario. Et adeò *vitis, & ficus, & malus punica & olea non protulit* (v. eod.) vult dicere: etiam illæ arbores frugiferæ non protulerunt fructus, ut conveniebat, ſed ab hoc die & ab inde *benedicam vos* i. e. benedicam vos, ut proferant fructus affatim. Meminit autem harum arborum in particulari, quoniam decorata illis fuit terra Iſraëlis, ſicuti dicitur terra tritici & hordei & vitis & ficus & malegranati, terra olei & mellis (Deut. IIX, 8.) Et Raſchi exponit: an adhuc ſemen granarii? Si hactenus nondum ſeminaſtis in hoc anno & arbores hactenus nondum protulerunt, confidite & videte, quòd ab hoc die benedicturus ſum ſemen & fructus. Id enim in Novembri (r. *Decembri Kisleu*) factum eſt, poſtquam fundaverint Domum in menſe ſeptimo (r. *nono*) & fuerunt inter illos, qui jam antè ſeminarunt & quidam, qui habuerunt adhuc ſemen in granario. Et his objicitur contra, Radak cur dictum ſit de oliva לא נשא non protulit? Ecce enim olivæ tempus eſt in Octobri (*a*) dare fructum ſuum. Reſpondet (*b*) verò, forſan id intelligendum de apparentia, ita, ut, quæ antea inceperit, poſtea deſierit (aut tardaverit) dare fructum ſuum.

Et fuit verbum Domini ad Haggaum ſecundo &c. Uſque ad ſinem libri. Hæc eſt Prophetia quinta, quam prophetavit Haggæus de Zerubbabele. *Poſtquam vaticinatus eſſet de ædificatione Templi, quemadmodum dictum eſt, vaticinatur de Zerubbabele.* Et revelavit textus, quòd fuerit hoc in illo ipſo die, quo vaticinatus eſt Propheiiam quartam, qui erat dies XXIV. Menſis ſeptimi (r. *noni*): duabus enim vicibus locutus eſt Dominus Haggæo in eodem die. Et interpretes exponunt il-

(*a*) *in Marcheſvan & Ciſleu h. e. in Novembri & Decembri.*

(*b*) *Reſpondet vero, quod forte ob maledictionem, quæ in illis fuerat antea, tardaverit fructum ſuum dare.*

illud: *Ego commoturus ſum cœlum & terram, & evertam ſolium Regnorum, & perdam robur Regnorum gentium*, & dicunt porrò: *Et everſurus ſum currum & ſeſſores ejus, & deſcendent equi & ſeſſores eorum, quilibet per gladium fratris ſui &c.* Omnia (interpretantur) de Bellis, quæ futura ſint Regibus Perſiæ cum Græcis & Alexandro Macedoni cum Perſianis: & quod dictum ſit hoc Zerubbabeli, ad annunciandum ipſi, propter Bella hæc non diminutum iri excellentiam ejus, ſed magnificatum valdè. At verò jam antè indicavi Tibi in quæſtionibus, quid ſequatur exinde dubii, propterea quoniam Zerubbabel non regnavit in Jeruſalem, neque dominatus eſt in ea, neque ipſe, neque ullus homo de ſemine ejus; Sed ſtatim poſt ædificium Templi reverſus eſt Babelem & ibi mortuus eſt in exilio ſuo. Quomodo autem dici poteſt? *In die illâ accipiam Te Zerubbabelem?* Nam poſt ruinam Regni Perſici non notus fuit Zerubbabel in Gloria, neque memoratum fuit nomen ejus in æternum. Et quiſnam ſenſus erit: *Et ponam te ſicuti ſignaculum, quoniam elegi te?* Quoniam ſignaculum eſt ſicut annulus, quem homo geſtat in manu ſua, nec deponit eum, neque die neque nocte? Quando quæſo impletum eſt in Zerubbabele? Vera igitur ſententia hæc eſt penes me: Sanctum Benedictum ſignificare Zerubbabeli, quòd negotium de Domo ſecunda non perpetuabit, quoniam veniet poſt ipſum exilium aliud: & de hoc dicitur: *Ego commoturus ſum cœlum & terram:* Quoniam diſpoſitiones cœleſtes (ſignorum & Planetarum) adducent ſupra Judam malum, & ſic ex quatuor plagis mundi venient adverſus eos copiæ Romanorum ad vaſtandum Jeruſalem, & ad deportandum populum ejus, ſicuti expoſui. (declaravi) Significat autem porro, quòd poſt multum tempus ſumpturus ſit Dominus ultionem ſuam de populis his, qui *conſumſerunt Jacobum & habitaculum ejus vaſtarunt* [Jer. X, 25.]. De hoc dixit *h. l. v. 22. Et everſurus ſum ſolium Regnorum & perdam fortitudinem Regnorum gentium, & everſurus ſum currum & ſeſſores ejus, & ruent equi & ſeſſores eorum quilibet per gladium fratris ſui.* Ecce enim monſtrat ipſi etiam hîc Dominatum quatuor Monarchiarum, & exitia & bella, & ultionem quam futurus eſt Sanctus Benedictus ille ſumere ab ipſis, & propterea meminit currus & ſeſſorum ejus equorumque. Senſus eſt: reſpicere (eum) ad currum & equos quos vidit Zacharias. Sicuti etiam explicat & dicit: *Quilibet in gladio fratris ſui* ad indicandum, quod tale futurum ſit bellum inter Edom & Iſraëlem, ſicuti memoravi tibi mul-

multoties. Significat autem ipſi (DEus) porrò, quòd Rex, qui regnabit in Iſraël tempore exilii eorum (ſic futurus) Meſſias ex ſemine Zerubbabelis & de Domo Davidis. Advertit autem (Zerubbabel) ſanctum Benedictum ſignificare ſibi omnia hæc, ut conſoletur ipſum, loquaturque ad cor ejus, quaſi diceret ipſi: en, ſanè tu non regnabis tempore Templi ſecundi, neque quiſquam de ſemine tuo; ſed in die illo, quo everſurus eſt Sanctus Benedictus ſolium Regnorum gentium in congregatione populi ſui Iſraëlis & exilii eorum, regnabis tu ſuper popu'um meum: nam ex ſemine tuo erit regens ex Iſraële in tempore illo uſque in æternum. Et propter hoc dixit: (*v. 23.*) *accipiam Te Zerubbabel fili Sealthielis, ſerve mi, & ponam te ſicut ſignaculum, quoniam te elegi.* Cum enim futurus ſit Rex Meſſias ex ſemine ejus, dixit, quòd accepturus ſit illum (Zerubbabelem) & id intelligendum eſt eo modo, quo dixit: (Ezech. XXXVII, 23.) *& David ſervus meus princeps ipſis (erit) in æternum.* Nam Rex Meſſias erit David & erit Zerubbabel, cum ſit ſurculus egrediens de trunco ſucciſo eorum. NB. Et puto ego, quòd propter Prophetiam hanc exierit Zerubbabel ex Jeruſalem, poſtquam ædificavit Domum, redierit Babelem, & manſerit ibi uſque ad diem mortis ſuæ, quoniam ſciverat, quod ipſe & ſemen ejus non regnabunt in Templo ſecundo Exilioque, quod futurum eſt ſuper populum ejus. Et in *Peſikta* (*a*) dixerunt magnam reſponſionem, quòd ceſſaverit decretum; & ceſſaverit juramentum. Ceſſavit decretum unde? (probatur? (Jerem. XXII, 24.) *Vivo ego dictum Jehova etiamſi eſſet Conjah filius Jehojakim Rex Juda ſigillum ſuper manum dexteram meam; tamen inde evellam te.* Et quod ſcriptum eſt: *In die illo accipiam Te Zerubbabel*, defecit decretum. Unde (probatur? quod dictum eſt Jer. XXII, 30.) Sic dixit Dominus: *Scribite Virum illum liberis carentem.* Et ſcriptum eſt (1. Paralip. III, 17.) *& filii Jechonia vincti* [qui fuit vinctus in Carcere] Sealthielis quòd ab ipſo defecerit Regnum Domus Davidis. Ecce declararunt, quod ſignificetur Zerubbabelem non fore, ſed quòd ab ipſo defecerit Regnum Domus Davidis, quod digitum intendit ad Regem Meſſiæ. Sic quoque exponunt ibi, paulò ante hæc: Di-

(*a*) *Conf. Jalkut Simeon. ad Jer. XII, v. 30. ubi locus integer ex Peſikta adducitur, conf. quoque Sanhedr. cap. IV. fol. 37. fac. b. circa finem.*

Dicit R. Meir: juravit Sanctus benedictus ille, quòd non conſtiturus ſit ex Jechonia Regem ſicuti dictum eſt: (Jer. XXII, 24.) *etiamſi eſſet Conjah filius Jehajakim Rex Juda ſigillum ſuper manum dexteram meam, tamen inde evellam te.* Rabbi Chama F. R. Chanina dixit: inde: ego do Regnum Domus Davidis. Expoſitio alia: evellam te: non ſcriptum eſt hic niſi eruam te cum everſione, ê loco averſionis ejus erit evulſio ejus. Ecce tibi, vides, quod in verbis eorum, futurum hoc eſſe, intenderint. Et ſoluta eſt ſic, quemadmodum expoſui, quæſtio ſexta.

Digitized by Google

מעשה מרכבה

ſeu

OPUS CURRUS

à

R. MOSE B. MAJEMONIS

prioribus duobus capitibus,

DE FUNDAMENTIS LEGIS

traditum,

&

Scholiaſtæ Notis

illuſtratum.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

CElebris eſt diſtinctio in Theologia Ebræorum inter מעשה בראשית & מעשה מרכבה i.e. *Opus Creationis* & *Opus Currus. Illud* comprehendit *Theologiam* naturalem juxtà opera Creationis: *hoc* verò profundam & myſteriis plenam Ebræorum Theologiam, quam vocant *Paradyſum*, ut in illo Majemonidis de Fundam. Legis c. IV. §. XX. (mihi eſt XIII.) אין ראוי לטייל בפרדס אלא מי שנתמלא כריסו לחם ובשר Clariſſ. Vorſtius pag. 51. ita vertit: *non convenit otiari in hoc Paradyſo, ſed ut expleat ventrem ſuum pane ac carne.* Non aſſecutus eſt horum verborum mentem, ſed planè contrariam illis ſententiam induxit. Intelligunt enim Magiſtri: hanc Myſterioſam Theologiam difficiliorum eſſe, quam ut à quovis queat intelligi; & hanc Paradyſum imperviam eſſe iis omnibus, qui ventrem intellectus ſui non prius carne & pane (ut mox dicemus) repleverunt. Ingrediens hanc Paradyſum jam concoxerit carnem & panem, Cibos paulo vulgatiores, non eos in hac myſterioſa Paradyſo requirat (ubi non apparebunt) oportet. הקדמות .& תכלית in hoc negotio ſic confunderemus, & famelici omnes dimitterentur (ex hypotheſi Doctorum) qui hac fini intra paradyſi hujatis pomœria ſeſe abdidiſſent. Phraſeologia porrò אלא מי שנתמלא Vorſtii interpretationem non admittit, ut cuivis apparet. Senſus igitur Axiomatis non eſt alius, quàm iſte: *Nemo ingrediatur Paradyſum, niſi qui priùs repleverit* (ſatiaverit) *ventrem ſuum pane & carne.* Ubi exponendum (1). quid per Paradyſum (2.) quid per carnem & panem intelligatur. Quæ ſi dederimus, noſtra interpretatio ſibi ipſi fidem eſt conciliatura. Paradyſus igitur Myſterioſam deſignat Theologiam & משעה מרכבה i. e. opus Currus, qua de voce ſimiliter, & paulò explicatius, eſt dicendum. Sequemur autem Majemonidæ ductum, qui illud duobus prioribus capitibus de Legis fundamentis exponit. Objectum ejus (ut de hoc priùs dicamus, quia eo intellecto, facilius de ratione nominis judicare eſt,) ſunt hyperphy-

Digitized by Google

phyſica, à vulgo ſemota, & paucis, inter ipſos etiam eruditos, pervia ſatis, quippe ambitu ſuo comprehendentia Univerſam de natura Spirituum, Dei ſc. benedicti & Angelorum, doctrinam. Unde Rambam de Fund. Leg. c. II. §. XI. ſcribit: דברים אלו שאמרנו בשני פרקים אילו כמו טיפה מן הים הם ממה שצריך לבאר בענין זה וביאור כל העיקרים שבשני פרקים אלו הוא הנקרא מעשה מרכבה *Hæc, quæ diximus in duobus capitibus his, (ſunt) quaſi gutta ex mari reſpectu ejus quod neceſſe erit declarare in hac materia. Expoſitio verò omnium articulorum in duobus iſtis capitibus, vocatur Opus Currûs.* Cur autem Opus currus dicatur, lubet ex commentatore l. c. audire: קראו לכל אלו הענינים מעשה מרכבה דרך כבוד כלומר ידיעת הבורא עצמו אין בנו ולא בנביאים כח לידע אותה על בוריה i. e. *Vocant hæc objecta Opus currus propter Excellentiam. q.d. quod cognoſcere Creatorem in ſe ipſo non ſit in noſtrâ aut Prophetarum facultate h. e. cognoſcere eum in claritate ſua.* Addit mox appellationis rationem: אלא נשתדל בידיעת הצורות הנפרדות שהם קרובים ממנו והם מורים על מציאותו כמו שיורה המרכבה שיש לה רוכב i. e. ſed *exercemur* (tantùm) *cognitione formarum ſeparatarum, quæ* (nobis) *propiores eo ſunt & arguunt ipſius exiſtentiam, ſicuti v. g. Currus teſtatur, ſe habere vectorem.* Senſus eſt: nos Deum non poſſe cognoſcere Cognitione *intuitivâ* (עצמו) ſed tantùm *abſtractivâ*, & per *viam cauſalitatis*, quod exemplum Currus & vectoris eleganter declarat. *Currus* autem appellationi occaſionem Ebræis dedit viſio Ezechielis, quod in compendio dixiſſe ſufficiat. Legantur Interpretes. Hæc verò recondita publicè & coram imperitis docere nefas ducunt, quod cum aliis Majemonides innuit his verbis. l. c. §. XII. צוו חכמים הראשונים שלא לדרוש בדברים אלו אלא לאיש אחד בלבד i. e. *Caverunt Sapientes veteres, ne exponantur hæc talia, niſi Unico tantum.* Hoc præceptum, vel interdictum potiùs, extat in *Codice Chagiga* Capite *En doreſchin* II. ab initio. Quod tamen adhuc ſuo intelligunt modo. Non enim cuilibet, quanquam ſoli hæc tradunt, multò minus commentariis illuſtrant; ſed ſumma tantùm rerum, pitiſſantes quaſi, delibant capita, cæteris, quippe profundioribus, cujuslibet ſubtilitati relictis, quod ex Majemonidæ l. c. ſeqq. patet והוא שיהיה חכם ומבין מדעתו ואחר כך מוסרין לו ראשי הפרקים ומודיעין אותו שמץ מן הדבר והוא מדעתו וידע סוף הדבר ועומקו Quorum rationem ulterius per-

perſtringit Scholiaſtes in MaggidMiſchne, dicens: תעילת זה לפי שזה הענין יצטרך בידיעתו להקדמות רבות עד שתעתק המחשבה מענין *hanc eſſe cauſam, quoniam hoc negotium, ad ſui cognitionem prærequirat multa anticipanda. adeò, ut etiam planè abducatur (abduci videatur) intellectus, (cognitio) ab eo.* Quorum præſuppoſitorum, & anticipandorum neceſſitatem porrò oſtendit ואם יבקש אד' לידע זה הענין בלא הקדמות ישתבשו רעיוניו ויעורו עיניו ויצא לתרבות רעה *Si enim* (inquiens) *quis intelligere hanc rem velit absque anticipationibus, planè perturbabuntur conceptus, occæcabuntur oculi ejus, & degenerabit in malitiam.* (tandem) Quo gloſſemate eos pungit, qui ejusmodi, ut prima apparent fronte, duriuſcula, in Judæorum Scriptis occurrentia, & quidem ex peregrinis principiis, refutata præſumunt, quod tota die fieri videmus. Porrò tradit verbis mox ſeqq. אפילו הדברים שהיה יודע אותם בתחילה לא יוכל להשיג אותם *non poſſe intelligi ea, quæ ab initio optimè ſciveris.* Et declarat rem non inconcinno ſimili: כי הבשר והלחם יפים לגוף הרבה ואעפ"כ מונעים אותו מן הקטן לפי שאין כח לסבלם *Sicuti* (inquiens) *Caro & panis bona quidem ſunt corpori, & tamen prohibentur parvulo, quòd nondum poſſit coquere;* ita (vult dicere) ad profundiora illa myſteria nemo admittitur, niſi qui cibos vulgares (h.e. ipſorum ſtomacho convenientes, carnem ſc. & panem) jam concoxerit. Apud Apoſtolum etiam inter cibos ejusmodi diſcrimen occurrit 1. Cor. III. 2. Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, καὶ οὐ βρῶμα *Lacte vos alui, & non Cibo,* (ſc. ſolido, qui infantibus in Chriſto verſ. 1. nondum erat uſui.) Igitur per *carnem & panem* in loco Majemonis intelligitur cibus facilis concoctu & vilior, cui opponitur cibus ſolidior, & obfirmato tantùm ſtomacho conveniens, qualis eſt eorum, qui faciliores doctrinas jam abſolverunt (i. e. ventrem ſuum carne & pane jam ſaturarunt.) Implere enim כריסו לחם ובשר, ventrem pane & carne, eſt, exponente Scholiaſte in l. c. Majem. fol. VII. col. a. הרגיל עצמו בתחלה בחכמות שאין בהם קושי i. e. *exercere ſe prius diſciplinis & ſcientiis in quibus nulla eſt difficultas.* Et Majemonides ipſe c. IV. §. XIII. ait לחם ובשר הוא לידע האסור והמותר וכיוצ' בהם משאר המצות: *per panem & carnem intelligi vetitum & licitum & ſimilia reliquorum præceptorum,* quæ omnia vocat ex mente Talmudiſtarum דבר קטן rem parvam ſeu *facilem intellectu.* Annè jam putas ſenſum eſſe: in hac Paradyſo

radyſo Myſteriofa (loquor ex hypotheſi Judæorum) proponi panem & carnem, hoc eſt res oppidò faciles? Sed res eſt manifeſtior, quàm ut nos ulteriùs queat morari. Facillimum eſt in his tricis hallucinari. Non ergò ſugillandi cauſa hæc monuimus, gnari, nos in eodem hærere luto. Diſquiſitio & colliſio (ſine colliſione tamen animorum) tanquam ſilex ſilicem terens Veritatis lucem producit. Cæterùm Paradyſum myſterioſam iterum diſtinguunt in פר״דס חכמה Paradyſum *Sapientiæ*, & פר״דס נשמות Paradyſum *Animarum*. De quo dicere jam non vacat. Cur verò Paradyſum vocent, Scholiaſtes in Hilch. Jeſod. Tora fol. VII. col. 2. eleganter exponit, ubi videas. Summa eſt, id fieri (α) ob delectationem tam variorum fructuum (β) ob eorundem in principio ignorationem &c. Vocem פר״דס i. e. Paradyſum etiam in hanc rem ab ipſis per Raſche Teſos exponi פשוט׳ רמז דרש סוד & notum eſt, & Diſcipulis noſtris, quorum gratia ſolum hæc publicavimus, quantum ſcire juvabit, expediemus.

(Scias L. B. ſubſequentem Tractatum eſſe Commentarium in Conſtitutiones de Fundamentis Legis a R. Moſe Maimonide ſcriptas, quæ in Jad Chaſaka Parte I. Lib. 1. fol. 1. ſequenti Titulo leguntur:

הלכות

יסודי התורה

Placuit itaque cuivis capiti textum Maimonidis præmittere, quoniam alias non pateret, quæ textus verba in hoc commentario adducantur & explicentur.)

ספר ראשון והוא ספר המדע קראו ספר המדע לפי שכלל בו המצות התלויו׳ במחשבה ובמדע ובדעות׳ והלכות ראשונות הלכות יסודי התורה קראן כן לפי שהמצות הנכללות בהן הן עיקר התורה ויסודותיה. שאם לא יתאמת מציא׳ השם ושהוא יודע מעשה בני האדם לא תהיה האמנה בתורה׳ ולפיכך קורין למי שאינו מודה במציאות השם כיפר בעיקר מפני שהאל׳ ית׳ הוא עיקר הכל וטעם המצות הנכללו׳ בהלכו׳ יסודי התור׳ ידוע שעיק׳ הדת לידע שיש שם אלוה שאין עמו אלוה אחר׳ ונכלל תחת ידיעת שתי מצות אלו ענין מעשה בראשי׳ ומעשה מרכב׳ שמידיעת׳ יודעו הראיו׳ על מציאת הבור׳ ושהוא לבדו ראשון יצור לכל׳ ואחר שיתאמת בלב מציאות הבירא ושאין כמוהו בעולם ראוי לאהבו וליראה ממנו ולקדש שמו ולשמוע משלוחיו הנביאי׳ : והמצות נחלקים לב׳ חלקים האחד מצות שבין אדם למקום והשני מצות שבין אדם לחבירו׃ והתחיל בזו ההלכ׳ במצות שבין אדם למקום.

LIBRUM PRIMUM, qui eſt liber cognitionis, vocat ita ideò, quia comprehendit illo præcepta, quæ dependent à cogitatione, cognitione, & ſcientiis. Conſtitutiones autem priores, ſunt Conſtitutiones fundamentorum legis, quas vocavit ſic, quia præcepta comprehenſa ſub illis, ſunt fundamentum legis, & fundamentorum ejus. Niſi enim verificata (demonſtrata) fuerit exiſtentia DEI, & quòd ille ſciat opus filiorum hominum, nulla erit fides in legem. Et propterea vocant eum, qui non confitetur exiſtentiam DEI, errantem in fundamento, quoniam DEus Benedictus eſt fundamentum omnium. Ratio vero præceptorum comprehenſorum in (his) Conſtitutionibus fundamentorum Legis manifeſta eſt, quòd fundamentum Scientiæ (ſit) ſcire, eſſe Deum, qui ſecum non habeat DEum alium. Comprehenditur autem ſub cognitione duorum præceptorum horum negotium *Maaſe Breſchis*, &*Maaſe Mercafa*. Nam ex cognitione horum ſciuntur probationes exiſtentiæ Creatoris, & quod ille ſit ſolus primus & formator (creator) omnium. Poſtmodum verò, quando verificata (demonſtrata) eſt in mente exiſtentia Creatoris, quòd nil ſit ſicut ipſe in mundo, convenit diligere & timere ipſum, ſanctificare nomen ejus, & obſequi Legatis ejus, Prophetis. Porrò præcepta diſtinguuntur in duas partes (1.) in præcepta inter hominem & Deum (2.) in præcepta inter hominem & proximum ejus. Et principium hujus conſtitutionis eſt de præcepto hominis erga DEum.

Cap.

Cap. I.

Sciendum eſt eſſe iſtic DEum.

I.

FUndamentum fundamentorum & columna ſapientiæ eſt, cognoſcere, eſſe iſtic primum ens, iſtudque exiſtentiam largiri cuilibet exiſtenti: Omnia enim entia cœli ac terræ, quæque intra illa ſunt, non exiſtunt niſi ex veritate illius exiſtentiæ. Quod ſi concipias, illud non exiſtere: nulla res poterit exiſtere: Sin autem tibi imagineris, nulla Exiſtentia eſſe præter illud ſolum, iſtud exiſtet, neque deſinet eſſe propter illorum deſtructionem: Omnia enim exiſtentia neceſſario dependent ab illo, ipſe autem benedictus non opus habet illis, ne quidem ullo eorum. Idcirco non eſt veritas ejus tanquam veritas aliqua illorum, uti propheta ait: *Dominus DEus veritas eſt. Jer. X, 20.* q. d. ipſe ſolus veritas eſt, neque ulla datur veritas ſimilis ejus veritati. Idem quoque Lex dicit: *Nullus amplius præter illum ſolum. Deut. IV, 35.* q. d. nulla exiſtit ibi veritas, præter illum ſolum, ſicuti ille eſt.

(2.) Iſtud ens eſt DEus mundi, Dominus totius terræ, gubernans ſphæram potentiâ, quæ caret fine ac termino, & virtute nunquam ceſſante: Orbis enim indeſinenter circumagitur. Fieri autem nequit ut orbis in gyrum agatur absque circummovente: Is vero eſt Deus Benedictus, circumvolvens eum absque manu & corpore.

(3.) Co-

פירק ראשון

לידע שיש שם אלוה:

א׳

יסוד היסודות ועמוד החכמות לידע שיש שם מצוי ראשון והוא ממציא כל נמצא · וכל הנמצאים משמים וארץ ומה שביניהם לא נמצאו אלא מאמתת המצאו. ואם יעלה על הדעת שהוא אינו מצוי אין דבר אחר יכול להמצאות ואם יעלה על הדעת שאין כל הנמצאים מלבדו מצויים הוא לבדו יהיה מצוי ולא יבטל הוא לבטולם שכל הנמצאים צריכין לו והוא ברוך הוא אינו צריך להם ולא לאחד מהם· לפיכך אין אמתתו כאמתת אחד מהם היא שהנביא אומר וי״י אלוהים אמת הוא לבדו אמת ואין לאחר אמת כאמתתו והיא שהתורה אומרת אין עוד מלבדו כלומר אין שם מצוי אמת מלבדו כמותו:

ב המצוי הזה הוא אלהי העילם ארון כל הארץ והוא המנהיג הגלגל בכח שאין לו קץ ותכלי׳ בכח שאין לה הפסק שהגלגל סובב תמיד ואי אפשר שיסוב בלא מסבב והוא ברוך הוא המסבב איתו בלא יד ובלא גוף:

ג וידיעת

ג וידיעת דבר זה מצות עשה שנאמר אנכי ה׳ אלהיך וכל המעלה על דעתו שיש שם אלוה אחר חוץ מזה עובר בלא תעשה שנאמר לא יהיה לך אלהים אחרים על פני וכופר בעיקר שזהוא העקר הגדול שהכל תלוי בו

(3.) Cognitio autem hujus rei eſt præceptum affirmativum, juxta quod dicitur; *ego ſum Dominus DEus tuus. Exod. XX, 2.* Quicunque vero ſibi imaginatur alium eſſe DEum præter hanc, is violat præceptum negativum quoniam dicitur: *Non habebis DEos alienos coram me: ibid. v. 3.* & negat maximum fundamentum a quo reliqua dependent.

ד אלוה זה אחד הוא: ואינו לא שנים ולא יותר על שנים אלא אחד שאין כיחודה אחד מן האחרים הנמצאים בעולם· לא אחד במין שהוא כולל אחרים הרבה· ולא אחד בגוף שהוא נחלק למחלקות ולקצוות אלא אחד שאין ייחוד אחד כמותו בעולם:

(4.) Hic DEus unus eſt, non duo aut plures duobus, ſed unicus: cujus unitas non eſt ſimilis individuis, quæ reperiuntur in mundo: Nec unus eſt ſpecie, complectente plura individua; neque unus corpore, quod eſt diviſibile in partes atque extrema; ſed ita unus eſt, ut nulla unitas ſimilis iſti in mundo reperiatur.

ה אילו היו אלוהות הרבה היו גופים וגויות מפני שאין הנמנים השוים במציאותן נפרדים זה מזה אלא במאורעים שיארעו הגופות והגויות· ואילו היה היוצר גוף וגויה היה לו קץ ותכלית שאי אפשר להיות גוף שאין לו קץ וכל שיש לו קץ ותכלית יש לכחו קץ וסוף:

(5.) Si plures darentur Dii, iſti eſſent corpora: Quia ſimiles conſtituti in eſſentiis ſuis non diſtinguerentur à ſe invicem niſi per accidentia, quæ reperiuntur in corporibus. Et ſi Creator eſſet corpus, haberet finem ac terminum: cum fieri nequeat, ut ſit corpus non habens finem: at vero quicquid præditum eſt fine aut terminô, limitatam atque determinatam habet virtutem.

ו ואלוהינו ברוך שמו הואיל וכחו אין לו קץ ואינו פוסק שהרי הגלגל סובב תמיד אין כוחו כח גוף· והואיל ואינו גוף לא יארעו לו מאורעות הגופות כדי

(6.) DEi autem noſtri cujus benedictum ſit nomen, potentia cum non habeat terminum, neque ceſſet, nam certe orbem perpetuo verſat, non erit potentia ejus corporea. Quapropter cum nec ipſe ſit corpus, etiam corporum accidentia in illo non habebant locum; ut

ut ſit diviſibilis aut ſeparabilis ab aliô. Itaque non niſi unus eſſe poterit: Et cognitio hujus rei eſt præceptum affirmativum, quod ait: *Dominus DEus noſter DEus unus eſt. Deut. VI, 4.*

(7.) Certe expoſitum eſt in Lege & Prophetis, Sanctum & Benedictum non habere corpus, juxta illud quod dicitur: *Dominus DEus noſter in cœlis ſuperne, & in terris infernè. Deut. IV, 39.* Corpus autem non eſt in duobus locis. It. *Quia non vidiſtis ullam imaginem Deut. IV, 15.* Et dictum eſt: *Cui aſſimilaretis me, ut æqualis eſſem. Eſ. XL, 25.* Si autem eſſet corpus, ſimilitudinem haberet cum reliquis corporibus.

(8.) Si ita ſe res habet, quidnam ſibi vult, cum ſcriptum eſt in Lege: *Et ſub pedibus ejus: Ex. XXIV, 10.* Item: *Scripta digito DEi Ex. XXXI, 18. Manus DEi; oculi DEi, aures DEi,* & id genus alia? Omnia dicuntur juxta hominum notitiam, qui tantum apprehendunt corpora: Et loquitur Lex phraſi humanâ omniaque ſunt allegorica, ut e. c. *cum acuero coruſcantem gladium meum Deut. XXXII, 41.* Quid gladium ne habet, & enſe interficit? Non niſi metaphoricè, & totum illud eſt parabolicum.

(9.) Probatio hujus rei eſt, quod propheta quidam ait, ſe vidiſſe veſtimentum Sancti & Benedicti inſtar nivis candidæ. *Dan. VII, 9.* Et alius conſpexit eum veſtibus rubricatum. *Eſ. LXIII, 1.* Et Moſes M. n. vidit illum in mari uti ſtrenue belligerantem, & in Sinai tanquam legatum Synagogæ obvolutum ad indicandum, DEum non habere figuram aut

כדי שיהא נחלק ונפרד מאחר
לפיכך אי אפשר שיהיה אלא
אחר וידיעת דבר זה מצות
עשה שנאמר ה׳ אלהינו ה׳
אחד:

ז הרי מפורש בתורה
ובנביאים שאין הקב״ה גוף
וגויה שנאמר כי ה׳ הוא
האלדים בשמים ממעל
ועל הארץ מתחת והגוף
לא יהיה בשני מקומות:
ונאמר כי לא ראיתם כל
תמונה· ונאמר ואל מי
תדמיוני ואשוה: ואילו היה
גוף היה דומה לשאר גופין:

ח אם כן מהו זה
שכתוב בתורה ותחת רגליו
וכתובים באצבע אלדים·
יד ה׳ עיני ה׳ אזני ה׳· וכיוצא
בדברים הללו. הכל לפי
דעתן של בני אדם הוא
שאינן מכירין אלא הגופות
ודברה תורה בלשון בני אדם
והכל כנויים הם כמו אם
שנותי ברק חרבי וכי חרב
יש לו ובחרב הורג אלא
משל· והכל משל:

ט ראיה לדבר זה שנביא
אחר אומר שראה הקב״ה
לבושו כתלג חיור· ואחר
ראהו חמוץ בגדים· ומשה
רבינו עצמו ראהו על הים
כגבור עושה מלחמה
ובסיני כשליח צבור
לומר שאין לו דמות
וצורה·

וצורה אלא במראה
הנבואה ומחזה ואמתת הדבר
אין דעתו של אדם מבין
ולא יכולה להשיגו ולחקרו
וזהוא שאמר הכתוב החקר
אלוה תמצא אם עד תכלית
שדי תמצא:

י מהו זה שבקש משה
רבינו להשיג בשאמר הראני
נא את כבודך בקש לידע
אמתת המציאות של הקב״ה
עד שיהיה ידוע בלבו כמו
ידועת אחד מן האנשים
שראה פניו ונחקקה צורתו
בלבו שנמצא אותו האיש
נפרד בדעתו משאר האנשים
כך בקש משה רבינו להיות
מציאות הקב״ה נפרדת בלבו
משאר מציאות הנמצאים עד
שידע אמתת המצאו כאשר
היא והשיבו הקב״ה שאין כח
בדעת האדם החי שהוא
מחובר לגוף ונפש להשיג
אמתת דבר זה על בוריו:

יא והודיעו הקב״ה מה
שלא ידע אדם לפניו ולא
ידע לאחריו עד שהשיג
מאמתת המצאו דבר שנפרד
הקב״ה בדעתו משאר
הנמצאים כמו שיפרד אחד
מן האנשים שראה אחריו
והשיג כל גופו ומלבושו
בדעתו משאר גופי האנשים
ועל דבר זה רמז הכתוב
ואמר וראית את אחורי ופני
לא יראו:

יב

aut imaginem, niſi in viſione prophetica & ecſtaſi. Veritatem hujus ſcientiæ non intelligit homo, neque poteſt aſſequi aut inveſtigare, uti Scriptura ait: *Annum profunditatem DEi invenies, uſque ad perfectionem invenies? Job. XI, 7.*

(10.) Quidnam illud eſt, quod petiit Moſes M. n. ut conſequeretur, cum ait: *Videam quæſo gloriam tuam. Ex. XXXIII, 18.* Quæſivit cognoſcere veritatem eſſentiæ DEi, donec eſſet nota intellectui ejus, tanquam notitia cujuſdam ex hominibus, cum contemplatur ejus faciem, & inſculpitur ejus menti imago iſtius, ut iſte homo diſtinctus exiſtat in animo ejus a cæteris hominibus: Sic rogavit Moſes M. n. ut eſſentiæ Sancti Bened. in mente ejus diſtincta eſſet, ab entium reliquorum eſſentiis, uſque dum cognoſceret veritatem eſſentiæ ejus, uti in ſe eſt; ſed reſpondit ei DEus: non poteſt intellectus hominis vivi, compoſiti ex corpore & animâ, perſpicuè aſſequi veritatem hujus rei.

(11.) Revelavit autem illi DEus id, quod nullus cognovit homo ante aut poſt illum, adeo ut apprehenderet ex veritate eſſentiæ ejus aliquid, quo ſegregatus fuit Deus in ejus mente à cæteris entibus, uti quis diſcernit aliquem hominum, cum videt tergum ejus, & aſſequitur mente ſuâ corpus atque veſtimentum ejus a reliquis hominum corporibus: Et hanc rem ſcriptura myſticè proponit, cum ait: *Poſteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur, Exod. XXXIII, 23.*

(12.)Poſt-

Digitized by Google

(12.) Poſtquam autem probatum eſt, illum non eſſe corpus, manifeſtum erit nulla reperiri in eô accidentia corporum; non compoſitionem, neque diviſionem; non locum nec menſuram; non aſcenſum neque deſcenſum; neque dextrum neque ſiniſtrum; neque anterius neque poſterius; non ſeſſionem neque ſtationem, neque quicquam exiſtens in tempore, ita ut habeat principium vel finem atque numerum annorum: Non enim variabilis eſt, quia nihil in eô eſt, quod mutationem in ipſo efficere poſſet.

יב וכיון שנתברר שאינו גוף וגויה יתברר שלא יארע לו אחד ממאורעות הגופות לא חבור ולא פרוד לא מקום ולא מדה לא עליה ולא ירידה לא ימין ולא שמאל לא פנים ולא אחור לא ישיבה ולא עמידה ואינו מצוי בזמן עד שיהיה לו ראשית ואחרית ומנין שנים ואינו משתנה שאין לו דבר שיגרום לו שנוי:

(13.) Non in eô (locum habet) mors, neque vita, ſecundum vitam corporis viventis; neque ſtultitia, nec ſapientia juxta cujuſquam viri ſapientis prudentiam; non ſomnus neque vigiliæ; non indignatio neque riſus; non lætitia neque ægritudo, non ſilentium neque loquela ſecundum ſermonem humanum; & ita dixerunt Sapientes: *non eſt ſuperius ſeſſio neque ſtatio, non diviſio neque compoſitio.*

יג ואין לו לא מות ולא חיים כחיי הגוף החי ולא סכלות ולא חכמה כחכמה האיש החכם לא שינה ולא הקיצה לא כעס ולא שחוק לא שמחה ולא עצבות לא שתיקה ולא דבור כדבור בני אדם וכן אמרו החכמים אין למעלה לא ישיבה ולא עמידה· לא עורף ולא עיפוי:

(14.) Poſtquam autem ita ſe res habet, omnia iſta & id genus alia, quæ in Lege & ſermonibus Prophetarum dicuntur, mera parabola & allegoria ſunt; ſic cum dicitur: *Sedens in cœlis ridebit. Pſalm. II, 4. Provocarunt me vanitatibus ſuis Deut. XXXII, 21.* Ac ſi DEus lætaretur. De hiſce omnibus & ſimilibus dixerunt Sapientes: *Loquitur Lex lingua humana.* Et ipſe ait: *Nonne illi me irritantes Jer. VII, 19.*

יד והואיל והדבר הזה כן הוא כל הדברים הללו וכיוצא בהן שנאמרו בתורה ובדברי נביאים הכל משל ומליצה הן כמו שנאמר יושב בשמים ישחק כעסוני בהבליהם כאשר שש ה' וכיוצא בהן על הכל אמרו חכמים דברה תורה בלשון בני אדם וכן הוא אומר האותי הם מכעיסים:

טו הרי היא אומר אני ה׳ לא שניתי ואילו היה פעמים כועס ופעמים שמח היה משתנה וכל הדברים האלה אינן מצויים אלא לגופים האפלים השפלים שוכני בתי חומר אשר בעפר יסודם אבל הוא ברוך הוא יתברך ויתרומם על כל זה:

(15.) Sane ipſe inquit: *ego DEus non mutor, Malach. III, 6.* Quod ſi eſſet aliquando triſtis, aliquando lætus, eſſet mutabilis: At iſthæc omnia inveniuntur, non niſi in corporibus tenebricoſis & abjectis, *incolentibus domicilia lutea, quorum fundamentum (ſitum) in pulvere Job. IV, 18.* Benedictus ille celebretur, ſupraque hæc omnia extollatur.

פיר׳
פרק ראשון

ועתה נחזור לבאר דברי הגאון אמר ז״ל יסוד היסודות ועמוד החכמה וכו׳ כשתתבונן בד׳ מלו׳ שבתחלת תיבות׳ אלו תמצאם יהו״ה ואפשר שהגאון ז״ל כונתו היה לזכור השם המפורש ברמז בתחלת חבור זה: והודיענו שבתחלה חייב אדם לידע שיש שם אלוה מצוי פי׳ מצוי מחוייב המציאו׳: ואמר מצוי ולא זכר לו תאר אחר זולתי המציאו׳ לפי שכל דבר שנרצה לידע מהותו לא נדע אותה אלא מגבולו והקב״ה אין לו גבול שהגבול הוא המורכב מן הסוג הקרוב וההבדל: והקב״ה אין לו סוג שיכלל תחתיו לפיכך לא נוכל להשיג

Caput Primum
COMMENTARII.

NUnc igitur convertamus nos ad explicandum verba Sapientis. Dixit (v.) f. m. (Rambamus noſter, יסוד היסודות ועמוד החכמה;) i. e. *Fundamentum fundamentorum & columnæ Sapientiæ &c.* Si adverteris ad quatuor literas initiales vocum harum, invenies יהוה. Poteſt enim eſſe, ut Sapientis f. m. intentio fuerit, memorare *Nomen Expoſitum* (hoc) nutu (ſigno) in principio operis hujus. Docet a. nos quòd initiò ſtatim obligetur homo ſcire, quòd ſit aliquis DEus exiſtens, i. e. neceſſariò exiſtens. Et dicit מצוי Exiſtens (tantùm) neque tribuit ipſi prædicatum aliud, præter exiſtentiam ejus, propterea, quia nullam rem, cujus voluerimus ſcire eſſentiam intelligere poſſumus aliunde quàm ex definitione ejusdem. At verò S. B. non habet definitionem, quoniam definitio eſt compoſita ex genere proximo & differentiâ. Sed S. B. non habet genus ſub quo comprehendatur. Igitur non poterit ap-

apprehendi (concipi) Eſſentia ejus aliter, quàm quòd dicamus: ipſum eſſe Ens, & exiſtentiam ejus eſſe eſſentiam illius ita, ut non ſuperaddatur eſſentiæ. Eo ipſo autem quod dicitur, ipſum eſſe Ens (exiſtens) dicitur etiam, quòd ſit primum (Ens) id eſt: quòd ipſo non ſit prior ulla res, quum ipſe nec habeat principium neque cauſam. *Et ille exiſtere facit* (producit) *omne ens &c.* Hoc arguit novitatem Mundi univerſi, hoc eſt, quòd omne Ens, tum *Angeli*, tum *orbes*, tum *Mundus inferior* ſit novum (creatum) & quòd S. B. ſit cauſa illius, quæ exiſtere fecerit (creârit) illud ex privatione perfecta (*nihilo negativo*) & quòd nullum detur primum, quô non ſit prius aliud quid in mundo, exceptô S. B. ſolo. Scias verò, quod fundamenta nobis neceſſario credenda, circa cognitionem Creatoris ſint quatuor hi Articuli: quòd (1.) ſit Ens, (2.) unus & (3.) non ſit Corpus, neque potentia corporea, & quòd (4.) mundus ſit novus, & S. B. innovaverit (creaverit) ipſum. Tres articulos priores jam antea dederunt Philoſophi probationibus clariſſimis: At circa Articulum quartum litigant, & non inventæ ſunt illius demonſtrationes. Unde neceſſe eſt, ut credamus ei ob rationem *Oraliter traditam*, & probationes, quarum meminerunt Philoſophi, ſuper tribus Articulis, multas. Sed ad cognitionem earum puram (claram) (juxta puritatem ſuam) neceſſariæ ſunt præparationes (r. propoſitiones demonſtrativæ) multæ, & tempus longinquum. Viſum nihilominus mihi eſt, meminiſſe demonſtrationis unius

להשיג מהותו אלא כאמר שהוא מצוי ומציאותו היא מהותו ואינה תוספת על מהותו: ואחר שנאמ' שהוא מצוי נאמר שהו' ראשון כלום שלא קדמו שום דבר מפני שאין לו תחלה ולא עילה והוא ממציא כל נמצא וכ' זה מורה על חידוש העולם כולו כלומר שכל הנמצא מן המלאכים ומן הגלגלים ומן העולם השפל הוא חדש והקב״ה היא עילתו והוא המציאו מן ההעדר הגמור ואין לנו ראשון שלא קדמו שום דבר שבעולם אלא הקב״ה לבדו: ודע שהעקרי' שאנו צריכים להאמין בהם בידיעת הבורא ד' עיקרי' והם שהוא מצוי ושהוא אחד ושאינו גוף ולא כח בגוף ושהעולם חדש והקב״ה חדשו: הג' עיקרים הראשונים כבר זכרו להם הפילוסופים ראיות ברורות: והעקר הרביעי נחלקו בו ולא נמצאו עליו מופתים: לפיכך ראוי שנאמין בו מדרך הקבלה והראיות שזכרו אותם הפילוסופים על הג' עיקרי' הרבה אבל ידיעתן על בוריין צריך הקדמות רבות וזמן ארוך: אבל ראיתי לזכור מופת אחד או שנים על כל עקר מהג'

מהג׳. כדי שיהיה סעד
וחזוק למבין: ואף על פי
שאנו חייבין להאמין בכל
אלו הדברים מצד הקבלה
ולא יהיה בלבנו ספק בהן
כשנשמע מופת אחד מאלו
העקרים יסמך הלב בו
ותתחזקה האמנה כמו
שמאמין בב׳ מופתים
האמנתו הזק׳ מן המאמין
במופת אחד והמאמין בג׳
יתר מן המאמין בב׳: דבר
ידוע שדבר שאינו
גוף ולא כח בגוף לא נוכל
להשיגו אלא ממעשיו
ופעולותיו. הבננו בזה
הגלגל מצאנו שהוא סובב
תמיד נאמר שהוא הגלגל
אינו יוצא מב׳ פנים או
שהוא הווה ונפסד או לאו
אם הוא הווה ונפסד ממציאו
אחר ההעדר הוא האל ית׳
והוא מצוי מחוייב המציאות
לא גוף ולא כח לגוף
שאם היה ממציאו גוף
הגוף ג״כ מורכב וכל
מורכב יש לו עלה
ועלתו אם היא מורכבת
חזר הדין לפיכך יכלה
לממציא שאין לו עלה
והוא

unius aut alterius cujusque articuli ex his tribus, ut facilius & firmiùs intelligantur. Quanquam teneamur credere in has res omnes ex parte Traditionis, ut non ſit in animis noſtris dubium circa illas. Quando tamen auditur demonſtraſtio ſingulorum Articulorum horum, iis magis inniti poteſt animus & confirmari fides, ſicut qui credit propter duas demonſtrationes, fides ipſius firmior eſt, ejus, qui credit propter demonſtrationem unam, & qui credit propter tres, firmior, quam qui credit propter duas. Hæc res manifeſta eſt, quòd id (*illum non eſſe corpus, neque potentiam corpoream* [r. quod ens, cui non eſt corpus, neque virtus corporea) non poſſit apprehendi niſi ex operibus & effectibus ejus. Intelligimus id orbe,* quando enim invenimus, quòd ille (Deus) circumvolat ſemper, dicere poſſumus, quòd Orbis (Sphæra) non egrediatur è his duobus modis, nimirum, quod ſit vel generabilis & corruptibilis, vel non. Si generatur & corrumpitur, producit ipſum poſt privationem DEus Benedictus, qui eſt Ens neceſſario exiſtèns, & non corpus, nec potentia corporea. Nam ſi cauſa corporis eſt corpus, etiam erit compoſitum: omne autem compoſitum habet cauſam. Si autem illius cauſa erit compoſitum, redibit quæſtio. Quapropter requiritur ad producentem, ut non habeat cauſam.

* r. Vertamus intellectum noſtrum in Sphæram hanc, invenimus, quod ea ſe circulariter moveat continuò; dicamus, quod Sphæra hæc effugere non poſſit hos duos modos: quod vel ſit generabilis & corruptibilis, vel non.

ſam. Talis autem eſt Deus benedictus. Porrò producens illam (Sphæram) non eſt Ens contingens: quoniam quod contingens eſt, habet cauſam, quod verò cauſam habet, non habet neceſſariam exiſtentiam. Unde impoſſibile eſt, cauſam mundi eſſe aliam, quam Ens neceſſariò exiſtens. Quod ſi verò non generatur & corrumpitur (ſphæra), ecce movetur continuò, omne autem motum habet movens. Si verò motor ejus eſt corpus, ecce corpus etiam movetur, quando movet. Ergo erit movens ipſam (ſphæram) neque corpus, neque potentia corporis. Ecce clarum eſt duobus modis, quòd ſit quoddam Ens neceſſariò exiſtens, quod creavit ſphæram & quicquid eſt intra illam, aut movens ſphæram. Id autem eſt cauſa ejus juxta ſententiam Philoſophorum. Talia autem Entia neceſſaria (neceſſariô exiſtentia) non poſſunt eſſe * plura duobus. Si enim eſſent duo, utrumque eſſet neceſſario exiſtens, & neutrum cauſa (alterius,) ambo convenirent in aliquo, ſicuti ſpecies (r. & eſſet ſicut ſpecies,) comprehendens inferiora: & in aliquo differrent ab invicem, & id in quo convenirent, eſſet extra id (r. aliud quid ab illô,) quô differrent: ex quo neceſſario ſequeretur, utrumque eſſe compoſitum ex duabus rebus. At verò neceſſariò exiſtens eſt ſimplex, ſimplicitate verâ, & non compoſitum. (r. ſed ſimplex verum non eſt compoſitum.) Ergò neutrum horum eſſet neceſſariò exiſtens. Poſtquàm igitur demonſtratum eſt, ens neceſſario exiſtens non poſſe eſſe compoſitum è duabus rebus, neceſſariò ſequi-

והוא האל ית׳ וגם ממציאו אינו דבר אפשרי שהאפשרי יש לו עילה וכל שיש לו עילה אינו מחויב המציאות הילכך אי איפש׳ שיהא ממצי׳ העולם אלא מצוי מחויב המציאות: ואם אינו הווה ונפסד הרי הוא מתנועע תמיד כל מתנועע יש לו מניע ואם מניעו גוף הרי הגוף גם כן מתנועע בעת שיניע הילכך יהיה מניעו לא גוף ולא כח בגוף הרי נתבאר על ב׳ הפנים שיש שם מצוי מחוייב המצואות הוא שברא הגלגל וכל מה שבתוכו או המניע הגלגל והוא עלתו על דעת הפילוסופים׳ וזה המצוי המחויב המציאות א״א שיהיה שנים או יתר על שנים שאם היו שנים כל אהד מהם מחוייב המציאות ואין אחר מהם עלה לשני יהיה להם דבר שנשתתפו בו ויהיה כמין הכולל למה שתחתיו ויהיה להם דבר שנפרד בו האחר מחברו ודבר שנשתתפו בו חוץ מדבר שנפרדו בו יתחייב מזה שיהיה כל אחד מהם מורכב מב׳ ענייני׳ ומחויב המציאות

* non poſſunt eſſe duo.

Digitized by Google

המציאות הוא פשוט
פשוט אמתי לא מורכב
הילכ׳ לא יהיה אחד מהם
מחייב המציאות׳ ואחר
שנתבאר שמחייב המציאות
אי אפשר שיהיה מחובר מב׳
עניני תחייב מזה שאא
שיהיה גוף שהגוף מורכב
מגולם וצורה וישתתף עם
שאר הגופים בענין
הגופניות: מופת אחר דבר
ידוע שהעולם מצוי וכל
המצויים לא יצאו מג
חלקים או כולם הוים
ונפסדים או כולם אינם
הוים ונפסדים או מקצתם
הוה ונפסד או מקצתם
אינו הוה ונפסד׳ אא שיהיו
כולם הוים ונפסד׳
שאכ יהיה כל מצוי אפשר
לו ההויה והתפסד והאפשרות
במין אי אפשר שלא יהיה
יתחייב שיפסד כל מצוי
ואם יפסדו׳ כולם לא יהיה
דבר מצוי והרי אנו מציוים
ורואים רבים מציים׳ החלק
השני שאינם כולם הוים
ונפסדים גם כן שקר שהרי
אנו רואים מצויים רבים
הוים ונפסדם׳ נשאר החלק
השלישי שיהיה מקצתם
אינו הוה ונפסד. והדבר שאינו הוה ונפסד אם יש לו עילה אף
עפ שעילתו מחייבת חמציאות הוא׳ אפשרי המציאות לפיכך
תהיה העילה היא המחייבת המציאות: היוצא מזה המופת
שמאחר

ſequitur exinde, impoſſibile eſſe, ut ſit corpus: quoniam corpus eſt compoſitum ex materiâ, & forma & convenit cum reliquis corporibus ratione corporeitatis. Demonſtratio alia: In confeſſo eſt, quòd mundus ſit Ens. Sed omnia Entia tantùm ſunt trium generum. Nam aut omnia (1.) generantur & corrumpuntur. Aut (2.) nulla generantur & corrumpuntur. Aut (3.) quædam generantur & corrumpuntur, quædam verò non generantur & corrumpuntur. Non dici poteſt: omnia generari & corrumpi. Si enim ita eſſet, omne Ens poſſet generari & corrumpi; * ſi autem accidit toti ſpeciei impoſſibile eſt, non neceſſariò corrumpi omne Ens. Si autem intereunt omnia, non erit ullum Ens, falſum quod, nos enim exiſtimus, & videmus res multas exiſtere. Alterum membrum, quod nulla generentur & corrumpantur, etiam falſum eſt, quia nos videmus, Entia multa generari & corrumpi. Relinquitur (ergò) pars tertia, quædam ſcilicet non generari & corrumpi. Res autem illa quæ non generatur & corrumpitur, etſi habeat cauſam neceſſariam, eſt ens contingens. Ergò ipſius cauſa erit ens neceſſarium. Ex quo naſcitur demonſtra-

* 1. Si enim ita eſſet, ſequeretur quod omni exiſtenti contingere poſſet generatio & corruptio, poſſibilitas vero in certa ſpecie, non eſt poſſibilis ut non fiat h. e. neceſſario fit, ex quô ſequitur, quod omne exiſtens corrumpatur: Si vero omnia exiſtentia corrumpuntur, nullū ſupererit exiſtens, cum tamen nos exiſtamus, & multas res exiſtentes videamus.

Digitized by Google

ſtratio, quòd, quoniam quædam generantur & corrumpuntur, quoddam, quod nec generatur, nec corrumpitur, ſit cauſa generandi & corrumpendi. Si verò hæc cauſa aliam habeat, erit contingens: nam non poterit progredi in infinitum; ſed tandem terminari debebit in cauſa, quæ nec generetur nec corrumpatur, nec habeat cauſam: ſed ſit neceſſariò exiſtens; hæc autem eſt DEus Benedictus. Jam verò demonſtratum eſt, Ens neceſſarium non poſſe eſſe corpus, neque potentiam corporis. Potentia enim corporis tandem conſumitur conſumpto corpore: Ens autem neceſſarium nunquam deſinit. Ecce monſtrati ſunt tres hi Articuli: (1.) Quòd (Deus) ſit Ens (2.) unus, & (3.) nec corpus, neque potentia corporis. Articulum autem quartum (quod attinet, ſcilicet Mundum eſſe creatum) non habemus demonſtrationem certam: quapropter nos oportet credere propter traditionem, nim. Prophetiæ, quoniam prophetia eſt ſupra miracula (r. demonſtrationes). Et ideò (Rambam) ait: *Quod ſit de fundamentis Legis, ſcire, eſſe aliquod Ens primum, producens omne Ens* Poſtquàm enim creditum eſt, illum producere omne Ens (ideo exiſtent entia; nullæ creaturæ, tam quæ in cœlo, quam quæ in terra exiſtunt, niſi propter veritatem exiſtentiæ ejus) nulla Entia in cœlo & terra exiſtent, niſi propter veritatem exiſtentiæ ejus. Si autem aſcendat in cogitatione (i.e. ſi tibi imagineris) *Quòd ille non exiſtat, non res ulla poterit exiſtere &c.* id eſt, poſtquam clarum eſt, ipſum producere omne Ens, & eſſe cauſam

שמאחר שיש שם דברים
הוים ונפסדי׳ ודבר שאינו
הוה ונפסד עילה להוות
ונפסד והעילה אם יש לה
עילה תהיה אפשרית ח
לא ימשך לאין קץ אלא
בסוף יכלה לעילה שאינה
הוה ונפסדת ואין לה עילה
והיא מחוייבת המציאות
והיא האל ית׳: וכבר התבא׳
שמחוייב המציאו׳ אי אפשר
שיהיה גוף וגם לא יהיה כח
לגוף שכח הגוף כלה בכלין
הגוף ומחויב המציאות. לא
יכלה: הרי נתבארו הג׳ עיקרים
הם שהוא מצוי: ושהוא
אחד: ושאינו גוף ולא
כח לגוף: והעיקר הד׳
והוא שהעולם חדש לא
נמצא עליו מופת אמתי
לפיכך אנו מחוייבים שנאמין
בו מדרך הקבלה קבלת
הנבואה שהנבואה למעלה
מן המופת· ולפיכ׳ אמר
שמיסודי הדת לידע שיש שם
מצוי ראשון הוא ממציא כל
נמצ׳. ואחר שנאמין שהוא
ממציא כל נמצא יהיו כל
הנמצאים מן שמים וארץ
לא נמצאו אלא מאמתת
המציא: ואם יעלה על
הדעת שהוא אינו מצוי אין
דבר אח׳ יכול להמצא׳ וכו׳
כלום׳ שאחר שנתברר שהוא
ממציא כל נמצא והוא עילה
אמיתית

אמיתית להם ואם יעלה על הדע' שאין שם עילה לא יהיה עלול: אבל אם יעלה על הדעת שאין שם עלול כלומר שאבד העלול לא תאבד העילה שאינה מתבטלת בבטול העלול:

שכל הנמצאים צריכין לו והוא אינו צריך להם וכו' אמר בתחלה ולא יבטל הוא לבטולם אבל הם בטלים לבטולו. שכל מצוי שיש עילה למציאותו אין עילת מציאותו היא עילת קיומו שהבונה הוא עילה פועלת לבניין ואם ימות הבונה לא יפסד הבניין שקיום הבניין יש לו עילה זולת עילת הויתו· והקב"ה הוא ממציא כל נמצא והוא המקיימו בשפע ששופע עליו תמיד ומפני זה הם צריכין לו והוא אינו צריך להם לפיכ' אין אמתתו כאמתת אחד מהם שכל הנמצאים אפשריים והוא מחוייב המציאות ומחוייב המציאות לא ידמה לאפשרי המציאות:

המצוי הזה הוא אלוה העולם וכו' פי' אלוה שליט ומושל והוא נעבר אדון כל הארץ וגם הוא ארון השמים אלא צחות לשון שצירף לארץ לשון אדנות ולגלגל הנהגה והוא המנהיג הגלגל בכח שאין לו קץ וחבר

ſam vetam eorum, & tibi imaginari velles, non eſſe aliquam cauſam, nullum foret cauſatum. Si verò fingas non eſſe ullum cauſatum v. g. interire cauſatum, non ſtatim interibit cauſa, quoniam illa non tollitur ſublato cauſato.

Omnia Entia indigent eo, ſed ille non indiget eorum &c. Dixerat initiò: Neque ceſſabit ille ceſſantibus illis, ſed illa ceſſabunt, ceſſante eô, quoniam omne Ens, quod habet cauſam exiſtentiæ ſuæ, (producentem) non habet (propterea eandem) cauſam exiſtentiæ ſuæ (productivam) quæ etiam ſit cauſa conſervationis ejus. (conſervativa.) Nam architectus eſt cauſa efficiens ſtructuræ, ſed, ſi mortuus fuerit architectus, non (propterea) corrumpitur ædificium, quoniam conſervationis ædificii cauſa eſt alia, præter cauſam generationis ejus. Sed DEUS producit omne Ens, & conſervat illud influxu, quo influit in illud ſemper, & propterea nos indigemus eo. Unde Veritas (exiſtentia) ejus non eſt talis, ſicuti veritas (Metaphyſica i. e. exiſtentia) ullius horum. Omnia enim Entia ſunt contingentia, ipſe verò neceſſario exiſtit. Neceſſariò autem exiſtens non poteſt aſſimilari contingenter exiſtenti.

Ens hoc eſt Deus (& Dominus, Mundi &c.) Senſus eſt, quòd Deus ſit Imperator, & gubernator & colendus Dominus univerſæ terræ. Sed (objicies) etiam eſt Dominus cœli. Reſp. eſt elegantia linguæ, dum (Autor) conjungit cum *terra* vocem *Dominii*, & cum *ſphæra* vocem *circumvolutionis*. *Et ipſe circumvolvit ſphæram virtute infinita* Ad-

Adducit autem demonſtrationem hujus: quia ſphæram circumvolvit ſemper. Ex hoc enim neceſſariò ſequitur, virtutem circumvolventis eam eſſe inceſſantem, etiam juxta ſententiam ejus qui ſtatuit: Mundum eſſe creatum & defectibilem. Ecce habes circumvolventem. (NB. puto legendum סבוב Mobile) (l. intelligendus eſt circumvolvens potentiâ) *Sed impoſſibile eſt, ut moveatur absque motore. Is autem movet absque manu & corpore.* Jam meminimus hoc ſupra: Si motor ſphæræ eſſet corpus, etiam ille moveretur, dum movet, Ergò requiritur ad motorem (primum) ut ipſe non moveatur. Hic autem eſt DEus, qui movet ſphæram per influxum à ſe ipſo. Id eſt, quod dixit (Autor) *ſine manu & ſine corpore.*

Cognitio autem rei hujus eſt præceptum affirmativum. S. D. (Deut. VI.) *Ego ſum Dominus DEus Tuus.*] Vox *ego* innuit *exiſtentiam*, & *Jehova* nomen expoſitum, יהוה *Benedictus* innuit neceſſitatem exiſtentiæ. אלהיך, (arguit) quòd, poſtquam demonſtrata eſt nobis exiſtentia Creatoris, & ipſum eſſe neceſſariò exiſtens, noſtrum ſit, ut faciamus ipſum *Deum ſuper nos*, id eſt, ut colamus eum, & non alium præter eum. Sic enim receperunt Patres noſtri Abraham, Iſaac & Jacob Divinitatem ejus ſuper ſe, & vocatus eſt DEus ipſorum in æternum. S. D. E. (Exod. III, 16.] *Deus Abraham, Deus Iſaac, & DEus Jacob &c.* Et Iſraëlitæ ſimiliter receperunt. Divinitatem ejus ſuper ſe, ſicuti Patres noſtri, quando dixit illis (Ex. XIX,

חכר המיפרת על זה שהגלגל סובב תמיד ויתחייב מזה שיהיה חכח המסבבו אין לו הפסק ואפילו על דעת האומר שהעולם חדש ואיפשר שיכלה הרי הוא סובב:

ואי איפשר שיסוב בלא מסבב והוא המסבב אותו בלא יד ובלא גוף· כבר זכרנו זה למעלה שאם היה מסבב הגלגל גוף גב״ היא מתנועע בעת שינוע הולכן יכלה למניע שאינו מתנועע והוא האל שמניע הגלגל בשפע מלפניו וזהו ענין מאמרו בלא יד ולא גוף:

וידיעת דבר זה מצות עשה שנאמר אנכי י״י אלהיך. מלת אנכי תורה על המציאות וי״י הוא השם המפורש יהוה ית׳ המורה על חיוב המציאו׳ אלהיך אחר שיתאמת אצלינו מציאות הבורא ושהוא מחויב המציאות ראוי לנו שנעשה אותו אלוה עלינו כלומר שנעבוד אותו ולא נעבוד זולתו שכן קבלו אבותינו אברהם יצחק ויעקב אלהותו עליהם ונקרא אלוהים לעולם שנאמר אלהי אברהם אלהי יצחק ואלהי יעקב וכו׳ וישראל גם כן קבלו אלהותו עליהם כמו שקבלו אבותינו כשאמ׳ להם ועתה

ועתה אם שמע תשמעו
בקולי והייתם לי סגולה
כלומר שתעבדו אותי ואהיה
לכם לאלוה ולא תהיו ככל
העמים שכל עם יש לו אלוה
מן המלאכים או הגלגלים
אבל אני רוצה לקרב אתכם
אלי ואהיה ,לאלוה לכם:
וכל המעלה על דעתו שיש
שם אלוה אחר חוץ מזה
עובר בלא תעשה וכו' כלומ'
כל המעלה על דעתו שיש
לעולם כולו אלוה חוץ מהשם
ית' עובר בלא תעשה:
שנאמר לא יהיה לך אלהים
אחרים על פני· כלומר בעוד
שאני מצוי וכבודי מלא העולם
כמו שאמר הנבי' העם
המכעיסי' אותי על פני:
וכפר בעיקר פירוש כפר
בשם שהוא עיקר העלם
כלומר עילתו האמתית שהכל
תלוי בו שהוא עילה מציאות
הכל ועילת קיומו: אלוה
זה אחד הוא אינו שני' ולא
יתר על שנים וכו ככבר
הקדמנו שנתבאר' במופ'
אמיתי שהשם מחוייב
המציאות ואינו גוף ולא
כח לגוף· הודיענו שידענו
זה מדרך הקבלה שהודיענו
משה רבי' ואמר לנו שמע
ישראל יי' אלהינו יי' אחד·
פירושו השם שהוא אלהינו
הוא אחד: ולפי שמלת אחד
תאמר על ענייני' הרב' ואין
אחד מהם אחד אמיתי אלא
השם שאין כיחודו אחד
זולתו:

לא

XIX, 5.) *& nunc, ſi audiendo audieritis vocem meam eritis mihi peculium*, id eſt, ſi colueritis me, ero vobis in DEum, & non eritis ſicuti omnes populi, quilibet enim populus habet Deum ex Angelis aut Orbibus: Sed ego volo congregare vos ad me, eroque Deus Vobis (Veſter) *Omnis verò, qui putat, eſſe Deum alium præter iſtum, transgreditur negativum* (præceptum) &c.] Vult dicere: Quicunque putat, eſſe in mundo univerſo DEum præter S. B. transgreditur negativum. Quoniam dicitur: Non erunt Tibi Dii alieni coram me. i. e. quamdiu ego exiſto, & gloria mea replet mundum, ſicuti dixit Propheta: (Jeſ. LXV, 3.) Populus ad iram commoverunt me coram me. *Et negat fundamentum* i. e. negat id, quod eſt fundamentum mundi, q. d. (negat) cauſam illius veram, à quâ dependent omnia, quæ ſcil. eſt cauſa entis omnis, & conſervationis ejus. *DEus hic unus eſt, non duo aut plures duobus &c.*) Anteà præfati ſumus, quod oſtenſum ſit demonſtratione firma, (vera) DEum eſſe neceſſarium Ens, non corpus aut potentiam corpoream. Certificavit autem nos, quòd ſciamus id per modum Traditionis, ut ſignificavit nobis Moſes Doctor noſter, dum dixit nobis (Deut. 6.) *Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Jehova unus.* Cujus ſenſus eſt: DEus, qui eſt DEus noſter, eſt unus. Quanquam verò dictio *unus* dicatur multifariam, nullum Unum tamen eſt Unum revera, præter Deum, quia non eſt talis unitas extra ipſum.

Non

Non eſt Unus ſpecie &c.) Species dicitur bifariam (1.) in lingua Arabica, Genus dicitur ſpecies una (2.) Species altera eſt, quæ complectitur multa, ut ſi dicas: Species Animalis una, quæ comprehendit omnem animam viventem, & adhuc comprehendit individua multa, ut ſi dicas ſpecies hominis, quæ comprehendit omnes homines. Et hoc poſteriori ſignificatu dicit (autor) quòd Deus non ſit ut hæc ſpecies, ut comprehendat individua multa. *Neque unus ut corpus.*) Datur corpus, cujus compoſitio eſt manifeſta, ſicuti corpus animalis. Quanquam enim homo aut beſtia ſint corpus unum, tamen componitur ex partibus multis. Et clarum eſt ὀφθαλμοφανεῶς, hoc (corpus) eſſe compoſitum, & non ſimplex, niſi forſan corpus ſphæræ aut quoddam ex elementis, quod videtur quidem juxta aſpectum ocularem eſſe unum & non compoſitum, revera tamen non eſt unum, quoniam componitur ex materia & forma. Ecce ergò duo ſunt.

Porrò diviſibile eſt in partes, ſicuti diximus, & Terminos) [r. dimenſiones] Nam corpus eſt moles, moles autem habet tres dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatem. *Sed unitas talis, ut non ſit ſimilis ipſi.*] Res nota eſt, nos, quando Deum vocamus unum, non loqui propriè, ſed metaphoricè. Nam unum eſt principium numeri, nu-

לא אחד במין וכו' המין יאמר על שני ענינ' האחד הקרוי בלשון ערבי גנס * מין אחד· והמין האחר זהוא כולל ענינים רבים כמו שתאמר מין החי אחד והוא כולל כל נפש חיה וגם הוא כולל אחרים הרבה כמו שתאמר מין האדם והוא כולל כל בני האדם· ועל הענין השני אמ' שאין הקב"ה כזה המין שהוא כולל אחרים הרבה: ולא אחד כגוף וכו' יש גוף שהתרכבה בו גלויה כגוף גוף החי שאעפ"כ שהאדם או הבהמה גוף אחד הוא מורכב מאברים הרבה· וזה ברור למראית העין שהוא מורכב ואינו פשוט אלא אפילו גוף הגלגל או אחד מהיסודות שנראי' למראית העין שהוא אחד ואינו מורכב הוא באמת אינו אחד מפני שהוא מחובר מחומר וצורה והרי הוא שנים:

ועוד נחלק למחלקו' כמו שאמרנו ולקצוו'· שהגוף גשם והגשם יש לו ג' קצוות אורך ורוחב ועומק: אלא יחוד שאין יחוד אחר כמותו וכו' דבר ידוע שזה שאנו מתארים השם ואומר' שהוא אחד לא על דרך האמת אלא על דרך ההשאלה מפני שהאחד תחלת המנין והמנין

* גנס & גְנְסָא Syr. & Chald. Arabice גִנְס γένος, eſt genus, natio a Rad. Ar. גנס homogenium fecit.

והסנין ממאמרות הכמות׃
והמאמרות כולם מקרים
ונופלים ומאורעות פי׳
אעראץ ולא יתכן שיהיה לו
מקרים אלא זה שאנו אומרים
אחד להורות השכל שאינו
שני׳ ולא יותר על שנים׃
אילו היו אלהות הרבה היו
גופין וגויות וכו׳ גוף וגויה
כפל׳ הענין במלות שונות
דרך צחות ושניהם מן
הכתוב גופת שאול וגופות
בניו׃ ונאמר וגויתו כתרשיש
זה הסקו׳ צריך עיון שישאלו
אפשר שיהו אלהות הרב׳
ולא יהיו גופין שהרי השכלי׳
הנבדלי׳ הרבה ואינם גופין
וגויות והנפשות הרבה
ואינן גוף׃ ויש להשיב שענין
דבריו כך אילו היו אלוהות
הרבה יהיו גופים׃ או יהיה
אחד עילה לחברו מפני שכבר
נתבאר שחיוב המציאות אי
אפשר שימצא לשנים יהיה
האחד עילה לחברו העלול
אינו אלוה מפני שהוא אפשרי
שהרי יש לו עילה ולפיכך
לא יקרא אלוה וראיה לזה
מה שאמר אחר כך שאין
הנמנין השוין במציאותם
נפרדים זה מזה פי׳ השוין
במציאותן שאין אחד מהן
עילה לחברו שאם היה אחד
מהם

numerus verò eſt ex prædicamento Quantitatis. Sed prædicamenta omnia accidunt & cadunt. (h. e. adeſſe & abeſſe poſſunt) Vox hæc ומאורעות ſignificat accidentia. Non autem convenit, ut ipſi (Deo) competant accidentia. Quando verò ipſum vocamus Unum, fit ad intelligendum, ipſum nec eſſe duos neque plures duobus. *Si eſſent Dii multi, forent corpus & corporei &c.)* גוף וגויה Bis dicit idem vocibus diverſis per viam elegantiæ. Ambo autem ſunt ex ſcriptura (1. Par. X, 12.) *Corpus Saulis, & corpora filiorum ejus.* Sic dicitur: (Dan. X, 6.) & corpus ejus ſicuti Tarſis (Beryllus) Hîc notandum, objici (forte) poſſe eſſe Deos multos ita, ut tamen non ſint corpora. Ecce enim intelligentiæ ſeparatæ multæ, nec tamen corpora ſunt, aut corporea; item animæ multæ ſunt, non tamen corpora. Sed reſpondendum eſt, ſenſum verborum ejus (Autoris) hunc eſſe: Si eſſent Dii multi forent corpora, aut unus cauſa alterius. Jam enim oſtenſum, dari duo entia neceſſaria ita ut unum ſit cauſa alterius. * Cauſatum enim non eſt Deus, quia id eſt contingens, cùm habeat cauſam, & conſequenter non poterit vocari Deus. Cujus probatio eſt, quod dicit poſtmodum: *non poſſe habere æqualem eſſentiam ſi ſeparata ſint abinvicem.)* Æquales eſſentia intelligit ita, ut unus non ſit cauſa alterius. Si enim unus ſit

* (r. Jam enim oſtenſum eſt, quod ens neceſſarium impoſſibiliter duobus competat eſſet enim alterum cauſa alterius, effectus vero non eſt cauſa.

Digitized by Google

ſit cauſa alterius, non erunt æquales eſſentiâ. Repetemus diſcurſum; dixerat (Autor) *quòd non ſint æquales eſſentia, ſi ſint ſeparati &c.*) id eſt, ſi eſſent æquales eſſentia, foret etiam eſſentia eorum æqualis. Si verò eſſentia eorum eſſet æqualis, quomodo differrent ab invicem? Si verò haberent accidentia, quibus differrent, ecce eſſent corpora. Accidentia enim ſubjectantur; Impoſſibile autem eſt ſubjectari abſque ſubjecto: ſubjectum verò accidentium, eſt corpus. Unde conſequitur ex hoc diſcurſu: Si eſſent Dii multi, & quidem æquales in exiſtentia ſua, non differrent, niſi per accidentia: Si autem haberent accidentia, forent corpora. *Si verò eſſet creator corpus &c.*) Hæc alia materia eſt. Vult (a.) dicere: Si DEus habet terminum, & finem, & corpus, * eſt finitus. Ergò exinde neceſſario ſequitur, ipſum non eſſe corpus. Probatio prioris eſt, quia Deus neceſſario exiſtit. At verò neceſſariò exiſtens, non habet terminum & finem; quicquid enim tale eſt, habet principium; neceſſarium autem Ens deſtituitur principio. Probatio poſterioris eſt, quoniam corpus habet tres dimenſiones; quod autem tale eſt, finitum eſt, & deficit. *Quicquid autem habet terminum & finem, etiam habet potentiam finitam &c.*) Vult dicere: DEus eſt incorporeus, ſi enim eſſet corpus, haberet terminum. Quicquid autem habet terminum, illius quoque potentia habet terminum & finem, Dei verò potentia talis non eſt. Quod probaturus (Majem.) dicit: nos videre ſphæram circum-

מהם עילה לחברו אינן שוים במציאותם׃ נחזור לענין אמר שאין הנמנין השוים במציאותן נפרדין וכו׳ פירו׳ אם יהיה שוין במציאות תהיה אמתתם שוה׃ ואם אמתתם שוה במה יפרדו זה מזה׃ ואם יש להם מאורעות שיפרדו מהם הרי הם גופים. שהמאורעות נשואים ואי אפשר לנשוי בלא נושא׃ והנושא המאורעות גוף לפיכך היוצא מזה הענין שאם היו האלוהות הרבה והם שוין במציאותן אינם נמנין אלא במאורעות ואם יש להם מאורעות יהיו גופות׃ ואילו היה היוצר גוף וכו׳ זה ענין אחר רוצה לומר שהאל אם לו קץ ותכלית והגוף יש לו קץ ותכלית יתחייב מזה שהשם איננו גוף׃ המופת על הראשון שהשם מחוייב המציאות ומחוייב המציאות אין לו קץ ותכלית שאם יש לו תכלית יהיה לו תחלה ומחוייב המציאות אין לא תחלה׃ והמופת על השני שהגוף יש לו ג׳ מרחקים וכל שיש לו מרחקים יש לו קץ והוא כלה׃ וכל שיש לו קץ ותכלית יש לכחו קץ וסוף וכו׳ כלומר האל איננו גוף שאלו היה גוף היה לו קץ וכל שיש לו קץ יש לכחו קץ ותכלית והאל אין לכחו קץ׃ ובא לתת ראיה על זה ואמר שאנו רואים הגלגל סובב תמיד והאל הוא שמסבב

* *Et corpus habet terminum & finem, ſequitur, &c.*

שמסבב אותו כמו שיתבאר והואיל והוא סיבב תמיד בכח האל אין לכח מסבבו קץ ותכלית שאלו היה לכח מסבבו קץ לא היה סובב תמיד: והואיל ואינו גוף לא יארעו מאירעות הגופות כבר נתבאר זה למעלה: וידיעת דבר זה מצות עשה שנאמר יי אחד ושלש מצות אלו שהם לידע שיש אלוה ושלא יעלה במחשבה שיש שם אלוה אחר וליחד נתבארו בסוף מסכת מכות: הרי מפורש בתורה ובנביאים שאין הקדוש ברוך הוא גוף וגויה וכו' אחר שבואר מדרך המופתים שאינו גוף חזר להביא ראיה מן הכתוב ואמר כי יי אלהיכם הוא האלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת: זה הכתוב אינו בתורה אלא הוא בספר יהושע ויש כתוב אחר בתורה כי יי אלהיכם הוא אלהי האלהים ואין סו בשמים ממעל וכתוב אחר בתורה יש בו הראיה שבקש להביא: והוא וידעת היום והשבת אל לבבך כי יי הוא האלהים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת: כלומר שאחר שאמר שהוא בשמים ובארץ אינו גוף שהגוף אינו בשני מקומות בזמן אחד והואיל ונאם שהוא בשני מקומות שהן השמים והארץ כל

cumvolvi ſemper, Deum autem eſſe circumvolventem, ut clarum eſt. Quod ſi vero illa circumvolvatur ſemper virtute Dei, ipſius (Dei) potentia (ſanè) circumvolvens ipſam (ſphæram) non erit finita. Si enim eſſet finita, & haberet terminum, non perpetuo circumvolveret. *Si verò non eſt corpus, non accident ipſi accidentia corporea.*) Hoc jam antè (ſupra) declaratum eſt. *Scientia autem hujus rei eſt præceptum affirmativum. S. D. e. Dominus Deus tuus unus.*) Hæc vero tria præcepta: Credere aliquem Deum eſſe; & ne putes eſſe Deum alium; item: ut unum habeas, expoſita ſunt in fine codicis Maccos. *Ecce expoſitum eſt in lege & Prophetis, Deum S. B. non eſſe corpus aut corporeum &c.*) Poſtquam declaravit per demonſtrationes, quod non ſit corpus; revertitur, & adducit probationem ex ſcriptura dicente: *Dominus Deus veſter eſt Deus in cœlo deſuper, & in terrâ ab infra.* Hoc ſcriptum non eſt in lege, ſed in libro Joſuæ (c. II, 11,) aliud enim habetur in Lege) *Nam Jehova DEus veſter eſt DEus Deorum, & non eſt* (alius) *in cœlo deſuper.* Aliud (vero) ſcriptum in lege, in quo continetur probatio, quam volebat adducere. eſt hoc: (Deut. IV, 39.) *Et ſcito hodiè & ponas ſuper cor tuum, quod Dominus ſit DEus, in cœlo deſuper, & in terrâ infra.* Vult dicere: ipſum, quoniam eſt in cœlo & in terra (ſimul) non eſſe corpus. Nam corpus non (poteſt eſſe) in duobus locis ſimul. Quanquam vero dicatur, illum eſſe in duobus locis, puta, cœlo & terrâ (tamen) ſen-

ſenſus ſcripturæ eſt, quòd ille ſit in cœlo & in terra regimine (ſuo), ſeu quòd dominetur in cœlo & in terra. Si enim eſſet in cœlo & in terra juxta literam, eſſet corpus, aut potentia corporea. *Et dicitur* (Deut. IV, 15.): *non vidiſtis ullam imaginem.*) Hæc eſt ſententia vera. Omne enim corpus habet effigiem. Deus verò dixit quod, cum apparuit ipſis, audierint ſermonem, non verò viderint ejus imaginem. *Porrò dicitur:* (Eſai XL, 25.) *Cui aſſimilabitis me, & aſſimilabor:* Vult dicere, quòd nil in rerum natura æquale aut ſimile ipſi ſit. *Si verò eſſet corpus, foret ſimilis reliquis corporibus*) Scilicet ratione corporeitatis. *Si hoc ita* (eſt) *quid eſt, quod dicitur in ſcripturâ* (Ex. XXIV, 10.) *& ſub pedibus ejus &c:*) Reſpondeo: Lex data eſt univerſo populo Iſraëlis, viris, mulieribus & parvulis. Sed Deus novit cogitationes ſciens, quòd ſint corpora ex IV. Elementis, quæ non poſſint apprehendere ſeparatum in claritate ſua, quapropter locutus eſt cum ipſis ſermone (tali,) quem poterat cognitio eorum ferre, Conſiderantes enim hoc, & apprehendentes, quantum de eſſentia DEi poterant, ſtatim intellexerunt, cuncta hæc non aliter dici niſi per Metaphoram. Et de hoc dixerunt Doctores noſtri f. m. *loquitur lex ſermone Filiorum hominum,* i. e. loquitur cum ipſis tali ſermone, quem poſſunt intelligere, idque propterea, quoniam corpora non poſſunt apprehendere ſeparatum juxta claritatem ſuam &c. Igitur quando venit (l. Scriptura loquitur) ſermone ipſorum (homi-

כל עניין מאמר הכתוב
שהוא בשמים ובארץ רוצה
לומר ממשלתו כלומר שהוא
מושל בשמים ובארץ:
שאילו היה בשמים ובארץ
כפשוטו היה גוף או כח
לגוף ונאמר כי לא ראיתם
כל תמונה· וזה דבר אמתי
שכל גוף יש לו תמונה
והשם אמר שבשעה שנגלה
להם ושמעו דברו לא ראו לו
תמונה: ונאמר ואל מי
תדמיוני ואשוה כלומר שאין
דבר בעולם שוה לו ולא
דומה לו: ואלו היה גוף היה
דומה לשאר הגופים בענין
הגופניות: אם כן מה הוא זה
שנאמר בתורה ותחת רגליו
וכו' התורה ניתנה לכל
המון ישראל אנשים ונשים
וטף· והשם יודע המחשבות
ידע שמאחר שהם גופים
מחוברים מד' יסודות
אי אפשר שישיגו הנפרד
על בוריו לפיכך דבר
עמהם בלשון שתוכל
דעתם לסבול· ואחר
כך כשיתבוננו ויבינו וישיגו
מאמתת השם מה
שיוכלו להשיג· ידעו שכל
הדברים האלה לא נאמרו
אלא בדרך השאלה· ועל
זה הענין אחז"ל דברה תורה
בלשון בני אדם· כלומר
דברה עמם בלשונן שיבינו
אותו· שמאחר שהם גופים
לא ישיגו הנפרד על בוריו·
ומאחר שבא הכתוב בלשונן
שאין

שאין בו הפק והוא משל
והוא אם שנותי ברק חרבי
נדמה לו הכל ונאמר
שהכל משל וכנוי: ראיה
לדרך זה שנביא אחד
אומר שראה הקדוש ברוך
הוא לבושיה כתלג חור
וכו' רוצה לומר מאחר
שאמר הנביאים שראוהו
בצורות משונות וככר
נתבאר שאינו גוף לא
ישתנה: ופי' כתלג חיור
כשלג לבן ופי' חמוץ בגדים
אדומים כמו סוסים פרודים
אמוצים כמו חמוצים בחילוף
א' בח': מה הוא זה
שבקש משה להשיג כשאמר
הראני נא את כבודך וכו'
פי' לפי שאמר למעלה
ואמתת הדבר אין דעתו
של אדם יכולה להשיגו
אמר אם כן הדבר מה
הוא זה שבקש משה: אם
בקש להשיג אמתת הבורא
הרי הקדמנו שזה אי אפשר:
ואם בקש באומרו כבודך
תואר מתארי השם או
מדה ממדותיו או דבר נברא
זה אינו צריך לו שהרי
הודיעו הקדוש ברוך הוא
כמו ששאל וידע אמתת
כל נברא מדכתיב
בכל ביתי נאמן הוא:
והתשובה שבקש להשיג
אמתת

minum) nullum eſt dubium, quin ſit parabola, quale eſt illud; (Deut. XXXII, 41.) *Si acuero fulgur gladii mei &c.* eſt ſimile tantùm, & dicitur, quod cuncta ſint parabolica, & accommodatitia. *Probatio hujus rei eſt, quod Prophetarum aliquis dicit,* (Dan. VII, 9.) *ſe vidiſſe Dominum cujus veſtimentum fuerit ſicut nix album*, id eſt: licet Prophetæ viderint ipſum ſub variis formis, tamen, ut jam antea declaratum, non eſt corpus neque mutatur. כתלג חיור ſignificat ſicut nix album, חמוץ בגדים (Eſai. LXIII, 1. NB.) *hoc teſtimonium agens de Meſſiâ, explicat de DEo. Ergô Meſſias eſt DEus.*) notat rubrum ſicuti (Zach. VI, 3.) Equi אמוצים quod dicitur quaſi חמוצים mutato א in ח.

Quid hoc eſt, quod petiit Moſes apprehendere, quando dixit: monſtra mihi gloriam tuam Exod. XXXIII, 18. &c.) i. e. quoniam ſuprà dixerat Eſſentiam rei non poteſt intelligentia humana apprehendere, quærit jam: Si ita eſt, quid igitur eſt illud, quod petiit Moſes? Si petiit apprehendere eſſentiam, ecce diximus ſupra id impoſſibile eſſe: ſi verò petiit (dum dixit; *gloriam tuam*) aliquod, ex attributis aut proprietatibus DEi, aut aliquid creatum, id non neceſſarium erat ipſi: Ecce enim indicavit ipſi S. B. hoc (jam antè) ſicuti petiit, ut norit eſſentiam omnis creaturæ, ex eo, quod ſcriptum eſt: (Num. XII, 7.) *In univerſâ domo meâ fidelis eſt.* Verum reſponſio eſt: petiiſſe apprehendere

re veritatem exiſtentiæ divinæ (l. ipſum exiſtendi modum): ut inſculperetur cordi ejus, quia putavit, ſe illam poſſe apprehendere modô miraculoſo (l. demonſtratione); ſed oſtendit ipſi Deus, id impoſſibile eſſe, oſtendendo ei id, quod poterat apprehendere, nimirum quod eſt perfectum in ſpecie humanâ. Reliquum facile eſt. *Poſtquam igitur declaratum eſt, quod non ſit corpus, clarum etiam eſt, quòd non accidat ipſi ullum ex accidentibus corporis, nec compoſitio nec diviſio &c.)* Compoſitio enim non competit niſi compoſito: Simplex verò non eſt compoſitum, diviſio etiam non competit niſi compoſito, cùm nil dividatur, niſi compoſitum. *Neque locus &c.)* Quicquid eſt in loco, eſt corpus, aut virtus corporis, qui verò non eſt corpus, non erit in loco. *Neque menſura &c.)* menſura (enim) eſt accidens corporis. *Neque aſcenſio, neque deſcenſio &c.)* Quicquid aſcendit & deſcendit, movetur. At motio nulla datur, niſi in corpore, aut virtute corporis, quia etiam motio eſt accidens corporis. *Neque dextra neque ſiniſtra &c.)* Quicquid habet dextram & ſiniſtram, antè & retrò (anteriora & poſteriora) eſt corpus, quia id, quod non eſt corpus deſtituitur lateribus (terminis ſc. illis). *Neque exiſtit in tempore &c.)* Si enim eſſet in tempore, foret tempus ante ipſum. Si ſic, non foret æternus. Quod enim æternum eſt, non habet prius ſe ullum Ens. Quoniam igitur non exiſtit in tempore, non habet initium & finem, id eſt prius & poſterius.

אמתת המציאו׳ של בורא כדי שיהא נחקק בלבו מפני שחשב שיוכל להשיג זה על דרך מופת והודיעו השם הזה אי אפשר אלא יודיעו מה שיוכל להשיג מה שהוא שלם במין האדם ושאר הענין פשוט: וכיון שנתברר שאינו גוף יתברר שלא יארע לו אחד ממאורעות הגוף לא חיבור ולא פירוד׳ וכו׳ והחיבור לו יהיה אלא למחובר והנפרד אינו מחובר׳ והפירוד לא יהיה אלא למחובר שלא יפרד אלא מחובר: ולא מקום וכו׳ כל דבר שהוא במקום הוא גוף או כח לגוף ומי שאינו גוף לא יהיה במקום׳ ולא מדה וכו׳ המדה מקרה לגוף: ולא עליה ולא ירידה וכו׳ כול עולה ויורד מתנועע והתנועה לא תמצא אלא לגוף או לכח בגוף שגם התנועה מקרה לגוף: ולא ימין ולא שמאל וכו׳ כל שיש לו ימין ושמאל ופנים ואחור הוא גוף שדבר שאין לו גוף אין לו צד מן הצדדין: ואינו מצוי בזמן וכו׳ אלו היה מצוי בזמן היה הזמן קודם לו׳ אם כן לא יהיה קדמון שהקדמון לא יקדום אותו שום דבר וכיון שאינו מצוי בזמן לא יהיה לו תחלה וסוף שהו׳ ראשית ואחרית:

ולא מנין שנים וכו׳
שכל זה מענין הזמן ממקרה
הכמות: ואינו משתנה
וכו׳ השנוי לא יהיה
אלא מצד המקרים· והוא
ית׳ אינו גוף שיהיה לו
מקרים: ואין לו לא
מית ולא חיים וכו׳ המות
הוא ההעדר· והבורא
מחוייב המציאו׳ המציאו׳
לא יעדר: וחייו אינם כחיי
הגוף שהם מוספין על מהותו·
ולא יאמר עליו חי אלא להורות
שהוא מצוי ואינו מעדר·
והחכמה והסכלות המצויו׳
למי שהוא גוף הם כחות
משתנים והחכמה היא
דבר מוסף על המהו׳ והוא
ית׳ חכמתו היא מהותו·
ולא שינה ולא הקיצה
וכו׳ כל אלו הם מקרים
לנפש האדם והקב״ה אינו
נפש ולא גוף שיהיו לו
אלו המקרים: ולא דבור
וכו׳ שהוא בחתוך המלות
בשפת ובלשון ובגרון·
והקדוש ברוך הוא אינו גוף
כגוף האדם שיש לו
אברים· וזה שנאמר
וידבר י״י ודבר י״י הוא
כנוי לשפע המגיע מאצל
הבורא לנביא על ידי
מלאך או בקול נברא:
וכך אמרו חכמים למעלה
לא ישיבה וכו׳ זה
המאמר לרז״ל במסכת
חגיגה

Neque numerum annorum &c.) Quia hæc omnia de natura temporis, tempus verò eſt accidens quantitativum. *Et non eſt variabilis &c.*) Alteratio non fieri poteſt, niſi ratione accidentium. Deus verò non eſt corpus, cui competant accidentia. *Neque competit illi mors, neque vita &c.*) Mors enim eſt privatio. Sed creator eſt neceſſarium Ens. Neceſſarium autem Ens non patitur privationem (non ceſſat) Et vita ejus, non eſt ſecundum vitam corporis, quæ ſuperadditur eſſentiæ ejus (corporis). Neque dicitur de eo vita, niſi ad ſignificandum, quòd ille ſit poſitivum Ens, non verò privativum. Sapientia autem & ſtultitia reperta in tali, qui habet corpus, ſunt potentiæ alterantes; talis igitur ſapientia eſt aliquid ſuperadditum eſſentiæ. Aſt Dei ſapientia eſt eſſentia ejus. *Nec ſomnus & vigilia &c.*) Hæc enim omnia accidunt animæ humanæ. S. B. verò nec habet animam nec corpus, cui competere poſſint hæc accidentia. *Neque loquelam juxta locutionem hominis &c.*) puta quod fiat per formationem vocabulorum beneficio labii, linguæ, ac gutturis. Sed S. B. non eſt corpus, ut corpus hominis, quod habet membra. Et hoc quod dicitur (*paſſim*) *& locutus eſt Dominus* (*paſſim*) *& verbum Domini.* Eſt cognomen (l. denominatio) influxus (divini) emanantis à Creatore ad Prophetam per miniſterium Angeli, aut beneficio vocis creatæ. Et ſic dixerunt ſapientes; *Non eſt ſuperius, neque ſeſſio &c.*) Hoc effatum Rabb. noſtrorum f. m. eſt in Maſſeches Chagiga

ga capite אין דורשין cujus mens expoſita eſt עפוי eſt ex ſignificatione עיפות duplicationis (compoſitionis). Sunt enim qui dicunt eſſe ex ſignificatione movendi, quia ſcriptum eſt (Eſ. XI, 14.) & involent ועפו in humerum Philiſtiim. Cujus ſenſus eſt; Iſraëlitæ agent in ventum Philiſtæos ad deprædandum illos. Nam exponit כתף per רוח & צד. v. g. (Exod. XXVII, 15.) *& in* כתף *latere altero.* Senſus eſt; non competit (Deo) motio. *Quoniam verò res ita habet &c.*) Hæc omnia comprehenduntur ſub hac regula ipſorum f. m. *Loquitur Lex ſecundum ſtylum filiorum hominum,* v. g. ſi res exigit ſignificare nobis quòd S. B. placeat aliquid, i. e. quod aliquid fiat juxta beneplacitum ejus, dicitur de illo: quòd lætetur in eo (gaudeat.) Si verò fiat aliquid præter voluntatem ejus, v. g. ſi transgrediamur præcepta ejus gravia & difficilia, dicitur de ipſo, quod iraſcatur, ut intelligamus, eum eſſe alienatum à patrante illud factum. Quod enim intelligitur ex notione *iræ*, eſt illud, Deum alienari à transgreſſore verborum ejus. Et ſic ſe res habet cum reliquis attributis. Reſiduum verò hujus clauſum eſt.

חגיגה בפרק אין דורשין ופירשו המפרש עפוי מלשון עיפות ויש אומרים שהוא מלשון תנועה מדכתיב ועפו בכתף פלשתים שפירושו. ינועו ישראל לרוח פלשתים לשלול אותם שפי' כתף רוח וצד כמו ולכתף השני כלומר אין לו תנועה: והוא' והדבר כן הוא וכו' כל זה נכנס תחת מאמרם ז"ל דברה תורה בלשון בני אדם והוא שכשבקש להודיענו שהקדוש ברוך הוא רצה בדבר פלוני כלומר שנעשה כרצונו יאמר עליו שהוא שמח בו וכשיעשה דבר שלא כרצונו כגון שנעבור על מצות חמורות ממצותיו יאמר עליו שהוא כועס כדי שנדע שהוא נפרע מעושה אותו מעשה שהמובן מענין הכעס הוא שהוא נפרע מהעובר על דבריו וכן בשאר המדות ושאר הענין מבואר:

Digitized by Google

פרק שני

שלא יעלה במחשבה שיש שם אלוה אחר זולתיה:

א

האל הנכבד והנורא הזה מצוה לאהבו וליראה ממנו שנאמר אהבת את ה' אלהיך ונאמר את ה' אלהיך תירא והיאך היא הדרך לאהבתו וליראתו· בשעה שיתבונן האדם במעשיו וברואיו הנפלאים והגדולים ויראה מהן חכמתו שאין לה ערך ולא קץ· מיד הוא אוהב ומשבח ומפאר ומתאוה תאוה גדולה לידע השם הגדול כמו שאמר דוד צמאה נפשי לאלוהים לאל חי:

ב׳ וכשמחשב בדברים האלו עצמן מיד הוא נרתע לאחוריו ויירא ויפחד ויודע שהוא בריה קטנה שפלה אפילה עומדת בדעת קלה מעוטה לפני תמים דעות· כמו שאמר דוד כי אראה שמיך מעשה אצבעותיך מה אנוש כי תזכרנו:

ג ולפי הדברים האלו אני מבאר כללים גדולים ממעשה רבון העולמים כדי שיהיו פתח למבין לאהוב את ה' כמו שאמרו

Cap. II.

Ne quis putet, alium eſſe Deum præter illum.

I.

Hujus Dei glorioſi & formidabilis præceptum eſt, ut diligamus eum, atque nobis ab illo timeamus: Sicuti dicitur: *Diligas Dominum Deum tuum. Deut. VI, 5.* Sic quoque dictum eſt: *Dominum Deum tuum timebis. Deut. X, v. 20.* At quænam eſt via ad amorem atque timorem ejus? Quando homo animum adverterit ad opera, atque creaturas ejus ſtupendas, ac contemplatus fuerit in iis ſapientiam ejus, cujus nullus eſt finis aut æſtimatio, ſtatim diligit, laudat ac celebrat, ſummoque deſiderio expetit cognoſcere magnum illum DEum; ſicuti ait David *Sitivit anima mea Dominum meum vivum Pſ. XLII, 3.*

(2.) Cum autem quis in rebus iſtis cogitationem habet occupatam, ſtatim quaſi retrorſum raptus timebit atque expaveſcet, cognoſcetque ſe creaturam parvam, abjectam ac tenebricoſam, conſiſtentem tenui & parvâ cognitione, reſpectu perfectiſſimæ ſcientiæ. Uti David ait: *Cum contemplor cœlos tuos opus digitorum tuorum, quid eſt homo quod memor ſis ejus? Pſ. VIII, 4.5.*

(3.) Pro ratione illarum rerum inſignes exponam concluſiones de opere Domini mundi, quæ eſſe debent janua ſapienti ad amandum DEum; Uti ajunt Sa-

Sapientes in doctrina de dilectione. *Propterea inde cognoſces illum, qui dixit, & conditus eſt mundus.*

חכמים בענין אהבה שמתוך כך אתה מכיר את מי שאמר והיה העולם:

(4.) Omnia, quæ creavit DEus in mundo ſuo, in tres diſpeſcuntur claſſes. Inter iſtas creaturas quædam ſunt compoſitæ ex materia & forma, eæque perpetuo generantur & corrumpuntur, ſicut corpora hominum, quadrupedum, plantarum ac mineralium. Aliæ vero ſunt compoſitæ ex materia & forma, ſed non mutantur de corpore in corpus, & de formâ in formam ſicuti priores, ſed forma earum perpetuo infixa eſt materiæ, neque variantur ſicut iſtæ; ut ſunt orbes, inque iis ſtellæ: neque eſt materia aut forma earum ſimilis reliquarum materiæ & formis. Quædam etiam habent formam abſque ulla omnino materia, videl. angeli: quia non ſunt corpora, ſed formæ diſtinctæ à ſe invicem.

ד כל מה שברא הקב"ה בעולמו נחלקו לשלשה חלקים מהן ברואים שהן מחוברים מגולם וצורה והם הווים ונפסדים תמיד כמו גופות האדם והבהמה וצמחים והמתכות: ומהן ברואים שהן מחוברים מגולם וצורה אבל אינן משתנין מגוף לגוף ומצורה לצורה כמו הראשונים אלא צורתן קבועה לעולם בגולמם ואינן משתנין כמו אלו· והם הגלגלים והכוכבים שבהן· ואין גולמם לשאר גולמים ולא צורתם כשאר צורות· ומהן ברואים צורה בלא גולם כלל והם המלאכים שהמלאכים אינן גוף וגויה אלא צורות נפרדות זו מזו:

(5.) Quidnam eſt iſtud, quod Prophetæ ajunt, ſe vidiſſe angelum ignis & præditum alis? Hoc omne dicitur in viſione Prophetica & modo parabolicô; ad indicandum illos non eſſe corpora, neque graves inſtar corporum gravium. Eodem modo dicitur: *Dominus Deus ignis conſumens. Deut. IV, 24.* Ipſe autem non eſt ignis niſi metaphorice: Sic quoque dicitur: *Facit angelos ſuos ventos.* Pſ. CIV, 5.

ה ומהו זה שהנביאים אומרים שראו המלאך אש ובעל כנפים הכל במראה הנבוא׳ ודרך חידה· לומר שאינו גוף ואינו כבד כגופות הכבדים כמו שנאמר כי ה׳ אלהיך אש אוכלה הוא ואינו אש אלא משל וכמו שנאמר עושה מלאכיו רוחות:

(6.) Quanam in re diſtinguuntur formæ a ſe invicem, ſi non ſunt corpora? In eô quod non ſint ſimiles in eſſentiis

ו ובמה יפרדו הצורות זו מזו והרי אינן גופן לפי שאינן שוין במציאותן אלא

אלא כל אחד מהן למטה ממעלתו של חבירו והוא מצוי מכחו זה למעלה מזה והכל נמצאים מכחו של הקב״ה וטובו׃ וזהו שרמז שלמה בחכמתו ואמר כי גבוה מעל גבוה שומר׃

ſentiis ſuis, ſed quod unusquiſque illorum ſit gradu inferior ſocio ſuô, & quod alter exiſtat ex virtute ſuperioris ſui, [*Vorſt. tranſtulit: quod unus virtute ſua exiſtat ſupra alium*] omnes autem exiſtunt potentia DEi ejuſque bonitate. Et hoc eſt, quod obſervavit Salomo in ſua ſapientia cum ait: *Altus ſuperior alto obſervat. Ecc. V, 8.*

ז זה שאמרנו למטה ממעלתו של חברו אינו מעלה מקום כמו אדם שיושב למעלה מחברו אלא שאומרים בשני חכמים שאחד גדול מחברו בחכמה שהוא למעלה ממעלתו של זה וכמו שאומרים בעילה שהיא מעלה מן העלול׃

(7.) Hoc quod diximus de inferiori gradu ſodalis ſui, non eſt accipiendum de gradu loci, ſicuti homo quis ſuperior eſt ſocio ſuo; ſed uti ajunt: cum e duobus Sapientibus unus ſuperat ſapientiâ alterum, tum iſte gradu ſuo eſt ſuperior illo; Quemadmodum ajunt: *Cauſa eſt ſuperior effectu ſuo.*

ח שינוי שמות המלאכים על שם מעלותם הוא ולפיכך נקראים חיות הקדש והם למעלה מן הכל ואופנים ואראלים וחשמלים ושרפים ומלאכים ואלוהים ובני אלהים וכרובים ואישים׃

(8.) Varietas nominum angelorum eſt pro ratione graduum ipſorum, & propterea vocantur *animalia ſanctitatis*, quæ omnium ſunt ſuprema, & *Ophanim, & Oralim, Chasmalim, Seraphim, Angeli, Elohim, Filii Dei, Cherubim & Iſchim.*

ט כל אלו עשר השמות שנקראו בהן המלאכים על שם עשרה מעלות שלהם הם ומעלה שאין למעלה ממנה אלא מעלת האל ברוך היא היא מעלת הצורה שנקראה חיות לפיכך נאמר בנבואה שהן תחת כסא הכבוד ומעלה עשירית היא מעלת הצורה שנקראת אישים והם המלאכים המדברים עם הנביאים ונראין להם במראה הנבואה לפיכך נקראו אישים שמעלתם קרובה ממעלת דעת בני אדם׃

(9.) Omnia iſta decem nomina, quibus vocantur Angeli, ſunt pro ratione decem graduum ipſorum: gradus autem qui non habet inter illos ſuperiorem, niſi gradum DEi Ben. eſt gradus formæ, dictæ Chajoth vel animalia; Idcirco dicitur in Prophetiâ, quod ſint infra ſolium gloriæ. Gradus vero decimus eſt gradus formæ, quæ vocatur *Iſchim*, & ſunt angeli, qui locuti fuere cum Prophetis, atque ab illis conſpecti ſunt in viſione prophetica; idcirco appellantur *Iſchim*, quia gradus eorum eſt proximus gradui ſcientiæ humanæ.

(10.) O-

(10.) Omnes autem iſtæ formæ viventes cognoſcunt Creatorem, atque valde excellenti notitia eum noſcunt, unaquæque forma pro ratione gradus ſui, non pro ratione magnitudinis ſuæ; ac idcirco gradus primus non poterit comprehendere veritatem Conditoris, ſicuti in ſe eſt, ſiquidem intellectus ejus contractior eſt, quam ut aſſequatur & cognoſcat eum. Attamen magis apprehendit atque cognoſcit, quam aſſequitur atque intelligit, forma inferior illâ. Atque ſic unusquiſque gradus, uſque ad gradum decimum cognoſcit Creatorem, notitiâ, quali non poſſunt (Deum) homines, compoſiti ex materiâ & formâ aſſequi atque cognoſcere. Nulli autem cognoſcunt Creatorem, uti ille cognoſcit ſeipſum.

י וכל הצורות האלו חיים ומכירין את הבורא ויודעים אותו דעה גדולה עד למאד כל צורה וצורה לפי מעלתה לא לפי גדלו׃ ואפילו מעלה הראשונה אינו יכולה להשיג אמתת הבורא במה שהוא אלא דעתה קצרה להשיג ולידע אבל משגת ויודעת יותר ממה שמשגת ויודעת צורה של מטה ממנה׃ וכן כל מעלה ומעלה עד מעלה עשירית גם היא יודעת הבורא דעה שאין כח בני אדם המחוברים מגולם וצורה יכול להשיג ולידע כמותה׃ והכל אינם יודעים הבורא כמו שהוא יודע עצמו׃

(11.) Omnia exiſtentia præter Creatorem, a prima forma uſque ad minimum reptile, quod eſt in umbilico terræ, omnia (inquam) potentiâ veritatis ejus exiſtunt. Et quia ipſe cognoſcit ſemetipſum, ac intelligit excellentiam, gloriam atque veritatem ſuam, ideo cognoſcit omnia, & nihil eſt abſconditum ei.

יא כל הנמצאים חוץ מן הבורא מצורה הראשונה עד יתוש קטן שיהיה בטבור הארץ הכל מכח אמתתו נמצאו ולפי שהוא יודע עצמו ומכיר גדולתו ותפ ותפארתו ואמתו הוא יודע הכל ואין דבר נאלם ממנו׃

(12.) Sanctus Ben. intelligit veritatem ſuam, atque cognoſcit eam uti re ipſa eſt, neque intelligit notitia diſtincta à ſeipſo uti nos cognoſcimus, quia nos & intellectus noſter non ſunt unum; Sed Creator excelſus, ipſe, intellectus, atque vita ejus ſunt unum omni modo, omnique reſpectu atque ratione unitatis. Quod ſi viveret per vitam, atque intelligeret per notitiam extra ſeipſum; eſſent in mundo multi DEi, ipſe & vi-

יב הקב״ה מכיר אמתו ויודע אותה כמו שהיא ואינו יודע בדעה שהיא חוץ ממנו כמו שאנו יודעים שאין אנו ודעתנו אחד׃ אבל הבורא ית׳ הוא ודעתו וחייו אחד מכל צד ומכל פנה ובכל דרך ויחוד׃ שאלמלא היה חי בחיים ויודע בדעה חוץ ממנו היו שם אלוהות הרבה הוא וחייו

וחייו ודעתו ׳ ואין הדבר כן אלא אחר מכל צד ומכל פנה ובכל דרך יחוד:

יג נמצאת אתה אומר הוא היודע והוא הידוע והוא הדעה עצמה הכל אחד:

יד ודבר זה אין כח בפה לאמרו ולא באזן לשמעו ולא בלב האדם להכירו על בוריו ׳ ולפיכך אומר חֵי פרעה חֵי נפשך ואין אומר חֵי ה׳ אלא חַי ה׳ שאין הבורא וחייו שני׳ כמו חיי הגופים החיים או כחיי המלאכים:

טו לפיכך ׳ אינו מכיר הברואים ויודעם מחמת הברואים כמו שאנו יודעים אותם. אלא מחמת עצמו יודעם לפיכך מפני שהוא יודע עצמו, ידע הכל שהכל נסמך בהויתו לו:

טז דברים אלו שאמרנו בענין זה בשני פרקים אלו כמו טיפה מן הים הם ממה שצריך לבאר בענין זה׳ וביאור כל העקרים שבשני פרקים אלו הוא הנקרא מעשה מרכבה:

יז צוו החכמים הראשונים שלא לדרוש בדברים אלו אלא לאיש אחד בלבד והוא שיהיה חכם ומבין מדעתו׳ ואחכ״ מוסרין לו ראשי הפרקים ומודיעים אותו שמץ מן הדבר: והוא

ta & intellectus ejus: Sed nihil tale hic locum habet; cum unus ſit ex omni parte, omni ratione ac modo unitatis.

(13.) Itaque dicas, ipſe eſt, & intelligens, & intelligibile atque ipſamet cognitio, omnia unum ſunt.

(14.) Hæc autem res non poteſt ore proferri, nec auribus uſurpari, aut mente hominis perſpicuè comprehendi; & propterea ait: *Vita Pharaonis*, *Vivit anima tua Gen. XLII, 15. 1. Sam. I, 26.* Non vero dicit: *Vita Domini*, ſed *vivens Dominus*. Quia Creator, ejusque vita non ſunt duæ res, ſicuti vitæ corporum viventium, ſive uti vitæ angelorum.

(15.) Idcirco non cognoſcit neque intelligit creaturas per creaturas, uti nos apprehendimus eas; Sed per ſemetipſum: Idcirco quatenus ſeipſum intelligit, etiam cognoſcit omnia: cujuslibet enim rei eſſentia in ipſo fundata eſt.

(16.) Quæ de hac doctrina diximus in duobus his capitibus, ſunt tanquam gutta e mari, reſpectu illorum, quæ declaranda eſſent in hac doctrinâ. *(Vorſt. hinc oportet ea declarare in hac materia)* Expoſitio autem omnium articulorum in duobus his capitibus, vocatur *opus quadrigæ*.

(17.) Mandarunt priſci Sapientes iſtas res proponendas eſſe, non niſi ap. unum tantum, qui cognoſcat & ſapiat ſuo intellectu; Deinde tradant illi principia capitum; atque eum pauxillum hâc de re erudiant. Ipſe autem cognoſcat

pro-

proprio intellectu, atque intelligat finem ac profunditatem hujus rei.

(18.) Iſta autem uſque adeo obſtruſa ſunt, ut nullus intellectus capax ſit intelligere illa. Et propterea ait Salomo in ſapientia ſuâ modo parabolico: *Arcana in veſtibus tuis. Prov. XXVII, 26.* Similiter dixere Sapientes, in expoſitione hujus ſimilitudinis, *Res, quæ ſunt veluti arcana mundi, ſint in veſtimentis tuis*; q. d. tibi ſoli reſervabis, neque expones eas vulgo; Atque ideo ait: *Sint tibi ſoli* (notæ) non autem extraneis tecum. Ac de iiſdem dicit: *Mel & lac infra linguam tuam. Cant. IV, 11.* Hoc ita expoſuere priſci ſapientes: Res iſtæ, quæ ſunt tanquam mel & lac, ſint infra linguam tuam.

COMMENTARIUS
Cap. II.

DEI glorioſi & tremendi illius præceptum (eſt) *ut diligamus illum*, & *nobis timeamus ab eo &c.*) Amor tribuitur omni rei amabili propter duas cauſas. Prima eſt, propter bonum utile & gratiam, quæ redundat ad amantem ab amato, ſicuti amor Servorum Regis Regi, & amor Viri mulieri (prodeſt.) Altera, quando videt quis rem pulchram, bonum videtur in oculis ejus, amare & deſiderare illam; poſtquàm vero particeps factus eſt ejus, reſultat (inde) animæ ſuæ gaudium magnum. v. g. ſi videat quis margaritam (l. lapidem) pretioſam, aut domum pulchram & laudabilem, ſtatim appetit anima conjungi cum illâ, & aſſequi illam. Pars prior eſt amor, qui pendet ab aliqua re & non eſt

והוא מבין מדעתו וידע סוף הדבר ועמקו:

יח ודברים אלו דברים עמוקים הם עד למאד ואין כל דעת ודעת ראוי לסובלן ועליהם אמר שלמה בחכמתו דרך משל כבשים ללבושיך· כך אמרו חכמים בפי משל זה דברים שהן כבשונו של עולם יהיו ללבושיך כלומר לך לבדך· ואל תדרוש אותם ברבים ואליהן אמר יהיו לך לבדך ואין לזרים אתך ועליה׳ אמר דבש וחלב תחת לשונך כך פירשו החכמים הראשונים דברים שהן כדבש וחלב יהיו תחת לשונך:

פירוש
פרק שני

האל הנכבד והנורא הזה מצות לאהבו וליראה ממנו וכו׳ האהבה המצויה לכל דבר נאהב הוא בשביל שני עניינים· האחד בשביל טובה והנאה וחסד שיגיע לאוהב מהנאהב כמו אהבת עבדי המלך למלך ואהבת האיש לאשה והשני הוא כשיראה האדם דבר נאה וייטב בעיניו יאהב ויתאוה לו וכשיגיע לו תהיה לנפש שמחה גדולה· כמו שיראה האדם אבן טובה יקרה או בית נאה ומשובח מיד תתאוה נפשו להדבק בו ולגעת אליו· והחלק הראשון הוא אהבה שהיא תלויה בדבר ואין זה

זה משובח באהבת הנברא לבורא שיהא אדם אוהב אותו בשביל שהיא נותן לו חיים וממון ובנים מפני שבשעה שיתן לו הוא אוהבו ובעת שימנע ממנו תבטל האהבה כמו שאמר רז״ל האהבה שהיא תלויה בדבר בטל וכו׳ ׃ והחלק השני היא האהבה האמתית׃ וכבר נתבאר שאין אדם יכול להשיג אמתת הבורא ולא יוכל לדעת אותו אלא ממעשיו וברואיו כשיתבונן בהם ויכיר מהם גדולתו מיד תתאוה נפשו תאוה גדולה להדבק בו ותאהב אותו אהבה גדולה כפי מה שתשיג מגדולתו תהיה אהבתו ועל זה צוה בתורה ואמר ואהבת י״י אלהיך וכו׳. ולא נתנו כל המצות אלא שנגיע בהם לזו המדרגה כדכתיב ובחרת בחיים למען תחיה לאהבה את י״י ויש לנו מעלה היא קודמת למעלה זו והיא פחותה ממנה. והיא מעלת היראה׃ וגם היא נחלקת לשני חלקי׳ האחת היא יראת עמי הארץ והנשים וקטני השכל שייראו השם ויעבדו איתו שמא ימית אותם או יהרוג בניה׳ או יחסרם ממון או שלא ינחילם גן עדן׃ והחלק השני היא היראה האמיתית הוא כשיתבונן במעשה האל וישיג מהם גדלו וידע שהוא בריה שפלה׃

eſt laudabilis, verbi gratia amor creaturæ, quando amat creatorem, quando ſcilicet homo ipſum propterea amat, quia dedit ſibi vitam, divitias, liberos, propterea (ſc. illaudabilis hic eſt amor) quia, quando dedit ſibi, diligit illum, quando verò auferet à ſe ceſſabit amor, ſicuti dixerunt Rabbini f. m. Amor, qui pendet ab aliqua re, ceſſat &c. Pars poſterior eſt amor verus. Anteà verò declaratum eſt, quòd homo nequeat apprehendere veritatem creatoris, neque intelligere ipſum, præterquam ex operibus vel creaturis ejus. Quamprimùm enim intelligitur ex ipſis, & æſtimatur ex illis magnitudo ejus, ſtatim appetit anima appetitu magno adhæreſcere illi, & diliget amore magnô. Quantum enim apprehendit ex magnitudine ejus, tantus erit amor ejus. Et de hoc præcipit in Lege, dicens: *Et diliges Dominum Deum tuum &c.* Neque data ſunt ulla præcepta niſi ut attingamus per illa hunc gradum. Sicuti ſcriptum eſt: (Deut. XXX, 19.) *& elige vitam ut vivas, ad diligendum Deum tuum.* Et excellentia hæc eſt prior excellentiâ illâ (quæ eſt minor,) puta gradu timoris, qui timor etiam dividitur in duas partes. Prior eſt timor populorum terræ, (idiotarum) mulierum, & exigui intellectus, qui timent Deum & ſerviunt ipſi, ne fortè interficiat ipſos, aut occidat liberos illorum, aut minuat divitias, aut excludat hæreditate vitæ æternæ. Pars poſterior eſt timor verus, quando nimirum conſideratis operibus Dei apprehenditur ex ipſis magnitudo ejus, intelligiturque hominem eſſe creaturam, vilem

lem & ignobilem, ſi comparetur anima ejus, cum aliquo corpore excellente (cœleſti) multò magis cum formis (intelligentiis) ſeparatus (à materia) maximè verò omnium cum Creatore univerſorum; ſtatim timet & pavet pavore magno, ſicuti dixit David (Pſ. CXIX, 120.) *horruit præ timore tui caro mea,* & Habacuk (c. III, 1.) *Domine audivi auditionem (famam) tuam & timui.*

Et invenimus in Lege duos textus, primus docet, quod timor inducat (hominem) ad faciendum omnia præcepta, ſicuti dicitur (Deuter. X, 12.) *Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus petit à te aliud, niſi ut timeas* illum. Alter arguit, quod nec mandatum ſit nobis ullum præceptorum, niſi ut perveniamus per illa ad timorem, ſicuti dictum eſt (Deut. VI, 24.) *& præcepit nobis Dominus, facere omnia ſtatuta hæc, ut timeamus Dominum Deum noſtrum.* Hæc a. eſt differentia inter illa, quòd timor habeat tres partes. Pars prima eſt *principium* ejus, & hoc prævertit omnia præcepta. Qui enim timet Regem, non transgreditur mandata ejus. Et de hoc dictum eſt (Pirke Aſos c. III.) *Cujus timor peccati antevertit ſapientiam ejus, ſapientia ejus ſtabilitur.* Pars ſecunda eſt *finis* timoris, & hic eſt timor verus, ad quem non pertingit homo, niſi poſt impletionem omnium præceptorum, & apprehenſionem creatoris intelligentia viarum ejus. Et ideò dictum eſt: (l. c.) *& præcepit nobis Dominus facere omnia ſtatuta hæc, ut timeamus Dominum Deum noſtrum.* Quando autem pertigit ad illum gradum, transfertur exinde ad gra-

שפלה קלה כשיערוך נפשו לאחד מן הגופין הנכברי׳ וכל שכן לצורו׳ הנפרדות כל שכן לנגד בור׳ הכל מיד יירא ויפחד פחד גדול כמו שאמר דוד סמר מפחדך בשרי ואמ׳ חבקוק יי״ שמעתי שמעך יראתי׃ ומצאנו בתורה שני כתובים האחד מורה שהיראה מביאה לידי עשית כל המצות שנאמר ועתה ישראל מה יי׳ אלהיך שואל מעמך כי אם ליראה׃ והאחר מור׳ שלא נצטוינו בכל המצו׳ אלא כדי שנגיע בהם ליראה שנאמר ויצוונו. יי׳ לעשות את כל החקי׳ האל ליראה את יי׳ אלהינו׳ וההפרש בינהם שהיראה יש לה ג׳ קצוות׃ הקצה הראישון הוא תחלתה והיא קודמת לכל המצו׳ שהירא מן המלך לא יעבור על דבריו ועל זה אמר כל שיראת חטאו קודמת לחכמתו חכמתו מתקיימת׃ והחלק השני הוא סוף הירא׳ והיא הירא׳ האמתית ולא יגיע אדם לה אלא אחר עשיית כל המצות והשגת הבורא בידיעת דרכיו׃ ועל זה נאמר ויצונו יי״ לעשות את כל החקים האלה ליראה׃ וכשיגיע לזו המעלה יעתק ממנה למעלת

למעלת האהבה שהאהבה
לעולם לא תהיה אלא
לאחר היראה׃ והיראה יש
לה תועלת גדולה במצות
לא תעשה׃ ואהבה יש לה
תועלת גדולה במצות עשה׃
והיראה יגיע לה עיקר גדול
כמו שאמר דוד ראשית
חכמה יראת יי׳ ואמר
שלמה יראת יי׳ ראשית
דעת ואמר באהבה אהבו
את יי׳ חסידיו׃ ואמר
אוהבי יי׳ שנאו רע׃ ולפי
שלא תהיה יראה ואהבה
אלא בידיעת ברואי השם
צריך אדם להתבונן בברואיו
הקדושים והטהורים׃
לפיכך הוצרך הוא לזכור
כללים גדולים ממעשה
רבון העולם׃ וכללים אלו
שזכר הגאון מהם מה שהוא
מבואר למראית׃ העין ומהם
מה שנתבאר במופתים
בחכמת הטבע ובחכמת
התשבורת׃ לפיכך נאמין
לדברי הגאון ז״ל שידע
הדברים במופתים והרוצה
לידע המופתים על דבריו
ישתדל בלימוד החכמות עד
שידע ברואי השם על בוריין;
כל מה שברא הקב״ה בעולמו
וכו׳ כל הנבראי׳ נחלקי׳ לג׳
חלקים העולם השפל והוא
כל דבר הנתהווה מד׳ היסודות
ועולם הגלגלים׃ ועולם
המלאכים׃ והתחיל בעולם
השפל מפני שהוא
מבואר לכל׃ וממנו יעתק
לידיעת השאר׃ וזכרו בתחלה
בדרך כללו ובפרק ד׳ יבאר

gradum amoris, amor enim nunquam erit, niſi poſt timorem. Timoris porrò utilitas magna eſt in præceptis negativis: Amoris verò in præceptis affirmativis. Et timori adjacet fundamentum magnum, ſicuti etiam David ait: (Pſ. CXI, 10.) *Principium ſapientiæ, timor Domini*, dixit quoque Salomo (Prov. I, 7.) *Timor Domini principium ſcientiæ.* Sic (Pſ. XXXI, 24.) *Diligite Dominum miſericordes ejus.* Item (Pſ. XCVII, 10.) *diligentes Dominum odio habete malum.* Quoniam igitur non erit timor & dilectio, niſi per cognitionem Creaturarum Dei, oportet hominem intelligere creaturas ejus (DEi) ſanctas & puras. Propterea neceſſarium eſt, recenſere Univerſalia magna de creaturâ Domini mundi. Univerſalium verò, quæ recenſuit excellens (Rabbi) nonnulla manifeſta ſunt viſioni oculari, quædam evincuntur demonſtrationibus ex diſciplina Phyſicâ & Arithmetica. Propterea credamus verbis Excellentis f. m. qui ſcivit res (has) per demonſtrationem. Qui autem voluerit ſcire demonſtrationes verborum ejus, aſſuefaciat ſe doctrinæ ſcientiarum, uſque dum cognoſcat creaturas Dei in claritate ſuâ. *Quodcunque Deus creavit in mundo ſuo &c.*)

Omnes creaturæ diſtinguuntur in tres partes in *mundum inferiorem* ſeu quicquid conſtat ex quatuor Elementis: in *mundum orbium*, & in *mundum intelligentiarum.* Incipit autem à mundo inferiori, quia notiſſimus eſt omnium & ab ipſo transfertur (homo) ad cognitionem reliquorum. Meminit ejus initio univerſaliter, ſed in capite quarto declarat

rat partes ejus. Quicquid vero eſt in mundo inferiori, generatur ex quatuor elementis, quæ (compoſita) dividuntur in tres partes, in *Silens, vegetans, & animam vigentem.* Silentia, ſunt corpora (quaſi) mortua, quæ non habent animam ullam, neque moventur, niſi mediante movente. (extraneo.) *Vegetabilia* habent animam vegetantem, creſcunt & multiplicant ſe, prædita ſunt facultate nutritiva & generativa, deſtituuntur autem ſenſu. *Anima* autem *vigens* diſtinguitur in duas partes, loquentem & non loquentem. Non loquens (irrationalis) eſt omnis anima vivens excepta hominis. Quæ autem ſunt in mundo inferiore, generantur & corrumpuntur, & ſpecies illorum perſiſtunt, ſuntque compoſita ex materiâ & formâ. Exponitur autem (etiam) materia (גולם) de homine ex illo, quod dicitur (Pſ. CXXXIX, 16.) *materiam meam viderunt oculi tui.* In verbis verò Rabbinorum noſtrorum גלם eſt vas ligneum. *Pars ſecunda* eſt *mundus orbium*, & hi ſunt compoſiti ex materia & forma, quia ſunt corpus: omne enim corpus eſt compoſitum ex materia & forma. Quoniam verò materia eorum eſt tenuis, pura atque munda, & forma ipſorum (quæ eſt quaſi anima ipſorum) tranſcendit valdè gradum formæ mundi inferioris: propterea etiam perſiſtunt, & non mutantur. Qualitatem verò materiæ ipſorum non apprehendere poſſunt Sapientes perfectè (rectè, verè) quia non prædicari poteſt de ea levitas, nec gravitas, nec calor, nec frigus, ut explicabimus poſteà. *Pars tertia* eſt pars ſuprema,

ni-

חלקיו וכל מה שבעולם
השפל נתהוו מד׳ היסודות׃
והם נחלקים לג׳ חלקים׃
דומם׃ צומח׃ ונפש חיה׃
דומים פגרים מתים אין
להם נפש כלל ואינם
מתנועעים אלא במניע׃
והצמחות יש להם נפש
צומחת והם פרים ורבים
ויש להם כח הזן וכח המוליד
אבל אין להם הרגשה׃
ונפש חיה נחלקת לב׳ חלקי׳
מדברת ואינה מדברת׃
ושאינ׳ מדברת היא כל
נפש חיה׃ חוץ מן האד׳׃
וכל מה שיש בעולם
השפל הווה ונפסד ומיניהם
קיימי׳ והם מחוברים
מגולם וצורה׃ ופי׳ גולם מאדם
מדכתיב גלמי ראו עיניך׃
ובדברי רז״ל גלמי כלי עץ׃
perioris. Sicuti filius inferior eſt Patre, catenus, quatenus eſt effectus Patris. Cauſa enim dignior (& major) eſt cauſato. Et invenitur in Scripturâ (Job. I, 6.) *Et venerunt Filii Dei ad congregandum ſe ad Dominum &c: Et Cherubim)* nomen Regni & Magnitudinis S. d. e. (Ezech. XXIIX, 14.) *Tu eras Cherub unctus* i. e. Rex. *Iſchim*). Dicendum autem eſt, eos, qui accedunt ad gradum Iſchim vocari Cherubim, qui habent formam juvenis, (Targum habet pueri adoleſcentis) & Caph eſſe præfixum, quoniam loquuntur cum Prophetis, & gradus eorum propè accedit ad gradum horum (prophetarum,) vocamus eos nomine illorum (Prophetarum ſc. Iſchim) quia *Iſchim* eſt plurale ḟ איש. Et ſic vocatur aliquis eorum *Gabriel*, à voce גבר Vir, quod eſt nomen hominis ſicuti dicitur (Pſ. XXCIX, 49.) *Quis vir vivet?* Quanquam verò nomina illorum innuant magnitudinem & excellentiam: tamen non intelligimus gradum præciſè apprehenſibilem hoc nomine. Rem enim hanc nemo intelligit juxta veritatem (eſſentiam) ſuam, niſi Creator illorum. *Omnes autem formæ hæ viventes &c:*) De formis ſeparatis non dici poteſt vita aut mors. Quando verò hic (Autor) nominat *viventes* (formas) vult dicere, quod exiſtant, conſiſtant, & intelligant Creatorem ſuum; quoniam nos non tribuimus ſcientiam, niſi viventi. *Omnia entia præter Creatorem &c:*) q. d. quod ille ſit cauſa omnium Entium, & quòd omnia exiſtant virtute ejus. *Et quoniam ipſe cognoſcit ſeipſum &c.*) Nunc inci-

של מעלה מהם כמו שהבן
פחות מן האב מצד שהוא
עלול לאב והעלה גדולה
מן העלול· ונמצא בכתוב
בני אלהים ויבאו בני
האלהים להתיצב על וגו׳:
וכרובים לשון מלכות וגדולה
כדכתיב את כרוב ממשח
ר״ל מלך· ויתכן לומר לפי
שהם קרובים למעלת
אישים קראו כרובים שהם
צורת כאדם הקטן תרגום
נער רביא והכף נוספת:
אישים לפי שהם המדברים
עם הנביאים ומעלתם קרובה
ממעלתם נקראו בשמם כי
אישים קיבוץ איש וכן נקרא
אחד מהם גבריאל מלשון גבר
שהוא שם בן אדם שנאמר
מי גבר יחיה· ואף על פי ששם
כולם מורה על הגדולה
והעילוי לא נדע למה הושג לה
כל מעלה בזה השם שלה ודבר
זה לא ידע אותו על אמתו
אלא בוראם: וכל הצורות
האלו חיים וכו׳ הצורות
הנפרדות לא יאמר להם
חיים ולא מות· וזה שאמר
חיים כלומר שהם מצויי׳
וקיימין ויודעין בוראם שאנו
לא נכיר ידיעה אלא
לחי: וכל הנמצאים חוץ
מן הבורא וכו׳ כלומר
שהוא עלת כל הנמצאים
ושהכל נמצא מכחו: ולפי
שהוא יודע עצמו וכו׳ מהנה
התחיל

התחיל מהודיענו הענין מעליו
אנו אומרים שהבורא יודע.
לפי שדבר ברור שאין ידיעת
הבורא כידיעתנו שהידיעת
בנו מקר' ועניין מוסף על
מהותנו· ועוד שהידיעה
מתחדשת בנו והשם הוא
ודעתו אחד ואינו ידע
בידיעה שהיא חוץ
ממנו ולא תתחדש לו
ידיעה· וחזר והודיענו דבר
שהוא צריך עיון רב· הוא
שיש לומר מאחר שאמ'
שהבה הוא ודעתו אחד
אם כן היאך ידע הברואי'
והם רבי' עד אין קץ ועוד
שהם מתחדשים תמיד:
והתשובה במה שאמר
אחר כן שאינו יודע הבראים
כמו שאנו יודעים אותם
שאנו לא נשיג ונדע העילה
אלא מצד העלול כשנתבונן
בעלול נאמרא אא שזה
יהיה עילת, עצמו אלא
ודאי יש לו עילה· וכשנדע
עילתו הקרובה תעתק
מחשבתנו מדב' לדב' עד
שנדע עילתו העיקרית
נמצא שאנו יודעים
הברואים מחמת עצמם
ומידיעתם נעתקנו לידיעת
עולם וידיעת הבורא בהפך
זה שהוא יודע עילת כל
עלול וכיון שידע הוא העלה
ידע עלוליה ועלת כל
העולם העיקרית הוא
ברוך

incipit oſtendere nobis fundamentum, propter quod dicamus, Creatorem eſſe ſcientem. Nimirum manifeſtum eſt, non eſſe ſcientiam Creatoris (talem) qualis eſt ſcientia noſtra: noſtra enim ſcientia eſt accidens, & aliquid ſuperadditum eſſentiæ noſtræ. Porro ſcientia innovatur [alteratur] in nobis: at verò Deus & ſcientia ejus ſunt unum, illeque non cognoſcit ſcientiâ, quæ ſit præter ipſum, neque innovatur ipſi ſcientia. Convertit autem ſe ad oſtendendum nobis aliquid, quod requirit attentionem multam. Eſt verò id, quod objici poſſit: quoniam dixit Deum & ſcientiam ejus eſſe eandem, ſi hoc ita eſt: quomodo cognoſcat creaturas, quæ ſunt innumeræ, & quæ innovantur ſubinde? Sed reſponſio eſt in eo, quod dixit poſtea, Deum non cognoſcere Creaturas ſicuti nos cognoſcimus illas. Nos enim non apprehendere aut intelligere poſſumus cauſam, niſi ex parte cauſati, quando a. cognoverimus cauſatum, dicimus hoc non poſſe eſſe cauſam ſui ipſius, ſed neceſſariò habere cauſam. Quoniam verò cognovimus cauſam ejus proximam, transfertur cognitio noſtra ab una re ad aliam, uſque dum cognoſcamus cauſam ejus principalem. Unde apparet, quòd non cognoſcamus creaturas per ſe ipſas, & quòd per cognitionem earum deducamur in cognitionem cauſæ ipſarum. Cognitio autem creatoris inverſo ordine ſe habet, ille enim cognoſcit cauſam omnis cauſati, & quando cognoſcit cauſam, cognoſcit (quoque) cauſatum. Cauſa verò univerſi Mundi fundamentalis

talis eſt S. Benedictus. Ex quo concluditur quòd,quia cognoſcit ſe ipſum, & eſt cauſa omnium Entium, cognoſcat omne Ens. Sed intelligentia hujus negotii clara, difficilis valdè eſt: non enim noſtra cognitio, minima omnium, poteſt aſſequi cognitionem perfectorum. Multò minus cùm,ut anteà demonſtratum eſt, Deus & ſcientia ejus ſunt unum omninò, nec queamus intelligere eſſentiam ejus, poterimus apprehendere cognitionem aut cognitiones ejus. Id autem cognoſcimus (ſatis) evidenter, cognitionem illius non eſſe talem, qualis eſt noſtra. Hoc eſt, quod dixit Propheta (Eſ. LV, 9.)* *Sicuti alti ſunt cœli ſupra terram, ita alta ſunt viæ meæ ſupra vias veſtras, & cogitationes meæ, ſupra cogitationes veſtras.* Et cognoſcimus revera, quòd,cum ſit formator omnium,& creator eorum, etiam cognoſcat ea. Nonnè enim vides, quòd, ſi Architectus non intelligeret quomodo ædificandus eſſet paries hic, unde eſſet extruendus, aut quem uſum præſtaret mundo, non ædificaturus eſſet eundem? Sic nemo, qui facit opus aliquod, ſi non intelligat uſum ejus, poterit abſolvere illud. Multò minus Creator univerſi, ſi non intellexiſſet, quomodo debeat fieri mundus, aut utilitatem cujuſque rei in illô, creaſſet aliquid. Sic enim David dicit: (Pſ. XCIV, 8.) *Intelligite inſipientes in populo &c. qui plantavit aurem, annon audiat, qui formavit oculum, annon videat?* Ergò nihil eſt occultum ab ipſo. *S. B. intelligit quidditatem ſuam & cognoſcit illam &c.)* Hìc ſunt duæ res: Una, ut intelligamus: Deum cognoſcere & intelligere veritatem

ברוך הוא· הנולד מזה שמאחר שהוא יודע עצמו ושהוא עילה לכל נמצ׳ הוא יודע כל נמצא וידיעת דבר זה על בוריו קשה הרבה שאין דעתנו הקלה שבנקלה תוכל לחשיג׳ דעת תמים דעים· וכל שכן שכבר נתבא׳ שהוא ודעתו אחד הילכך מאחר שאין אנו יכולין לידע מהותו כך לא נוכל להשיג דעתו ולא ידיעותיו. אלא נדע בודאי שאין ידיעתו כידיעתנו הוא שאמ׳ הנביא כי כגבוה שמי׳ על הארץ גבהו דרכי· מדרכיכם ומחשבותי ממחשבותיכם· ונדע באמת שמאחר שהוא יוצר הכל ובוראם הוא ידעם· הלא תראה שהבונ׳ אם לא תשיג מחשבתו היאך יבנה כותל זה ומאי זה דבר יבנה אותו ומה היא תועלתו לעולם אל יבנה אותו· וכן כל עושה מלאכ׳ אם לא יבין תועלתה לא יוכל לעשותה· כל שכן יוצר הכל אלולי ידע היאך יהיה העולם ותועלת כל דבר ודבר שבו לא נברא דבר וכן דוד אומ׳ בינו בוערי׳ בעם וכו׳ הנטע אוזן הלא ישמע אם יוצר עין הלא יביט הילכ׳ אין כל דבר נעלם ממנו: הקדוש ברוך הוא מכיר אמתו ויודע אותה וכו׳ יש שם שני ענינים האחד שנדע שהקב״ה יודע ומכיר אמתי׳ והשגו.

והשני שנדע שהב״ה יודע כל נמצ׳ בדרך שהקדמנו ושני העניני׳ אינו יודע׳ בידיעה שהיא חוץ ממנו כמו ידיעתנו שהקב״ה היא ודעתו וחייו אחד: ואלו היה חי בחיים או יודע בדיעה שהוא חוץ ממנו היו שם אלהות הרבה וכו׳ לפי שנתבא׳ שהאל ית׳ יחיד מכל צד ואינו מורכב לא מגולם וצורה ולא משני ענינים ולא מעצם ומקרה ואילו היה יודע בידיע׳ שהיא חוץ ממנו הית׳ הידיע׳ בו מקר׳ ויהיה מורכב מעצם ומקרה: נמצאת אתה אומ׳ הוא היודע וכו׳ זה הדבר אין בנו כח להשיגו על אמתו אלא נבאר שאלו הג׳ בבני אדם הם ג׳ עניני׳ וכשתדע זה תדע שאי אפשר שתהיה ידיעת הבורא כך כיצד כשיתבונן אדם ויכיר צור מן הצורות כמו שתאמ׳ שהכיר וידע צורת הכסא או הבית או צורת יסוד מהיסודות בתחלה יהיה יודע אותה בכח לא בפעל שעדיין לא נחקקה זו הצורה במחשבתו וכשידע אותה בפעל הרי נחקק במחשבתו ונמצאת ידוע׳ אצלו: הרי לך ג׳ דברים האדם היודע וצורת הכסא הידוע׳ והדעת שבה ידע זו הצור׳: וא״א להיות ידיעת השם כך שא״כ תהיה ידיעתו מתחדשת ויוצאת מן הכח

אל

tem (exiſtentiam) ſuam: Altera, ut intelligamus, Deum cognoſcere omne Ens, eo modo, quo antè diximus. Sed hæc duo non cognoſcit cognitione extraeſſentiali qualis eſt cognitio noſtra, quoniam Deus, & ſcientia & vita ejus (ſunt) Unum: *Nam ſi viveret per vitam, aut intelligeret per ſcientiam extra ſe, eſſent Dii multi &c.*) propterea, quia demonſtratum eſt, Deum Bened. eſſe unum omnimodè, & non compoſitum, neque ex materia & forma, neque ex duabus rebus (aliis) neque ex ſubſtantia & accidente. Si igitur cognoſceret per ſcientiam extra ſe, foret ſcientia in eo accidens, & eſſet compoſitus ex ſubſtantiâ & accidente. *Dicas ergò: ipſum cognoſcentem cognitum, & cognitionem eſſe unum & idem, &c.)* Hanc rem non poſſumus apprehendere ſecundum veritatem ſuam; ſed tantum declarabimus, hæc tria in hominibus eſſe tria Entia. Et ſi intellexeris hoc, intelliges etiam, non poſſe eſſe ſcientiam Creatoris talem. Sicuti ſi intellexerit homo & apprehenderit (aliquam) formam de formis (ut ſi dicas intelligere & apprehendere formam ſellæ, aut domus, aut formam alicujus elementi, ab initio intelliget illam potentiâ, non actu, quoniam hactenus nondum impreſſa eſt hæc forma cogitationi ſuæ. Quum v. cognoverit ipſam actu, ecce impreſſa eſt cogitationi ejus, & fit cognita ipſi. Ecce tibi tria: hominem, qui intelligit, formam ſellæ, quæ intelligitur, & ſcientiam, quâ intelligit hanc formam. Impoſſibile verò eſt, talem eſſe ſcientiam Dei. Si enim talis eſſet, foret ſcientia ejus innovata, & tranſiret de potentia in

actum,

Digitized by Google

actum, & eſſet contingens, non neceſſarium quid. Quoniam igitur non poſſumus apprehendere ſcientiam Creatoris, neq; vitam ejus, non poſſumus [aliter) quin dicamus, illum (quidem vivere) ſed non per vitam & cognoſcere, ſed non per cognitionem, i. e. neque per vitam neque per ſcientiam, quæ ſuperaddita ſint eſſentiæ ejus. *Neque dicendum* חַי יי (in ſtatu conſtructo) *ſed vivit* חַי &c. חֵי per Zere eſt forma corporis viventis ſuperveniens eſſentiæ ejus. Sed חַי per patach non eſt forma: ſed volo dicere: *Deus* ipſe qui *vivit*, ut innuatur illũ eſſe creatorem mundi, & volventem ſphæram virtute propriâ, hoc autem nõ competit, niſi Enti viventi.

Propterea non apprehendit (intellexit) creaturas, aut intellexit ipſas per creaturas ſed per ſe ipſum. &c.) Meminimus hujus argumenti ſupra, quod S.B. cognoſcat ſe ipſum, & quod ille ſit cauſa omnis creaturæ. Quoniam verò ipſe cognoſcit ſe ipſum, ſcit omnia, quia, qui cognoſcit cauſam, cognoſcit effectum ejus. *Et Expoſitio omnium fundamentorum, quæ ſunt in duobus capitibus iſtis, vocantur Opus Currûs &c.*) Vocant univerſum hoc negotium, *Opus Currûs*, honoris cauſa, qua ſi dicat, Cognitionem Creatoris in ſe, non eſſe in noſtra, neque in Prophetarum facultate, intelligere clarè; Sed aſſuefimus cognitioni formarum ſeparatarum, quæ propiores nobis ſunt; & illæ arguunt ipſius exiſtentiam, ſicuti arguit Currus, quod habeat vectorem. Et ſic dixit Ezech: [c.X, 20.) *Hoc eſt animal, quod vidi ſub Deo Iſraëlis &c. Præceperũt ſapientes antiqui &c.*) Tradunt in princ. c.2. Maſſech Chagiga: Non *exponunt nuditatem* (vide Lexicon. f.1663.

אל הפעל חהיה אפשרי לא
מחויי׳ המציאו׳ ולפי שלא
נוכל להשיג דעת הבורא
ולא חיין אין לנו אלא שנאמר
שהוא חי ולא בחיי׳ ויודע ולא
בדיע׳ כלום׳ לא בחיי ולא
בדעת שהם נוספין על מהותו:
ואין אומר חי יי׳ אלא חי יי׳
וכו׳ חי בצרי הוא תאר שלגוף
החי יתר על עצמו וחַי בפתח
איני תואר אלא ר״ל יי״ שהוא
חי כדי להורות לדעת שהוא
בורא העולם ומסבב הגלגל
בכחו וזה לא יהיה אלא
למציו חי:
לפיכך אינו מכיר הברואי׳
ויודעם מחמת הברואי׳ וכו׳
כבר זכרנו זה הענין למעלה
שהבה יודע עצמו ושהוא
עילה לכל נברא והואיל
והוא יודע עצמו ידע הכל
שהיודע העילה יודע עלולה:
וביאור כל העיקרי׳ שבשני
פרקי׳ אלו היא נקרא מעשה
מרכבה וכו׳ קראו לכל אלו
הענינים מעשה מרכבה דרך
כבוד כלומר ידיעת הבור׳
עצמו אין בנו ולא בנביאי׳ כח
לידע אותה על בוריה׃ אלא
נשתדל בידיעת הצורות
הנפרדות שהם קרובים ממנו
והם מורים על מציאותו
כמו שיורה המרכבה שיש לו
רוכב׃ וכן אמר יחזקאל היא
החיה אשר ראיתי תחת
אלהי ישראל וגו׳: צוו
הכמים הראשונים וכו׳
תנן בתחלת פרק ב׳ ממסכ׳
חגיגה אין דורשין בעריו׳
בג׳

בג׳ ולא במעש׳ בראשית בב׳ ולא במרכבה ביחיד אא״כ היה חכם ומבין מדעתו מוסרין לו ראשי פרקי׳ וכו׳ ועילת זה לפי שזה הענין יצטרך בידיעתו להקדמו׳ רבות עד שתעתק המחשבה מענין ואם יבקש אדם לידע זה הענין בלא הקדמו׳ ישתבשו רעיוניו ויעורו עיניו ויצא לתרבות רעה׳ ואפילו הדברים שהיה יודע אותם בתחלה לא יוכל להשיג אותם׳ הלא תראה אי הבשר והלחם יפים לגוף הרבה ואעפ״כ מונעים אותו מן הקטון לפי שאין בו כח לסבלם׳ ועליהם אמר שלמה כבשים ללבושך וכו׳ זה הכתוב במשלי׃ ופשוטו שהוא נותן לאדם עצה לקנות כבשים כדי שיקח מצמרם ויעשה לו לבוש להתכסו׳ בו׳ וענינו שהוא כמו שאמרו חכמים כבשי׳ כמו בנקודה מימין מן יכבוש עונותינו׳ ופירוש כך דברים שהם ככשונו של עולם כלומר שהם כובשי׳ העולם ומושלים בו והםהצורות הנפרדות ובוראה תהיה ידיעתה תחת לשונך כלומ׳ שלא תגידם לזולתך׃ פירוש אחר דברים שהם סתרו של עולם יהיו תחת לשונך שהדבר הכבוש היא נסתר מן העין כמו שאמר נביא שהוא כובש נבואתו כלומר שיטמין אותה ויסתירה ולא יגיד אותה׃ ועליהם אמר דבש וחלב וכו׳ כלומר דברים שהם ערבים כדבש וחלב יהיו תחת לשונך כדאיתא בפ״ב דחגיגה׃

סליק מעשה המרכבה׃

f. 1663. עריות.) *tribus, neque Maaſe Breſchis duobus, neque Opus Currûs unico ſi tamen ſit ſapiens & intelligat à ſe ipſo, tunc ipſi prima capita &c.*) Et cauſa hæc eſt, quòd hoc negotium requirat ad cognitionem ſui præfationibus multis, uſque dum transferatur cognitio ad rem ipſam. Si verò homo poſtulet ſcire hoc negotium abſque præfationibus, turbabuntur cogitationes ejus, excœcabuntur oculi ejus, & degenerabit in mores malos. Quid? quòd etiam ea, quæ ſcivit initio, non poterit intelligere. Nonne enim vides, carnem & panem alioquin corpori optima, prohiberi infanti, cum non habeat facultatem concoquendi ea? *Et de his dixit Salomo*: (Proverb. XXVII. v. 26.) *Oves ſint veſtes tua &c.*) Senſus ejus literalis eſt: Quòd (Deus) dat homini conſilium ad comparandum oves, ut accipiat de lana earum, & faciat ſibi veſtimentum ad tegendum &c: Sed ſenſus ejus (profundus eſt: ſicuti dixerunt Sapientes כבשים eſt quaſi eſſet punctatum cum dextro (puncto Schin) juxta: (Mich. VII, 19.) *ſubiget peccata noſtra.* Cujus ſenſus eſt: Res, quæ ſubegerunt mundum. q. d. quod illæ doment mundum & dominentur illi. Hæ autem ſunt formæ ſeparatæ & creator ipſorum. *Sit ſcientia ſub linguâ tuâ* i. e. ne reveles ea alteri. Expoſitio alia. Res, quæ evertunt mundum, ſint ſub lingua tua, verbum הכבוש ſignificat abſconditum ab oculo, ut ſi quis dicat: Propheta fuit כובש Prophetiam ſuam. q. d. quòd abſconderit, & occultarit, neq; revelaverit eam. Et de his dixit: (Salomo Cant. IV, 11.) *Mel & lac ſub linguâ tuâ* i. e. res, quæ ſunt dulces, ſicut mel & lac, ſint ſub lingua tua, ſicuti extat in capite II. *Chagiga.* Explicit *Opus Currus.*

SPE-

Digitized by Google

SPECIMEN THEOLOGIÆ MYTHICÆ EBRÆORUM.

aliquot Exemplis præſentatum.

§. I.

VEteres Theologiam inMythicam (i. e. fabularem ſi uſus admitteret, inquit Aug. ad Marcell. L. VI. c. D. c. V. admiſit tamen Svetonio in Tyberio) Phyſicam & Civilem diſtinxiſſe ſatis eſt notum. Fabulis quoque utendum eſſe, non opus arbitramur prolixa diſſertatione. Quod enim Colotes, inter Epicureos loquacitate notabilior Macrobio, Platoni objicit: fabulam à Philoſopho non oportuiſſe confingi, quoniam nullum figmenti genus veri profeſſoribus conveniret, id non uno argumento diluit Macrobius L. I. in Scip. Somn. c. II. Et fabuloſam inter narrationem fabulamque accuratum diſcrimen, negotium planè conficit. Veritas ubi ſubeſt, quacunque tandem veſte tegatur, quocunque colore pingatur, refert parùm. Cur vero Plato, Pythagorei, fabulis multa involverint, lubet ex eod. Macrob. l. c. audire: Myſteria ipſa, inquit, figurarum cuniculis operiuntur, ne vel his ademptis nudam rerum talium ſe natura præbeat: ſed ſummatibus tantum Viris Sapientia interprete veri arcani conſciis, contenti ſint reliqui, ad venerationem, figuris defendentibus à vilitate ſecretum. Addit: Numenio inter Philoſophos occultorum curioſiori, offenſam numinum, quòd Eleuſinæ Sacra interpretando vulgaverit, ſomnia prodiderunt.

Tantundem Syneſius in Calvitii encomio: τὸ ῥᾶςον, inquit, κατα-

γελάσεται ὁ δῆμος, δεῖται γὰρ τερατείας i. e. intellectu facillimum deridetur â plebe, oportet ergò. prodigioſæ narrationes adhibeantur. Nil nunc dicam de accuratiori diſcrimine, quòd alii docuerint *συμβολικῶς*, ceu Orphici; alii, *εικονικῶς*, quod Pythageorum erat; alii tandem *ἐνθεαστικῶς*, cum conſtet omnium præcepta vulgo obtruſa ſatis portentoſa fuiſſe, & Symbola & ſimulacra & affanias enthuſiaſmo dignas mirum in modum auxiſſe, ut loquitur Selden. de DIs. Syr. Prolegom. fol. 57. Nec etiam commemorabo ſanioribus hierophantis (quos ſc. & lumen naturæ *ἀπολογήτως* reddere potuit) ſaniorem in iis, quæ myſticè docebant, mentem fuiſſe, licet interim Vulgo vel *Crepitum ventris* pro Deo obtruſerint, quem etiam Regibus parem joculari epigrammate Nicarchus fecit, cujus alter verſus.

Τοῖς βασιλεῦσιν, ait, ἴσην πορδὴ ἔχει δύναμιν·

§. II.

Hæc, de Gentilibus dicta, competunt etiam in Ebræos. Quod adeò eſt verum, ut ſint, qui Pythagoram & Judæum fuiſſe, & parabolicum docendi genus ab Ebræis ad Græcos transmiſiſſe, putent. Teſtimonia Juſtini, Ambroſii Numeniique Pythagorici de Platone, veluti Moſe Attico, Clearchi de Ariſtotele, tanquam Ebræorum diſcipulo, reticemus. Habent & Judæi inquam Theologiam fabulſarem atque portentoſam: â profundioribus profanum vulgus arcent: multa in odium *τῶν* נרים ▭ peplo *Mercaſa*, *Midraſico*, & lana Meſchalica tegunt, ceu *Rambam* הלכ׳ יסודי התורה cap. II. in fine ſupra dicebat, ut Sapientioribus ſcilicet ſolis myſteriorum intellectus ſit pervius, & lac cum melle ſub lingua horundem duntaxat, ne diffluat, detineatur l. e. Id quod, ſi benigniora hiſce paupertinis & contemptis literis fata contigerint, ex profeſſo demonſtrabo. Nunc ea, quæ dixi, teſtimoniis & exemplis compendio ſum daturus.

§. III.

Producam primo Artifices, quibus ceu peritis in ſua arte merito credendum. P. Galatinus L. I, de Arcan. Cathol. Verit. c. VII. p. m. 23. (vel potiùs Reymund.) ita: *Fateor, in Talmude abſurda multa poni, non tamen omnia, quæ abſurda videntur, verè abſurda ſunt. Veteres enim illi Talmudiſtæ infinita propè arcana figuris & ænigmatibus tradiderunt, quæ iis, qui ea non intelligunt, fatuitates atque abſurditates videntur. Cum tamen reverâ innumerabilia arcana ad Meſſiam & ad veritatem Catholicam ſpectantia, in ipſis lateant. Hinc juniorum Judæorum inolevit error, qui, dum antiquiorum Theologizandi & Philoſophandi morem ignorant, multa Talmudiſtici negotii arcana in ludibria & blaſphemias convertunt. Hinc & plerique ex noſtris, dum hujusmodi myſteria intelligere nequeunt, ea vitupe-*

rare

Digitized by Google

rare & damnare præſumunt. Id ſtatim probat aliquo recenti exemplo; *unde*, inquiens, *ut cæteras taceam, Vir quidam non parva divinarum humanarumque literarũ peritia præditus contra Judæos ſcribens, multa ejusdem generis commemorat, quæ ipſe minùs benè intelligens, ſtultitias atque inconvenientias vocat. Et inter cætera, quæ contra divinam perfectionem in Talmud ſcripta reperiri dicit, id præcipuè refert, quòd cum Deus firmamentum conſtitueret, ipſum perficere non valens, foramen quoddam in eo, ex ſeptentrionali parte reliquit.* Hæc ille meritò carpit, quanquam quod recta ibidem exponat intentione, *poſſe aliquem hominem eſſe Deum,* vix impetrabit. Cæterum hæc allegori a eſſe vel pueri in Phyſiologia Rabbinica intelligunt. Hujus autem dicti ſupra meminimus, ubi vid. & erit occaſio illud interpretandi forſan magis grata. Non poſſum, quin ſubjungam diſcurſum ex Præfat. G.H.Vorſtii in *Pirke Elieſeris. Sæpius,* inquit ille de R. Elieſere, *ſub paradoxis & lepidis narrationibus abſtruſiorem recondit ſenſum. Sic convivio ex Leviathane & Schor abbar futuro dilicias æternæ felicitatis adumbrari vult &c. Multa quoque* על דרך גוזמא per modum hyperboles *profert; veluti de ſtatura Adami ab uno extremo Mundi ad aliud, de Monarchia Salomonis, Achabi, Joſephi &c. Nonnunquam citat vel applicat loco ſcripturæ, non quòd genuinus iſte, ſed ipſorum ſenſus, ſed* על דרך דרש ואגדה per modum myſtici ſenſus & diſcurſus, *cujusmodi plures hic paſſim occurrunt.* Et probè notanda ſunt ſequentia, quæ parum intelliguntur à multis. *De his ſimilibusque ajunt Rabbini, quod non ſit.* הלכה למשה מסיני אבל אסמכתא בעלמא Conſtitutio Moſis è Sinai, ſed levis vel allegorica probatio (NB. Conjecturalem dicerem) vulgo recepta. *Nec enim allegoricas expoſitiones tanto in pretio habent, ut inde vel apodicticas rationes exſtruant, vel fidei articulos cudant.* Cui planè conſentit, ô quantus Vir! Schikardus noſter in משפט המלך Cap. I. Theorem. II. f. 15. *Quod,* inquiens, *interpretes Hebræorum ad vocem illius textus* אֶכָּבְדָ honorabor (ſc. Hagg. I, 8.) *notant,* (videlicet juxta numerum ה deficientis, quinque res in ſecundo Templo defeciſſe, vide ſupra ad h. l. R. Abarbinel.) *non ut inde probent (quod pius quidam Vir imperitè ſuſpicatur, & inde Rabbinos præter meritum exagitat) ſed ut rei notiſſimæ & alibi probatæ, ſuo more* סימן Symbolum *memoriale, in recordationis facilioris ſubſidium pararent.* Hæc Schikardus veriſſimè. Quanquam enim Cl. H. ipſius diſcipulus L. II. M. S. c. III. n. VII. f. 197. hoc nolit concedere in hypotheſi, non tamen refutabit in theſi. Aliud eſt traditionem dicere eſſe הלכה למשה מסיני *traditionem eſſe Moſis è Sinai,* aliud eam ut talem ex אסמכתא & ejuſmodi Symbolo deducere. Quòd tales, ut ſic, pro *traditione Moſaicâ è Sinai* habeant Ebræo-

rum

rum eruditi, falſum eſt, ut mox oſtendam. Sic quando R. Iſmaël Gemar. Berach. fol. VII. 1. circa med. Deum alloquitur: תתנהג עם בניך כמדת הרחמין ותכנס להם לפנים משורת הדין i. e. *agas cum filiis tuis ſecundum attributum miſericordiæ, & introducas eos intrà lineam judicii.* L' Empereur ita interpretatur: i. e. conſenſum judicialem, ut ſc. propius accedant ad te, ubi tua eſt miſericordia. *Hæc* (inquit porrò) *allegorica ſunt. Statuunt enim ſubſellia Dei remotiora* i. e. juſtitiæ, & propriora *i. e. miſericordiæ. Volunt: Deum magis pronum ad miſerendum eſſe, quàm puniendum.* In Jachiad. fol. CLXIX.

§. IV.

Nunc igitur, ut ad domeſtica teſtimonia, tanquàm proteſtationes, devolvar, lubet audire primum vulgatiſſima & *πολυθεύλλητα,* Philologis non ignota, Rabbinorum *ἀξιώματα*, qualia ſunt: אין משיבין על הדרש אין מקשין באגדה i. e. *non faciunt ſenſum ex myſtica (parabolicâ) interpretatione, neque argumentantur ex hiſtorica narratione.* R. Scherira inquit: מדרשות אמרנא הן *Symbolicas explicationes eſſe conjecturales,* apud Vorſt. l. c. R. Aſarias in Meor, En. p. III. fol. LXXV. 2. inter hyperbolas refert ea omnia, quæ de R. Bar Bar Chanæ in Talm. quibus de & nos quædam dicemus, referuntur. Inſtar omnium ſit R. Majemonides, cujus teſtimonium non pigebit, prolixius licet, adducere. Sic autem ille in commentario Arabico ſuper capitulum Chelek, quod eſt X. Maſſichtæ Sanhedrin, ex verſione Pocokii in Porta fol. CXLIV. ſeq.) *Ex iis, quæ ſcire debes, eſt in verbis Sapientum interpretandis, diſtribui homines in tres claſſes.* Prima (*atque hi plurimi ſunt eorum, quos, vel quorum Scripta vidi, aut de quibus audivi*) *eorum eſt,* qui ea juxta ſenſum literalem intelligi volunt, *neque ea ullatenus interpretantur adeò ut his impoſſibilia quavis neceſſariò exiſtere videantur. Hoc autem fecerunt, quòd ſcientiarum prorſus rudes ſint & à diſciplinis alieni, neque in eo perfectionis gradu, ut ipſi ſibi monitores ſint, nec alium, qui eos moneret, invenerint. Putant ergò iſti, noluiſſe Sapientes in dictis ſuis aliud, quàm quòd ipſi ex iisdem perceperint, eaque, prout ſonant Verba, intelligenda, etiamſi quod primo in ipſorum dictis apparet, prorſus abſurdum ſit, &c. Digna autem eſt miſera hæc ſecta, cujus defleatur ſtultitia. Genus hoc hominum* (NB. loquitur de imperitioribus Homiliaſtis Judæis.) *contexit è ſono verborum Sapientum, quod ſi audirent gentes, dicerent: Certè populus ſtultus & fatuus eſt gens iſta prava.* & fol. CXLVII, *Secta tertia eſt paucorum admodum, adeò ut non aliter ſecta audiat, quàm Sol Species: ſunt autem illi, quibus conſtat de eorum, quæ fieri non poſſunt, impoſſibilitate, & non locutos* (Rabbinos) de eo quod fieri non poſſit, *unde certò ſtatuunt ſubeſſe verbis ipſorum exterius*

Digitized by Google

terius quid & interius, ac quotieſcunque loquantur de rebus impoſſibilibus, habere verba ipſorum rationem ænigmatis & parabolæ, *iſte enim mos fuit ſapientum magnorum, ideoque orſus eſt Princeps Sapientum librum ſuum, dicendo.* (Prov. 1, 6.) ad intelligendum parabolam & facundiam Verba Sapientum, & ænigmata eorum. *Novit autem, qui verborum ſignificatus novit* חידה eſſe orationem, cujus ſcopus in interiori ejus parte, non in cortice habetur. *Sermones enim doctorum omnium ſunt de rebus ſublimibus, quæ ſunt finis, ipſi autem ænigmatici ſunt & parabolici. Quomodo autem vitio vertetur, quòd ſcientiam tradant per Parabolas & ſimilitudines, cum videas hominum Sapientiſſimos idem feciſſe inſtinctu Spiritus Sancti, ipſum nempe Salomonem &c.* Vellemus otium nobis ſupereſſe, hoc argumentum pleniùs tractandi. Sed cum animus ſit, id alibi ex profeſſo exequi, confidimus præſentia boni conſulturum Lectorem.

§. V.

Antequam verò exemplis rem declaremus, monendum eſt, hæc non ideò fuiſſe adducta, quaſi crederemus in Talmude cæteriſque Rabbinorum Commentis nullas planè nugas aut putidiſſimas fabulas contra ſanam rationem confictas extare, vel nullas doctiorum hyperbolas à plebe recutita literaliter intelligi. Minimè verò. Oſtendimus duntaxat, multa, quæ pro abſurdis quotidiè à multis venditantur, abſurda non eſſe, ſed ſæpius doctrinæ non contemnendæ involucra veluti. Inductionem omnium doctrinarum, qua Theologicarum, qua Philoſophicarum, impræſentiarum facere nec libet nec licet. Id tamen potiſſimum demonſtrare animus eſt: *Ebræos doctiores ſaltim ea, quæ tanquam horrenda ἀκέσματα & blaſphema in Dei naturam ipſis attribuuntur, nequaquam hoc ſenſu & ad literam intelligere.* Quod, quanquam præter modò narrata etiam ex Majemonidæ Theologia & Articulis Fidei Judaicæ ad oculum prudenti Lectori pateat, ex abundanti ſubjunctis exemplis docebo.

§. VI.

(A) Tribuitur Judæis ſententia blaſphema: Deum maximum peccatum commiſiſſe, quòd Lunam Sole minorem condiderit: & ob hoc peccatum in V. T. hircum fuiſſe offerendum. Verum eſt, ſi literam ſpectes, hæc legi in Cholin Cap. (*3. fol. 60. f. b.*) ר' שמעון וכו' כתיב ויעש
אלהים את שני המאורות הגדולים וגו' אמרה ירח לפני הקב"ה
רבש"ע אי אפשר לשני מלכים שישתמשו בכתר אחד א"ל הקב"ה
לכי ומעטי עצמך וכו' א"ל צדיקים יקראו על שמך יעקב
הקטן וכו' לא הות מיתבא דעתה אמר הקב"ה הביאו כפרה
עלי לפי שמעטתי הירח: והיינו דאמר רשב"ל מה נשתנה שעיר
של ר"ח וכו' אמר הקב"ה שעיר זה יהא כפרה עלי שמיעטתי
את

את הירח: i.e. *R. Simeon Pazzaides dixit: Scriptum eſt:* fecit Deus duo luminaria magna: *Scriptum autem etiam eſt:* Luminare magnum, & luminare parvum. *Dixit Luna coram Deo: ô Domine Mundi: anne poſſunt duo Reges una corona imperare? Reſpondit Deus: abi & minue te &c. Juſti nomine tuo appellabuntur v.g. Jacob parvus, Samuel parvus, David parvus. Cum autem animus ipſius ſedatus non eſſet, dixit Deus: offerte oblationem* עלי *ſuper me, quia Lunam imminui. Et hoc eſt, quod dixit R. S. F. Lakis: ô quam diverſus eſt hircus, qui Novilunio offerebatur, de quo dicitur* חטאה לאל *&c. Dicit Deus hic hircus erit propitiatio pro me, quia diminui Lunam.* Verum etiam hoc eſt, nonnullus Judæorum blaſphemè expoſuiſſe, quod videre potes in Magn. Buxtorf. Synagog. Judaica, *editionis noviter reſtaurata, & innumeris acceſſionibus in ampliorem & auguſtiorem formam redacta,* (quo aureo dono me nuper beavit) cap. XXII. fol. 478. ſeqq. Sed tamen univerſæ ſectæ hæc blaſphemia imputari nequit, tùm, *quia Rabbini tanquam blaſphemum repudiarunt, utpote qui Deum juſtum & omnis peccati vel iniquitatis expertem eſſe viderent,* ſunt verba Dn. Buxt. l. c. fol. 480. tum, quia eruditi ceu parabolam interpretantur, cum omnes omnino credant; Deum ullius peccati reum agere velle, brutinæ veſaniæ eſſe. In Caphtor Vuphærach. fol. CIX. col. 2. poſtquam mota fuiſſent circa hoc mirabile dictum nonnulla dubia, quæ (tanquam frivola reticemus) ſubjungitur: ויותר קשה מכלם שאמר לבסוף המאמר הביאו עלי כפרה כו׳ איך הזכירו כפרה על השכינה חו״ש או מי ימחה בידו ית׳ להגדיל ולהאמין ענין אור הירח לעשות לו אור גדול כחמה: i.e. *Duriſſimum v. omnium eſt, quod dixit in fine hujus Sententiæ: offerte pro me oblationem expiatoriam &c. quomodo enim attribuit expiationem divinæ Majeſtati? abſit! abſit! aut quis manum ejus cohibeat, quo minus poſſit Lunæ talem lumen tribuere quale eſt Solis?* Lubet a. in compendio dare, quomodo exponant. Litigium illud Lunæ cum Deo parabolicum eſt, cujus occaſionem ſumunt ex diminutione luminis Lunaris. Diminutionem collatione horum dictorum eruunt, quia (α) dicuntur Luminaria magna (β) poſteâ Luna Luminare parvum. Ἐναντιοφανὲς hoc סימן vel ſigno memoriali, uti Cl. Schik. ſuprà loquebatur, includunt, ut eo meliùs hæreat menti, dicentes quaſi *quod ex magno factum eſt parvum, diminutum eſſe oportet.* Diminutionem ipſam ita declarant, interprete Autore ſ Caphtor Vupharach fol. CIX. col. 2. הרשבע בשבועות כתב וז״ל רע שהלבנה אין לה אור רק מהשמש וכשהיא פניהם בפנים עם השמש וכן היא בתחלת הבריאה שידוע שכל מעשה בראשית בקומתן נבראו ולזה אמר את שני המאורות הגדולים ר״ל ששניהם בגדלתם׃ ואחר כך אמר

אמר את המאור הגדול לפי שעמד בגדלו וקרא המאור הקטן לפי שאינה עומדת בגדולה שנברא׳ בו: i. e. *Raſchba in Schſúos ſcripſit ita: Scias Lunam non habere Lumen niſi á Sole, quando conjuncta eſt Soli, & ita fuit initio creationis: notum enim eſt omnes creaturas in ſtatura perfecta creatas eſſe. Id quod innuitur, quando dixit:* quo Luminaria magna q. d. *ambo fuiſſe in magnitudine ſua. Poſtea autem dixit. Luminare magnum* (in ſingulari) *quia permanſit in magnitudine ſua* (Sol enim non decreſcit.) *Alterum autem vocavit parvum quoniam non permanſit in magnitudine ſua* (notat plenilunium) *in qua erat creatum* (nam ſtatim decrevit). Potiſſimum autem, quod blaſphemiam olet, eſt circa interpretationem horum verborum (*a*) הביאו עלי כפרה quod ſaniores omnes interpretantur non: offerte propter me expiatorium; ſed: *offerte ad me vel coram me.* R. Alpheſius cap. I. Schſúos עלי הוא כמו אלי inquit: i. e. עלי perinde eſt ac אלי ad me. Sic quoque alii. (β) Num. XXIIX, 15. Et hircum לחטאת ליהוה non interpretantur: *pro peccato Domini,* ſed: *pro peccato Domino.* Adſcribam ex multis verba Autoris *Toldos Jizchak* in Parſch. Pinchas fol. LXIIX. col. 3. ubi ita: *Et hircum unum in peccatum Jehova.* א״ל וכו׳ נאמר בזה השעיר ליי׳ שעיר ר״ח ליי׳ ולא אמר כן בשאר שעירי המוספים׳ ופשוטו לחטאת ליי׳ ולא ללבנה שבא זה השעיר לעקור אמונת עובדי הלבנה שהיו האומות בדורות ההם מקריבים קרבנות ללבנה בכל ר״ח לז״א בזה השעיר ליי׳ שלא יחשבו שאנו מקריבים ללבנה כאמומות: *Dixerunt Rabbini f. r. &c: dicitur de hoc hirco* ליי׳ Domino, *qualiter non fit in reliquis hircis addititiis. Literalis autem ſenſus eſt; in peccatum Domino & non Luna. Venit enim hic hircus eradicare ſuperſtitionem cultorum Luna, quia erant Populi in generationibus iſtis offerentes Sacrificia Luna ſingulis Neomeniis. Hac de cauſa dicitur de hoc hirco* Ladonai ſeu Domino, *ne putent, nos ſacrificare Luna, uti gentes.* Vide plura apud Majemonid M. N. P. III. c. XLVI. & Commentatorem Schem Tof. fol. CLXXIV. col. 1. confer. R. Levi Parſch. Pinchas fol. CC. col. 4. Bechai & Caphtor Vuphærach. l. c.

§. VII.

Quomodo Deus orare á Judæis dicatur, pauciſſimis exponemus. Extat in Berachos fol. VII. dixit R. Jochanan nomine R. Joſis F. Samra: מנין שנאמר שהקב״ה מתפלל: i. e. *Unde probatur Deum orare?* reſpondet: שנאמר והביאותים אל הר קדשי ושמחתים בבית תפלתי *quia dicitur* (Eſai. LVI, 7.) *introducam eos ad montem Sanctum meum & lætificabo eos in domo precationis meæ* בבית תפלה לא נאמר אלא בבית תפלתי׳ מלמד שהקב״ה מצלי *in domo precationis non dicitur, ſed in domo precationis*

tionis meæ, ad docendum, Deum orare. Quomodo a. oret, ſubjungitur, ſc. *ſit beneplacitum mihi, ut vincat miſericordia iram meam, quo regere poſſim filios meos juxta miſericordiam pariter & juſtitiam.* Ipſimet Judæi ſciunt, Deum eſſe ארון הכל וכלם צריכין לו ומתפללין לפניו *Dominum univerſi & omnes indigere illius, & orare coram eo,* & quoniam ſuperiorem non habet, ipſum orare non poſſe: nam למי יתפלל הוא *ad quem quæſo precaretur?* quærit Caphtor Vuphærach fol. XII. col. 2. Iterùm סימן & memoriale ſignum capiunt occaſione Vocis תפלתי *precationis meæ,* quæ primo intuitu poſſet intelligi *ſubjectivè* (ut ita loquar in hoc foro) cum ſit intelligenda *objectivè:* per preces, non quas Deus ipſe fundit, ſed quas nos ad ipſum. Inquis. Manifeſtè tamen ajunt שהקבה מצלי *quòd ipſe Deus precetur.* Reſpondet Caphtor Vuphærach l. c. hæc eſſe intelligenda בדרך חידה לרמז שכמו שכל כונת תפלתינו לפניו ית׳ הם לתת את שאלתינו ושירחם עלינו כן הוא יתברך חפץ בזאת התשוקה ויותר חזקה להשפיע עלינו טובו׳ כי יותר משהעגל רוצה לינק פרה רוצה להניק׃ *ænigmaticè, ad ſignificandum, quod ſicuti preces noſtræ coram Deo intendunt, dari nobis petitionem noſtram, & ut miſereatur noſtri; ita Deus ipſe deſideret & multo quidem vehementius influere in nos bonum ſuum. Magis enim quam vitulus cupiat ſugere, vacca deſiderat lactare.* Quòd ergo formam precationis divinæ videantur exprimere, quaſi diceret יהי רצון *ſit beneplacitum mihi,* id ajunt fieri ad innuendum deſiderium divinum de ſalute & proſperitate noſtra. Sicuti etiam in Lege Deus optare legitur: (Deut. V, 29.) מי יתן. והיה לבבם זה להם ליראה אותי ולשמור את כל מצותי כל הימים למען ייטב להם ולבניהם לעולם׃ i. e. *Quis dabit* (utinam?) *ut ſit cor ipſis tale ad timendum me & ad cuſtodiendum omnia præcepta mea omnibus diebus, ut benè ſit ipſis & filiis eorum in ſeculum.* ולכונה זאת אמרו כאן שהקבה מתפלל׃ i. e. *Et hoc ſenſu dixerunt Rabbini, Deum orare,* inquit Caphtor Vuphærach fol. XIII. ubi plura & elegantia videas. (An τὸ בכה *flevit* Hoſ. XII, 7. de Jacobo, an verò de Angelo increato dicatur, Exegetarum eſt exponere.) Summa, quia dicta illa Eſai LVI, 7. *domus precationis meæ* Deut. V, 29. *Utinam eſſet ipſis &c.* & Deo (quoad verba) orationem, & votum aſcribere videntur, quæ in Majeſtatem ejus & ſummam & nullius rei indigam non competant, סימן fecerunt, hæc rectè exponendi. Licet aliqui poſt לפי משמעו & literaliter fuerint interpretati.

§. IIX.

Lubet nunc etiam alias nonnullas Parabolas Fabulasque afferre. Adamum pluſquam Giganteum fuiſſe ſcribunt, ita ut non tantum ab una extremitate terræ ad alteram pertingeret, ſed etiam malleolus calcanei ipſius totam

tam Sphæram Solis obfuſcaret. Similia legimus in Breſch. Rabb. Paraſch. XII. Akedas Jizchak Porta X. alibi. Men. Ben. Iſr. de Fragilit. Hum fol. XXXV, adducit etiam iſlud antiquorum dictum: תפוח עקבו של אדם הראשון היה מכהה גלגל החמה i. e. *Malleolus Adami obſcurabat Sphæram Solis* (non ſelis ut typi vitio legitur l. c.) ſubjungit hanc eſſe *majorem exaggerationem pulchritudinis quam habebat*; atque fatetur, non de magnitudine molis ſed virtutis & perfectionis hæc dicta. Notatur autem Adami Sapientia magna, & quod intellectu non corpore ab uno extremo Mundi ad alterum pertigerit. אמר ר׳ יהודה בר סימון אותה האורה שנברא בה העולם אדם הראשון עמד והביט בה מסוף העולם ועד סופה *Dicit R. Juda Bar Simon: Adam ſtetit & aſpexit illam lucem, qua creatus eſt mundus, ab uno extremo ad aliud.* Breſch. Rabb. Sect. XII. fol. XIII. col. 3. ſcil. intellectus non corporis oculis, cum ſtatim à creatione fuerit חכם גדול *Sapiens magnus* שנברא שלם בשכלו לא כמו קטן בן יומו *quia creatus eſt perfectus intellectu non inſtar infantis unius die*, tanquam ſcilicet בריאה רכה עד מאד וזכה קרוב לגויה רוחנית *Creatura ſubtiliſſima & puriſſima proximè accedens ad corpus Spirituale*, quo tendunt Sapientes noſtri, quando dixerunt: ſtatura Adami fuit a terrâ usque ad cœlum, inquit R. Schem Toſ. apud Magn. Buxtorf. ad P. I. Coſr. §. XCV. fol. LII. Malleoli verò Adamîci magnitudinem declaret nobis R. Elieſer Aſckenas in Maaſe Breſchis c. XVI. fol. XXXV. col. 4. quòd א״רז״ל חידת מופלגה באמרם אדם קודם שחטא היה עקבו מכהה גלגל חמה *Rabbini propoſuerint ænigma mirabile dicendo: Adami, antequam peccaſſet, malleolum obſcuraſſe Sphæram Solis, quorum intentio fuerit* שהאדם היה באותה המדרגה שיהי הנביא בעת מראה הנבואה *Adamum tantum gradum habuiſſe, in quanto eſſe poteſt Propheta tempore viſionis Prophetica* ſcilicet בלתי מבדיל בין המורגל והבלתי מורגל כמו הנביא בהיותו במראה הנבואה באותו האיום והחרדת שיסיר ממנו אותו הכח המבדיל *absque diſcretione inter uſitatum, & inuſitatum, ſicuti â Propheta, dum eſt in viſione Prophetica, in illo raptu ablata eſt facultas iſta diſcretiva.* Prolixior eſt diſcurſus, quam ut vacet eum proponere. Legat ibi qui volet. Erit enim, ſi Deus voluerit, ut ex profeſſo hæc expediamus. Intentio Doctorum hæc eſt: Adamum fuiſſe magnum ſc. intellectu, quo omnia accuratè perviderit ab uno orbis angulo ad alterum. Evolve Magn. Buxtorff. diſſert. I. de Ebr. Linguâ & Cl. Hakſpan. de Cabbala Judaica â num. LXXIV. omnino. Cæterum proceriorem etiam corpore fuiſſe non negant. Vide in Rabbos l. c. plura.

§. IX.

In Báſa Báſra cap. הספינה dixit R. Bar Bar Chana: *ſe navigaſſe aliquan-*

tionis meæ, ad docendum, Deum orare. Quomodo a. oret, ſubjungitur, ſc. *ſit beneplacitum mihi, ut vincat miſericordia iram meam, quo regere poſſim filios meos juxta miſericordiam pariter & juſtitiam.* Ipſimet Judæi ſciunt, Deum eſſe אדון הכל וכלם צריכין לו ומתפללין לפניו *Dominum univerſi & omnes indigere illius, & orare coram eo,* & quoniam ſuperiorem non habet, ipſum orare non poſſe: nam למי יתפלל הוא *ad quem quæſo precaretur?* quærit Caphtor Vuphærach fol. XII. col. 2. Iterùm סימן & memoriale ſignum capiunt occaſione Vocis תפלתי *precationis meæ,* quæ primo intuitu poſſet intelligi *ſubjectivè* (ut ita loquar in hoc foro) cum ſit intelligenda *objectivè:* per preces, non quas Deus ipſe fundit, ſed quas nos ad ipſum. Inquis. Manifeſtè tamen ajunt שהקבה מצלי *quòd ipſe Deus precetur.* Reſpondet Caphtor Vuphærach l. c. hæc eſſe intelligenda בדרך חידה לרמה שכמו שכל כונת תפלתינו לפניו ית׳ הם לתת את שאלתינו ושירחם עלינו כן הוא יתברך חפץ בזאת התשוקה ויותר חזקה להשפיע עלינו טובו׳ כי יותר משהעגל רוצה לינק פרה רוצה להניק׃ *ænigmaticè, ad ſignificandum, quod ſicuti preces noſtræ coram Deo intendunt, dari nobis petitionem noſtram, & ut miſereatur noſtri; ita Deus ipſe deſideret & multo quidem vehementius influere in nos bonum ſuum. Magis enim quam vitulus cupiat ſugere, vacca deſiderat lactare.* Quòd ergo formam precationis divinæ videantur exprimere, quaſi diceret יהי רצון *ſit beneplacitum mihi,* id ajunt fieri ad innuendum deſiderium divinum de ſalute & proſperitate noſtra. Sicuti etiam in Lege Deus optare legitur: (Deut. V, 29.) מי יתן. והיה לבבם זה להם ליראה אותי ולשמור את כל מצותי. כל הימים למען ייטב להם ולבניהם לעולם׃ i. e. *Quis dabit* (utinam?) *ut ſit cor ipſis tale ad timendum me & ad cuſtodiendum omnia præcepta mea omnibus diebus, ut benè ſit ipſis & filiis eorum in ſeculum.* ולכונה זאת אמרו כאן שהקבה מתפלל׃ i. e. *Et hoc ſenſu dixerunt Rabbini, Deum orare,* inquit Caphtor Vuphærach fol. XIII. ubi plura & elegantia videas. (An τὸ בכה *flevit* Hoſ. XII, 7. de Jacobo, an verò de Angelo increato dicatur, Exegetarum eſt exponere.) Summa, quia dicta illa Eſai LVI, 7. *domus precationis meæ* Deut. V, 29. *Utinam eſſet ipſis &c.* & Deo (quoad verba) orationem, & votum aſcribere videntur, quæ in Majeſtatem ejus & ſummam & nullius rei indigam non competant, סימן fecerunt, hæc rectè exponendi. Licet aliqui poſt לפי משמע & literaliter fuerint interpretati.

§. IIX.

Lubet nunc etiam alias nonnullas Parabolas Fabulasque afferre. Adamum pluſquam Giganteum fuiſſe ſcribunt, ita ut non tantum ab una extremitate terræ ad alteram pertingeret, ſed etiam malleolus calcanei ipſius totam

tam Sphæram Solis obfuſcaret. Similia legimus in Breſch. Rabb. Paraſch. XII. Akedas Jizchak Porta X. alibi. Men. Ben. Iſr. de Fragilit. Hum fol. XXXV, adducit etiam illud antiquorum dictum: תפוח עקבו של אדם הראשון היה מכהה גלגל החמה i. e. *Malleolus Adami obſcurabat Sphæram Solis* (non felis ut typi vitio legitur l. c.) ſubjungit hanc eſſe *majorem exaggerationem pulchritudinis quam habebat*; atque fatetur, non de magnitudine molis ſed virtutis & perfectionis hæc dicta. Notatur autem Adami Sapientia magna, & quod intellectu non corpore ab uno extremo Mundi ad alterum pertigerit. אמר ר׳ יהודה בר סימון אותה האורה שנברא בה העולם אדם הראשון עמד והביט בה מסוף העולם ועד סופה *Dicit R. Juda Bar Simon: Adam ſtetit & aſpexit illam lucem, qua creatus eſt mundus, ab uno extremo ad aliud.* Breſch. Rabb. Sect. XII. fol. XIII. col. 3. ſcil. intellectus non corporis oculis, cum ſtatim à creatione fuerit חכם גדול *Sapiens magnus* שנברא שלם בשכלו לא כמו קטן בן יומו *quia creatus eſt perfectus intellectu non inſtar infantis unius die*, tanquam ſcilicet בריאה רכה עד מאד חכה קרוב לגויה רוחנית *Creatura ſubtiliſſima & puriſſima proximè accedens ad corpus Spirituale*, quo tendunt Sapientes noſtri, quando dixerunt: ſtatura Adami fuit a terrâ usque ad cœlum, inquit R. Schem Tof. apud Magn. Buxtorf. ad P. I. Coſr. §. XCV. fol. LII. Malleoli verò Adamîci magnitudinem declaret nobis R. Elieſer Aſckenas in Maaſe Breſchis c. XVI. fol. XXXV. col. 4. quòd ארז״ל חידת מופלגה באמרם אדם קודם שחטא היה עקבו מכהה גלגל חמה *Rabbini propoſuerint ænigma mirabile dicendo: Adami, antequam peccaſſet, malleolum obſcuraſſe Sphæram Solis, quorum intentio fuerit* שהאדם היה באותה המדרגה שיהיה הנביא בעת מראה הנבואה *Adamum tantum gradum habuiſſe, in quanto eſſe poteſt Propheta tempore viſionis Prophetica* ſcilicet בלתי מבדיל בין המורגל והבלתי מורגל כמו הנביא בהיותו במראה הנבואה באותו האיום וחרדת שיסיר ממנו אותו הכח המבדיל *absque diſcretione inter uſitatum, & inuſitatum, ſicuti à Propheta, dum eſt in viſione Prophetica, in illo raptu ablata eſt facultas iſta diſcretiva.* Prolixior eſt diſcurſus, quam ut vacet eum proponere. Legat ibi qui volet. Erit enim, ſi Deus voluerit, ut ex profeſſo hæc expediamus. Intentio Doctorum hæc eſt: Adamum fuiſſe magnum ſc. intellectu, quo omnia accuratè perviderit ab uno orbis angulo ad alterum. Evolve Magn. Buxtorff. diſſert. I. de Ebr. Linguâ & Cl. Hakſpan. de Cabbala Judaica â num. LXXIV. omnino. Cæterum proceriorem etiam corpore fuiſſe non negant. Vide in Rabbos l. c. plura.

§. IX.

In Báſa Báſra cap. הספינה dixit R. Bar Bar Chana: *ſe navigaſſe ali-*

quando & vidiſſe צפרת׳ דהוה קאי עד קרסולי׳ במיא ורישה ברקיעא *avem ſtantem genuum tenus in aqua, ita, ut caput ejus pertigerit ad cœlum* (Nota I. per *navem* intelligitur Mundus, 2. per *avem* diſcipulus Sapiens. 3. *ſtare genuum tenus in mari* eſt, non debito more ſtudere in Lege. 4. *capite firmamentum attingere*, ſuperbia notatur.) *& cum dixiſſet ſociis: lavabimus, aqua enim non poſſunt eſſe profunda* (quia ſcilicet genuum tenus duntaxat avis in mari ſtabat) *Filiam vocis reſpondiſſe; cave hoc faxis* דנפלה ליה חצינא דנגרא הכא הא שבע שני׳ ולא מטיא לארעא! *excidit enim cuidam ſecuris fabrilis hic, & ecce, Septennium cum ſit, nondum tamem pervenit ad fundum.* (Nota 5. per ſecurim Lex 6. per ſeptennium VII. artes liberales intelliguntur.) Ex notis facilè ſenſus eruitur. Vide omnino Caphtor Vuphærach.

§. X.

Idem R. Bar Bar Chana ibid. dixit; ſe vidiſſe אקרוקתא דהוה כאקרא דהגרוניא *ranam qua erat ſicuti Akra in Hagronia* (pagus) *Akra verò comprehendebat* שיתין בתי *Sexaginta domus,* אתא תנינא בלעה אתא פשקנצא ובלעה לתנינא וסליק יתיב באילנא תא חזי כמה נפיש חיליה דאילנא אמר ר׳ פפא בר שמואל אי לאו דהואי תמן לא הימני: *venit* (autem) *draco marinus & deglutivit eam* (Ranam) *ſed venit etiam corvus, abſorpſit Draconem* (una cum Rana) *& tandem conſedit in arbore. Veni, vide, quantam oporteat Arborem fuiſſe:* (quippe cujus ramus unicus ferundo fuit) *Reſpondit R. Papa Bar Schmuel; ſi non vidiſſem non credidiſſem.* Breviter, aliqui per Ranam intelligunt Phyſicam (cujus LX. partes ex Ebræorum diſciplina innuunt LX. domus pagi Akra) per ſerpentem Aſtronomiam, per Corvum Theologiam, per Arborem verò Legem. Facilis applicatio: Aſtronomia dignior eſt Phyſica, hac Theologia, quæ in Arbore Legis conſidet. Vellem otium eſſet aliorum expoſitiones audire. Ingenioſè hoc negotium tractant R. Schlomo Ephrajim in appendice Olelos Ephrajim, ſive Commentario ſuper mirabilia dicta R. Bar Bar Chana fol. CXXXV. & Caphtor Vuphærach fol. CXXIV. ſeq. ubi quæritur cur (1.) Ranam vocet אקרוקתא cum aliàs ſit צפרדע? (2.) pagum אקרא דהגרוניא Akra in Hagronia? (3.) cur LX. domibus definiat? (4.) cur R. Papa dixerit: niſi vidiſſem non credidiſſem? Summam tantùm recenſebo. Salomo Ephrajim exponit: ſtudioſo Legis duos eſſe hoſtes, externum & internum (ſc. pravam concupiſcentiam). Rana igitur eſt Sapiens, qui redarguit Mundum. Vocatur אקרוקתא â Radice קרא vocavit, ſicuti pagus dicitur eadem ratione אקרא דהגרוניא, â קרא clamavit & גרון guttur, quia gutture ſuo clamant ut in Eſai c. LIIX. 1. præcipitur: קרא

קרא

Digitized by Google

קרא בגרון *clama gutture* NB. En (α) alluditur ad nomen loci Akra (Multiplex enim fuit Akra Hagroniæ h. l. Tulbankæ, Megill. fol. VI. a. Agmæ Sanh. f. XXXIIX. 7. Sohunjathæ &c. vid. Lex.) (β) ad l. c. Eſai ubi & Akra & Hagronia per סימן notari poteſt. Rana verò eſt צפרדע voce compoſita ex צפר *manè* & דיע *ſcientia*, quoniam Sapientum eſt manè ſtudere שדעת איר שכלו מאיר בבוקר ובצפרא *cum ſcientia tanquam lumen intellectus ſui illuminet ipſum matutino tempore.* (Aurora Muſis Amica) LX. verò domus illius Pagi arguunt iterum Sapientes, alluſione ad illud (Cant. III, 7. ſeq.) *Sexaginta fortes circa eum, omnes accincti gladio, docti bellum* ſcil. Legis univerſæ; Numerus enim LX. comprehendit univerſam Legem, quia XXIV. Libri Biblici, & VI. ordines Miſchnæ, en num. XXX. quoniam a. ſunt כפלים לתושיה dum quodlibet habet expoſitionem נגלה ſeu vulgarem & בסתר abſconditam, emergit numerus LX. Serpens deglutiens Ranam eſt impius, inimicus Sapientum & piorum juxta illud (Hab. I, 13.) *dum deglutit impius juſtiorem ſe.* Comparat autem impios Serpentibus ad modum. (Ezech. XXIX. 3.) Pharao Draco magnus &c. Vel intelligitur prava concupiſcentia. Corvus deglutiens Serpentem arguit iterum Legis divinæ ſtudioſum, Arbor verò Legem ipſam, ſub cujus umbra & tutela tuti ab hoſtibus ſumus. Dum R. Papa ſe hoc vidiſſe dicit ad propriam experientiam provocat כי קרה לי לאלה שנפגע מרשיעים וניצול מתוך התורה *ſibi eveniſſe, ut inciderit in impios, ſed liberatum tamen eſſe beneficio Legis divinæ.* Hæc Salomoh Ephraim. Prolixior eſt Liber (*egregius & jucundus Dn. Buxtorff. judice*) Caphtor Vuphærach l. ſupra cit. Summa huc redit: Vidit R. Bar Bar Chana perverſam diſcendi rationem, igitur על דרך חידה ומשל ænigmatico ſermonis genere dixit: *Vidi mihi* i. e. לי ראוי ללמוד וללמד עד סוף כל החכמות להשיג כל מה שאפשר לשכל האנושי *conveniens mihi videtur, diſcere & docere* (ab initio) *ad finem usque omnes diſciplinas, ad apprehendendum omne id, quod poſſibile eſt intellectui humano* אקרוקתא Rana â קרא legit, notat Karræos hæreticos אינם מבינים רק בדרך פירושי המפרשים המוציאים בגרונם *nil intelligentes aliud, quàm expoſitiones talium interpretum, qui illas educunt ê gutture* (en *Hagronia*) *ſuo.* (i. e. nil ex traditione habent). Sexaginta domus arguunt LX. Maſſichtas in Talmude (NB. qui LXIII. numerant Tres Baſas pro una, ſicuti & Sanh. & Maccos reputant. Cæterum numerus ille rotundus Ebræis arridet, qui Talmudiſtam etiam גאון ſeu excellentem propterea vocant quòd hæc vox numeris LX. valeat.) quæ בתים ſeu *domus* vocantur, quia Sapientes circumducunt muros Legi per ædificium אב (NB. quid ſit Talmudicis בנין אב ſeu conſtitutio principii

vide

vide in Clavi Talm. L'Emper. fol. 151.) & reliquos XIII. modos (ſc. interpretandi Legem, vide ſupra.) Hagronia autem alludit ad גרונם guttur eorum, dum diſputant, juxta *Recanati.* Serpens ſignificat doctrinam Talmudicam de reptilium purificatione & immunditie; quæ eſt Sapientia magna, comprehendens vel XLIX. modos difficiles, in quibus præ reliquis excelluit R. Elieſer, quod negotium eſt *Fornax Achnai* (NB. תנורו של עכנאי i. e. Fornax Serpentis quid ſit, compendio dicere non poſſum. Quoniam enim de munditie & immunditie tantas diſputationes moverunt, *Serpentis fornax*, quia diſputationibus veluti ſerpente circundabatur, dicitur. Nam עכנאי eſt Serpens שדרכו לשום בעגילה להכניס זנבו אצל פיו qui ſolet in circulo ponere caudam ſuam ad os, inquit Bes Iſraël fol. LXVI. col. 2. ubi de hac materia tractat, lege etiam ex profeſſo Caphtor Vuphærach fol. CXVI. &c.) quod innuit, Serpentem, Patrem omnium Vermium. Corvus notat doctrinam de fluxu menſtruo &c. (ratio ibi redditur,) in qua excelluit Rabba Bar Nachman. Eſt autem hæc difficilior & excellentior priore. Unde dicitur â Corvo devoratus Serpens. Corpus conſedit in arbore i. e. ramo ejus tantum. Innuitur doctrina Jeziræ, quæ ramus eſt Arboris Cabbaliſticæ. Veni vide quam magna ſit Arbor, quia ſcil. Cabbala tractat de profundiſſimis rebus &c: Additur ibi adhuc alia expoſitio, quæ videatur.

§. XI.

Berachos Cap. I. refert R. Chama Bar Chanina, dixiſſe R. Iſaacum כל הנותן מטתו בין צפון לדרום הוין לו בנים זכרים *qui ſtatuit lectum ſuum inter Septentrionem & Meridiem, habebit liberos maſculos*, occaſione Pſ. XVII. 14. וצפונך תמלא בטנם q. d. *& in ſeptentrione* (abſcondito) *implebis ventrem eorum.* In Caphtor Vuphærach fol. IX. exponitur Phyſicè, quòd intelligatur, ad generationem neceſſarium eſſe æquale temperamentum, ne ſit ſc. frigidiſſimum, q. d. Septentrionale, neque calidiſſimum q. d. Auſtrale. Vide ibidem plura egregia & jucunda dicteria veterum de Septentrione enodata. *Summa rei eſt non illicò, ut ſonant accipienda, quæ â Judæis proferuntur: Solent enim variis modis occulere, & clam habere arcana, quæ acceperunt â majoribus,* ſunt verba Clariſſ. Hakſpan Cabbal. Judaic. fol, CCCLIX. quibus etiam finio daturus, ſi Deus dederit, & ſerenius ſidus hiſce Literis affulſerit, in uſus tuos plura. וא״ס.

משום השכחה

Quòd Judæi ſint בעלי הפסוקים, & dicta Biblica tam familiaria ſibimet reddant, etiam diſciplinæ ænigmaticæ tribuendum eſt. Unius

Unius enim Fabulæ & Ænigmatis beneficio (quæ facillimæ ſunt recordationis) ſæpè X. & amplius dictorum reminiſcuntur, locorumque difficilium ſolutiones Diſcipulis imprimunt. Id quod Lector haud difficulter, propoſita â nobis exempla conſiderans, advertet.

CORONIDIS

Vicem quædam Artificia Mnemonica, quoad Chronologiam,

ex ſchedis meis huc transferam.

(α) בראשית legi poteſt בראש ירת in primo ſc. Templo anni CCCCX. junge Jod alterum, habebis durationem Templi alterius CCCCXX. annos. Ex בראשית *ἀναγραμματικῶς* fit בתשרי א i. e. Kalendæ Septembris. His enim quidam Mundum conditum volunt. (β) Adamus mortuus ann. CMXXX. סימן eſt ex Pſal. XC. 40. Mille anni ſunt dies Dei unicus. Horum dierum unum largitus erat Deus Adamo. Viderat autem Adam prophetico Spiritu, Davidem in utero Matris moriturum. Ergò de millenario ſuo ipſi largitus eſt LXX. annos. Unde hic LXX. ille vero CMXXX. vixit. (γ) Enoch curſum annis CCCLXV. quot diebus ſuum, Sol abſolvit. Noach נ״ח cum moreretur, fuit Abraham alter נ״ח i. e. annos LIIX. natus. (δ) Gen. XLII. 2. רדו deſcendite in Ægyptum; manentes ſcil. ibi רד״ו I. e. annos CCX. vel juxta alios רטו divertite manentes annos רט״ו i. e. CCXV. (ε) Gen. XXI. 7. quis מלל dixiſſet: certò lactabit filios Sara ſcil. anno Abrahami מלל i. e. C. (ζ) Jer. XXIX. 25. שלח miſit nos Babel Anno ſcil. של״ח i. e. CCCXXXIIX. Millenarii IV. quo contigit Templi I. excidium. (η) Si quæras quantum differat כמרח (i. e. quanta differentia) ſupputatio Revolutionum R. Adæ F. Ahaba accuratior, â reliquis: reſponde כ״ מח i. e. D. ſcrupula & מ״ה XLV. momenta. (θ) Pſ. LXXIII. 17. אבינה לאחריתם i. e. Abina (intelligam) finem ipſorum, eſt סימן quòd R. Abina fuerit ultimus Gemaricorum (ι) Jeſ. LXI, 9. omnes ראיהם videntes illos יכירום cognoſcent eos eſt סימן, quod Millen. VI. Anno CCLVI. Judæi â Venetis juſſi ſint geſtare pileum croceum ſ. flavum. Nam vox ראיהם valet CCLVI. יכירום verò Gematricè eſt כרכום Crocus. (κ) Gen. XLVII, 28. ויחי & vixit Jacobus. ſc. annos ויח״י XXXIV. â nativitate Joſephi: quantum autem doloris ſuſtinuit ob venditum filium annis XVII. tantum gaudiorum Deus conceſſit cum filio in Ægypto annis itidem XVII. (λ) 1. Reg. XX, 31. מלכי Reges juſti ſunt

i. e. Saul David, Salomo, qui regnarunt annis מלכי i. e. C. (*μ*) Prov. XV, 3. oculi Domini aſpicient רעים וטובים i. e. malos & bonos. סימן eſt: Reges Judæ XIX. quorum quidam mali, quidam boni erant, regnaſſe רעים וטובים i. e. annos CCCXCIII. (*ν*) A Rehabeam ad Captivitatem Oſeæ ſimiliter fuerunt XIX. Reges, omnes nequam & regnarunt annis אמר i. e. CCXLI. Signum eſt Pſ. L, 16. Impio אמר dixit Deus. Diutius vixerunt pii, quia Prov. X, 27. timor Domini auget dies. (*ξ*) Gen. XVII, 19. Vocabis nomen ejus יצחק Iſaac י notat X. tentationes Abrahami צ XC. annos Saræ, cum Iſaac naſceretur: ח IIX. diem circumciſionis: ק C. annum Abrahami, cum Iſaac naſceretur. (*ο*) Gen. VI, 3. non contendet Spiritus meus בשגם. Hæc vox valet idem ac משה Gematricè: nam vixit Moſes CXX. annos iſtis conceſſos ad pœnitentiam. (*π*) Vox בתורה in Lege, notat DCXIII. tot ipſi præcepta numerant. (*ϱ*) Ex. XII, 13. erit ſanguis לאת in ſignum. Eſt סימן interſtitii temporis à circumciſione Iſaaci ad noctem exitus ex Ægypto, annorum ſc. CCCCXXXI. tantundem enim vox לאת valet, quam Judæi propterea defectivè ſcriptam pro לאות dicunt. Sed hac vice tantum.

פירוש

Digitized by Google

פירוש רשי

על

פרשת נח

H. e.

COMMENTARIUS
RASCHE

in

PARSCHAM NOACH.

ſive VI. – XI. cap. Geneſ.

cum interpretatione latina

JO. GEORGII Abicht / P.P.

Digitized by Google

COMMENTARIUS RASCHE ſuper SECTIONEM NOACH.

Cap. VI. v. 9. HÆ (a) *ſunt generationes Noachi, viri juſti*) poſtquam liber hic ipſius meminit, ſtatim excurrit in laudem (b) ejus. Quemadmodum dicitur *Memoria juſti erit in benedictione Prov. X, 7.* Alia expoſitio: Hoc docet te quod fundamentum generationum juſtorum ſint opera bona (c) *In generationibus ſuis*) Sunt ex Doctoribus noſtris quidam, qui hoc explicant de laude ipſius (dicendo:) ſi hic fuiſſet in generatione juſtorum, multo juſtior fuiſſet reliquis. Alii autem interpretantur hoc in opprobrium, (*dicentes:*) quod reſpectu generationis ſuæ fuerit juſtus. Si autem vixiſſet in generatione Abrahami, nihil omnino æſtimatus fuiſſet. Cum Deo ambulavit Noach) Idem de Abrahamo [d] dicitur *Gen. XXIV, 40. Coram quo ambulavi.*) Sed Noach opus habuit fulcro, quo ſe ſuſtineret; Abraham vero corroboravit ſe propria juſtitia ex ſeipſo. *Ambulavit*) Eſt præteritum, & *Lamed* uſurpatur in *Conjug. gravi (dageſſatur)* Uſus ejus eſt tam in *Futuro*, quam in *Præterito* eodem modo. *Surge, peragra terram; Gen. XIII, 12.* in *Futuro. Ambulavit Noach*, in *Præterito. Ora pro ſervis tuis; I. Sam. XII, 19.* in *Futuro. Si venerit & precatus fuerit ad domum hanc; I. Reg. VIII, 42.* in *Præterito*; Niſi quod vav, quod eſt in principio, converterit Præteritum in Futurum.

v. 11. *Et corrupta erat terra*) Eſt vocabulum probroſum & Idololatricum: Quemadmodum dicitur: *Ne corrumpatis vos* (*idololatria*) *Deut. IV, 16.* It. *corrupit omnis caro* (*ſcortatione*). *Gen. VI, 12.* (e). *Et repleta eſt terra violentia*) i. e. rapina.

v. 12. *Quia corrupit omnis caro*) Etiam animalia, beſtiæ & volucres commixta erant cum animalibus, quæ non erant ſuarum ſpecierum.

Digitized by Google

פירוש רש״י

על

פרש׳ נח:

Cap. VI. v. 9. אלה תולדות נח נח איש צדיק. הואיל והזכירו ספר
בשבחו שנאמר זכר צדיק לברכה. ד״א למדך שעקר
תולדותיהם של צדיקים מעשים טובים: בדורותיו.
יש מרבותי׳ דורשים אותו לשבח כל שכן אילו היה
בדור צדיקים היה צדיק יותר ויש שדורשים אותו לגנאי
לפי דורו היה צדיק ואילו היה בדורו של אברהם לא
היה נחשב לכלום: את האלהים התהלך נח. ובאברהם
הוא אומר אשר התהלכתי לפניו נח היה צריך סעד לתומכו
אבל אברהם היה מתחזק בצדקו מאליו: התהלך לשון
עבר וזהו שמוש של למד בלשון כבד משמש׳ להבא
ולשעבר בלשון אחד. קומו התהלך להבא התהלך נח לשעבר.
התפלל בעד עבדיך להבא ובא והתפלל אל הבית
הזה לשון עבר אלא שהוי״ו שבראשו הופכו להבא:

v. 11. ותשחת. לשון ערוה וע״ז כמו פן תשחיתון השחית כל
בשר: ותמלא הארץ חמס. גזל:

v. 12. כי השחית כל בשר. אפי׳ בהמה חיה ועוף נזקקין
לשאינן מינן:

v. 13. *Finis omnis carnis*) ubicunque tu inveneris ſcortationem, ibi peſtis (*f*) mundum ingreditur, & occidit bonos & malos. *Quia repleta eſt terra violentia*) Non fuit obſignatum decretum judicii illorum, niſi tantum propter rapinam (*g*). *De terra*, את valet h. l. *ex*, hinc vertitur, ex terra. Parallela loca ſunt: *Cum exivero* את *urbem Ex. IX, 29.* h. e. ex urbe. *dolorem habuit* את *pedes I. Reg. XV, 23.* h. e. ex pedibus. Alia expoſitio. את *terram* eſt, cum terrâ, quia tres palmi terræ, quâ profunditate terra aratur, commiſcendi & confundendi erant.

v. 15. *Fac tibi arcam*) Magnum eſt ſpatium terræ & liberatio erat coram illô (DEô) h. e. *eſt in potentia ejus*:) Quare DEus fatigat Noachum hâc ædificatione? Fecit hoc propterea, ut viderent illum viri generationis diluvii, occupatum circa illam centum & viginti annos, & ut quærerent ex ipſo, cur hoc facis? Iſe vero reſponderet illis; Futurum eſt, ut DEus diluvium adducat ſuper mundum, an forte pœnitentiam agerent. *Lignorum Copher*) Hoc eſt nomen ligni. Quare vero ex hâc ligni ſpecie? reſp. propter nomen gophrit bitumen, quo DEus illos perdere decreverat. *Nidos*) Singula habitacula, ſingulis animalibus & beſtiis facies. *In bitumine*) Sephet in lingua Syr. Invenimus in Talmud Cophera de arca Moſis. Quia ibidem æquæ erant, *ponas* ideo interius lutum, & picem exterius, & hoc ideo, ne juſtus ille odoretur odorem malum picis. Hîc vero propter magnitudinem aquarum arca pice obducta eſt exterius & interius (*h*).

v. 16. *Feneſtram*) Sunt, qui dicunt, quod ſit feneſtra; Sunt etiam, qui dicunt, quod ſit lapis pretioſus, qui ipſis lucem præberet. *Et ad cubitum perficias illam ſuperius*) H. e. operculum declinans & aſcendens, donec abbrevietur ſupra; & extendat ſe ad cubitum, ut defluant aquæ deorſum ex utroque latere. *In latere ejus ponas*) Ne forte pluviæ incidant in ipſam. *Infimas, ſecundanas & tertias facias*) Tres aſcenſiones facias, quamlibet ad tectum alterius ponas. Superior pro homine, media ad habitaculum [animalium,] inferior ad excrementa.

v. 17. *Ecce ego adducam*) Ecce ego paratus ſum ad conſentiendum cum illis [*Angelis*,] qui me urgent illô dicto: quid eſt homo, ut recorderis ejus? Pſ. VIII, 5. (*i*) *Diluvium*) Quod abſorbet omnia, quod confundit omnia, quod projicit omnia ex alto in profundum (*k*). Et hæc eſt ſententia Onkeloſii, qui vertit, *inundationem*, quia fluere fecit omnia, & duxit illa in Babel, quæ profunda eſt; ideoque dicitur Sinear, quoniam ibidem congeſti ſunt omnes mortui diluvii.

Et

v. 13. קץ כל בשר· כל מקום שאתה מוצא זנות אנדרולומוסיא באה לעולם והורגת טובים ורעי׳: כי מלאה הארץ חמס· לא נחתם גזר דינם אלא על הגזל: את הארץ· כמו מן הארץ ודומה לו כצאתי את העיר מן העיר חלה את רגליו מן רגליו· ד״א את הארץ· עם הארץ שאף שלש׳ טפחים של עומק המחריש׳ נמוחו ונטשטשו:

v. 14. עשה לך תיבה· הרבה ריוח והצלה לפניו ולמה הטריחו בבנין כדי שיראוהו אנשי דור המבול עסוק בה מאה ועשרים שנה ושואלין אותו מה זות לך והוא אומר להם עתיד הקב״ה להביא מבול לעולם אולי ישובו: עצי גופר. כך שמו ולמה מין זה על שם גפרית שנגזר עליהם למחות בו: קנים מדורים מדורים לכל בהמה וחיה: בכופר· זפת בלשון ארמי מצינו בתלמוד כופרא בתיבתו של משה על ידי שהיו המים תשים דיה בחומר מבפנים וזפת מבחוץ ועוד כדי שלא יריח אותו צדיק ריח רע של זפת אבל כאן מפני חוזק המים זפתה מבית ומחוץ:

v. 16. צהר· יש אומרים חלון ויש אומרים אבן טובה המאירה להם: ואל אמה תכלנה מלמעלה· כסויה משופע ועולה עד שהוא קצר מלמעלה ועומד על אמה כדי שיזובו המים למטה מכאן ומכאן: בצדה תשים· שלא יפלו הגשמים בה: תחתיים שנים ושלישים· שלש עליות זו על גב זו עליונים לאדם אמצעים למדור תחתיים לזבל:

v. 17. ואני הנני מביא· הנני מוכן להסכים עם אותם שזרזוני כבר מה אנוש כי תזכרנו: מבול· שבלה את הכל שבלבל את הכל שהוביל את הכל מן הגבוה לנמוך וזהו לשון אנקלוס שתרגם טופנ׳ שהציף את הכל והביאה לבבל שהיא עמוקה ולכך נקרא שנער שננערו שם כל מתי מבול:
והקימותי:

v. 18. *Et erigam fœdus meum*) Fœdus fuit neceſſarium propter fructus, ne impii iſtius generationis accedant & corrumpant illos (fructus) & ne occidant eum (Noachum) (*l*). *Tu, filii tui & uxor tua*) Viri ſeparatim & fœminæ ſeparatim, propterea, ut retrahantur à concubitu.

v. 19. *Ex omni viventi*) etiam ex dæmonibus (*m*). *Bina ex omnibus*) Ex vilioribus animalibus, quæ inter illa ſunt. Non poſſunt infra duo imminui, quorum unum eſt maſculus, alterum fœmella.

v. 20. *Ex volatili ſecundum ſpeciem ſuam*) Illa, quæ ſe ſpeciebus ſuis adjunxerunt, viamque ſuam non corruperunt, & à ſeipſis (*ſponte*) venerunt, & quicquid arca capiebat, intrabat in illam.

v. 22. *Fecit itaque Noachus*) Indicatur ædificatio arcæ.

ANNOTATIONES

ad Cap. VI. v. 9. ſeqq.

(*a*) Pronomina demonſtrativa alia ab aliis ſeparare, aliaque prioribus ſuperaddere, ex eorum natura pateſcit. Obſervavit hoc R. Simeon in Jalkut ſuo *Parſch. Noach fol. 13. col. 2. in pr.* inquiens: אלה תולדות בכל מקום שנאמר אלה פסל את הראשונים ואלה מוסיף על הראשונים כאן שנא׳ אלה מה פסל פסל לדור המבול: *Ubicunque dicitur HÆ; ibi hoc pronomen prophanat antecedentia, hoc vero loco vox HÆ, ſuperaddit aliquid prioribus, dicitur enim HÆ. Quid vero h. l. prophanat? generationem diluvii ſ. homines diluvio conſumendos. Vid. quoque Jalkut Reubenu fol. 28. col. 1.* Senſus R. eò tendit, ut probet vocem אלה *he* h. l. diſtinguere partim familiam Noachi à familiâ reliquorum hominum diluvio perdendorum; partim etiam addere ſuperioribus impiis quoſdam pios ex Noacho prognatos; hos laudat, illos vero culpat & prophanat.

(*b*) Piorum laudes non occultandas eſſe, Raſche his verbis docere voluit, cujus ſententiæ quoque eſt R. *Elias Miſrachi*, qui in *Comment. ad h. l. Raſche* putat, Moſen nominatâ familia Noachi ſtatim debuiſſe excurrere in ejus laudes, & niſi hoc feciſſet, eundem laudes ejus præpoſuiſſe. Hæc ſunt ejus verba: דאל״כ בתח בתולדותיו וסיים בשבחיו ומפני שהפסיק בשבחיו חזר וכתוב ויולד: *Si Moſes non ita ſcripſiſſet, enarraſſet prius generationes ejus, & finiviſſet eaſdem laudibus ejus. Sed cum abſolviſſet laudes ejus, repetit & ſcribit: & generabat.* Conſtans alias Judæorum dogma traditur, nunquam juſti in Scriptura Sacrâ men-

v. 18. והקימותי את בריתי· ברית היה צריך על הפירות שלא
יקרבו ויעפשו ושלא יהרגוהו רשעים שבדור: אתה ובניך ואשתך·
האנשים לבד והנשים לבד מכאן שנאסרו בתשמיש המטה:

v. 19. מכל החי· אפי' שדים: שנים מכל · מן הפחות שבהם
לא פחות משנים וא' זכר וא' נקבה:

v. 20. מהעוף למינהו· אותן שדבקו במיניה' ·ולא השחיתו דרכם
ומאליהן באו וכל שהתיבה קולטתו הכניס בה:

v. 22. ויעש נח · זה בנין התיבה:

---

mentionem fieri, cui non ſtatim laus quædam adjungatur, illud tamen alii ad ea tantum loca reſtringunt, in quibus pii impiis admixti adducuntur. Hæc evidenter in *Debek Toſ. Parch. Noach fol. 11. col. 1.* legimus: איש צדיק פי' רשי הואיל והזכירו ספר בשבחו ק' הלא כמה פעמים מזכיר צדיק ואין מזכיר שבחו כגון אברהם יצחק ויעקב וי"ל דהכי פיר' כל מקום שמזכיר צדיק אצל רשעים כגון כאן שנזכר נח אצל דור המבול ספר שבחו של צדיק ולכן פי' רש"י גבי ואברהם היה יהיה מדרש רבו' ז"ל הואיל והזכירו ברכו קשה וכי לא נזכר עד הנה אלא גב"ה הפ' הואיל והזכירו אצל רשעי שדום ברכו: *Ad verba, VIR JUSTUS Raſche commentatur: poſtquam recordatus eſt ejus, in laudes ejus excurrit. Durum hoc eſt. Nonne toties Moſes mentionem facit juſti, cum tamen laudis ejus non recordetur, v. g. Sic mentio fit Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Reſpondendum eſt rem ſic eſſe explicandam. Quotiescunque mentionem facit juſti unà cum impiis, uti h. l. ubi Noachi mentiò fit unà cum generatione diluvii (peſſimis hominibus eô tempore viventibus) tunc enarrat laudes juſti. Et propterea Raſche etiam hoc modo explicat verba: & Abraham futurus eſt &c. Gen. XVIII, 18. Explicatio Rabbinorum noſtrorum piæ memoriæ eſt, poſtquam recordatus eſt ejus, ſtatim benedixit illi. Durum hoc eſt, nonne hactenus ejus mentionem fecit? ſed jam ſupra expoſitum eſt, quod poſtquam recordatus eſt ejus apud impios Sodomæ, benedixerit illi.* Noachi laudes alias in Scripturâ enarrantur vice plus ſimplici *Matth. XXIV, 33. 37. Hebr. XI, 7. II. Petr. II, 5.* Nec *Euſebius* eas tacuit, conf. *Præparat. Evangel. Lib. VII. c. 8. ubi ait: Ejus tempore ſcelerum ἀυχμὸν καὶ γνόφον ſqualorem & caliginem genus humanum occupaſſe, gigantes contra DEum bellum ſuſcepiſſe, & magicæ artis ſemina jeciſſe, atque adeo ſeduxiſſe*

fere omnes; at Noachum ſe oppoſuiſſe, hinc arca ſervatum à Deô; ut quidem evaſerit ἀρχέτυπος εἰκὼν ζῶσα ϗ ἔμψυχος ϗ ὑπόδειγμα τρόπȣ θεοφιλȣ̃ς *exemplaris imago, viva & vitalis, exemplumque virtutis DEum amantis.*

(*c*) Dixit Raſche, quod fundamentum generationum juſtorum ſint bona opera, eò vult innuere, quod fundamentum, & ſuſtentaculum, quo juſti fulciuntur, ſint opera bona. Ad opera autem bona haud immerito quoque ſobolis procreatio refertur, quis enim negat, ſobolem procreare & eandem ad DEi gloriam educare, eſſe opus æque DEo placens ac agros colere, juſtitiam docere & exequi. Si ergo quis quærat, cûr juſtitia Noachi ejuſque familia in hoc verſu conjungantur? illi ex Raſche noſtro reſpondere poſſumus, quod ſobolis procreatio ſit opus bonum, opera autem bona eſſe fulcrum juſtorum, Noachi vero, ejuſque fulcri mentionem commode in eodem verſu fieri. Hoc prolixius *R. Elias Miſrachi in Comment. in h. l. Raſchi fol. 14. col. 3.* in principio ſtatim ſequentibus proponit. שעקר התולדותיהן כו' דמדכתב ספור שבחיו בכלל ספור תולדותיהן למדנו שמעשיהן של צדיקים הן מכלל תולדותי' ומדאקדמינהו למדנו שהם העקר ומפני שתפש פה המתואר תמורת התואר חזר וכתב ויולד ומפני שהוצרך להזכיר תולדותיו המעשיים חזר והזכיר גם בניו אף על פי שהזכירם למעלה לכלול כל׳: *Quod fundamentum generationum eorum &c.* ad hæc Raſche verba Elias ita commentatur: *Ex eô, quod Moſes ſcripſit enarrationem laudis Noachi, cum generaliter enarraret generationes filiorum ejus, diſcimus, quod opera juſtorum ſint abſolutè generationes eorum; nec non ex eô, quod hos (filios) præmiſerit, diſcimus quod hi ſint fundamentum. Et quoniam hîc adducit Denominativum, (vocem a qua denominatur aliquis v. g. juſtus) loco ipſius formæ denominantis, [v. g. juſtitia] ideo repetit [generationes ejus] & ſcribit: & ille generabat. Et quoniam neceſſe erat, ut ejus generationes h. e. opera adduceret, repetit quoque & recordatur ſimul filiorum ejus, quamvis eorum ſupra mentionem feciſſet, cum omnes generationes generaliter enarraret.* Sententia noſtri Rabbi eſt, quod ratio dari poſſit, cur generationes Noachi cum laude ejus, quod vir juſtus fuerit, conjunctæ ſint; cujus rei hanc reddit, quod generationes, opera ſc. bona, ſint fundamentum omnis juſtitiæ & laudis.

(*d*) Cum de Abrahamo omnium juſtorum principe, uti h. l. de Noacho dicatur, quod cum Deo ambulaverint, durum Rabbinis videtur, quod eadem phraſis de Abrahamo & Noacho adhibeatur, cum ille omnibus virtutibus exornatus; hic autem multis gravibus peccatis v. g. ebrietate contaminatus fuerit. Solvunt tandem quæſtionem reſpondendo, quod quis duplici modo cum Deo ambulare poſſit. Legamus, quomodo

do R. Simeon in Jalkut Part. I. Parſch. Noach fol. 13. col. 2. in fine ſeqq. hoc dilucidet. את האלוהים התהלך נח רבי יהודה אומר למלך שהיו לו שני בנים אחד גדול ואחד קטן ואמר לקטן הלך עמי ולגדול אמר הלך לפני׃ H. e. *Cum Deo ambulavit Noach. R. Juda dixit ſimile de Rege, cui fuerunt duo filii, alter major alter minor, ad minorem dixit: ambula mecum; ad majorem vero: ambula ante me.* Hoc docere voluit R. Juda, quod Abrahamus major filius fuerit, qui Regem antecederet, ejuſque manu tanquam fulcro non indigeret, Noach vero minor, qui ambulare non potuiſſet, niſi Dei manu ſuſtentatus fuiſſet, uterque tamen cum Deo ambulaſſe dicitur. Diverſos eſſe pietatis gradus & noſtrates Theologi confitentur, prout fideles majora vel minora Spir. S. dona receperint. Huc ſpectant fideles infirmi, quos DEus manu apprehendit & ſuſtentat. Hujus reſponſionis rationem jam adductus R. ex fonte ſacro reddere conatur, quando ſequentibus pergit. כך אברהם שהיה כיחו יפה התהלך לפני והיה תמים אבל נח שהיה כחו רע את האלוהים התהלך נח׃ *Hinc dicitur de Abrahamo, cui virtus egregia erat, ambula coram me & eſto perfectus; Gen. XVII, 1. de Noacho vero, cui virtus minor erat, dicitur: cum DEo ambulavit Noach.* Quoniam in loco de Abrahamo agente reperitur phraſis התהלך לפני *ambula ante me*, colligunt eum fuiſſe filium majorem, qui Regem antecederet; ſed quoniam in loco de Noacho loquente dicitur: את האלוהים התהלך *cum DEo ambulavit*, inferunt, quod Deus Noacho præiverit, eumque manuduxerit. Ejusdem ſententiæ eſt Rabbi Nechamja, quem jam laudatus R. Simeon in ſequentibus allegat. רבי נחמיה אומר לאוהבו של מלך שהיה משתקע בטיט חוץ המלך וראה אותו אמר ליה עד שאתה משתקע בטיט בא והלך עמי הה״ד את האלוהים התהלך נח ולמה אברהם דומה לאיהבו של מלך שראה את המלך במבואות אפלים יתחיל מאיר לו דרך החלון אמר ליה עד שאתה מאיר לי דרך החלון בא והאר לפני כך אמר הקדוש ברוך הוא לאברהם אבינו עד שאתה מאיר לי מאספמיא וחברותיה בא והאיר לי בארץ ישראל הה״ד ויברך את יוסף ויאמר האלוהים אשר התהלכו אבותי לפניו אברהם ויצחק רבי יוחנן אמר לרועה שהיה עומד ומביט בצאנו ריש לקיש אמר לנשיא שהיה מהלך וזקנים לפניו׃ *Rabbi Nechamja dicit, Noach ſimilis eſt miniſtro dilecto Regis, qui cum in ſtercus prolaberetur, ſolicitus Rex fuit de eô, & aſpexit ipſum, dixitque ipſi: quoniam tu prolapſus es in ſtercus, ideò accede & ambula mecum, hoc eſt quod dicitur: cum Deo ambulavit Noach. Cui vero Abraham ſimilis eſt? dilecto miniſtro Regis, qui cum Regem proſpiceret*

ceret ambulantem in caligine, decernit ipſi lucem præferre per feneſtram; ad hunc dicit Rex, quoniam tu mihi lucem præfers per feneſtram, accede & illumina coram me. Sic quoque dicit DEus ſumme benedictus, ad Abrahamum patrem noſtrum, quoniam tu mihi lucem præfers in Meſopotamia & confiniis ejus, accede & lucem præfer mihi in terrâ Iſraëlis, hoc eſt, quod dicitur: Et benedicebat Jacobo & dicebat, DEus, coram quo ambularunt patres mei, Abraham & Jizchak. Gen. XLI. R. Jochanan dicit, Noach ſimilis eſt paſtori qui ſtabat, & adſpiciebat gregem ſuum. Riſch Lakiſch dicit: Noach fuit ſimilis principi qui ambularet, quamvis magna ætate profectus eſſet. Hæc ſimilia nulla explicatione indigent; melior eſt paſtor, qui gregi ſuo currendo proſpicit. Sic quoque ætate vegeta alacriores currimus quam ſenili. Hæc omnia deſumta ſunt ex *Breſch. R. Parſch. XXX. fol. 32. col. 3. in pr.* Qui plura de his deſiderat, legat R. *Bechai* in Legem *Parſch. Noach fol. 18. col. 4.*

(*e*) Hæc deſumta ſunt ex *Tract. Talm. Sanhedr. cap* ארבע מיתות *vel VII. fol. 47. col. 1. Vid. Jalk. Simeon. Parſch. Noach fol. 13. col. 3. in medio.*

(*f*) In textu hebraico legitur vox אנדרולמוסיא quæ compoſita eſt ex ἀνδρὸς & λοιμὸς *peſtis, contagium, corruptio* vid. *Buxtorf. Lexicon Talm.*

(*g*) Diſputant hic Judæorum Sapientes an decretum divinum, homines peſte vel aliis pœnis conſumendi, obſignetur & confirmetur propter rapinam, an vero propter ſcortationem? alii putant ſcortationem, alii vero rapinam pœnarum publicarum eſſe cauſam exiſtimant. Videamus, quomodo *Elias Miſrachi* hanc controverſiam tandem *fol. 14. col. 4. Comment. in b. l.* dirimat. לא נחתם גזר דינם אלא על הגזל׳ בפרק
חלק ואין זה סותר מה שאמר למעלה כל מקום שאתה מוצא
זנות כו׳ דמשמע בשביל הזנות ולא בשביל הגזל דהתם במין
הגזרה קאמירי ולא בגזרה עצמה ואלו הכא בגזרה עצמה ומה
שהכריח את הרב לחלק בין הגזרה עצמה למין הגזרה היא
משום דאי לא תימא הכי קשו קראי אהדדי כתיב וירא אלוהים
את הארץ והנה נשחתה כי השחית ויאמר קץ כל בשר
אלמ׳ מפני הזנות היתה הגזרה וכתיב קץ כל בשר בא לפני
כי מלאה הארץ חמס אלמ׳ מפני החמס היתה הגזרה לפיכך
הוכרח לחלק ולומר דהא דכתיב וירא אלהים את הארץ והנה
נשחתה ויאמר קץ כל בשר במין הגזרה קאמירי שהיתה כללית
שהורגת טובים ורעים כדמשמע מסלת כל בשר והא דכתיב בא
לפני כי מלאה הארץ חמס בגזרה עצמה קאמירי שלא נתחתם
גזר דינם אלא על הגזל כדמשמע מסלת בא שפירושו אלמלא
שהיה

שהיית בכלל חטאתיהם חטא הזנות לא היתה גזרה כללית שהיא האנדרולומוסיאה ההורגת טובים ורעים אלא היתה הורגת הרעים בלבד ולולא שהיה בכלל חטאתיהם חטא החמס לא היתה הגזרה באה עליהם לא כללית ולא פרטית עכשיו שהיו שניהם יחד החמס חיב ביאת הגזרה והזנות חייב להיותה כללית ופירוש שאתה מוצא זנות אנדרולומוסיאה באה לעולם איני ר״ל שעל כל פנים היא באה אלא שכשתבא עליהם גזרה מורת אינה אלא מזה המין: H. e. Non obſignatum eſt decretum ipſorum (antediluvianorum) niſi propter rapinam, *vid. Sanhedr. cap. chelek. h. e. XI. fol. 108. f. a.* Hoc non contrariatur illi, quod dixit Rabbi noſter ſupra: *Quotiescunque inveneris ſcortationem &c.* Ex quo intelligimus, quod propter ſcortationem, & non propter rapinam (decretum obſignatum ſit.) Sed ſciendum eſt, quod de *qualitate decreti* ſermo ſit (an ſc. univerſale an vero particulare decretum obſignandum ſit,) *non vero de decreto ipſo.* Si enim h. l. de decreto ipſo ſermo eſſet, quid impuliſſet Rabbinum, ut diſtingueret, inter decretum ipſum & qualitatem decreti? Hoc ideo factum eſt, ne forte dicas, quod h. l. obſcuritas quædam ſit, ideo quod conjuncta ſint, tam quod ſcriptum eſt: *& adſpiciebat DEus omnem terram, & ecce illa erat perdita, quoniam perdiderat &c. Et dicebat, finis omnis terræ &c.* Ex quo apparet, quod propter ſcortationem decretum factum ſit. Quam quod ſcriptum eſt: *Finis omnis terræ venit coram me, quoniam repleta eſt terra violentiâ,* ex quo apparet, quod propter violentiam decretum factum ſit. Ideo neceſſe fuit, diſtinguere, & dicere, ecce quando ſcriptum eſt: *& adſpiciebat DEus omnem terram, & ecce corrupta erat &c. & dicebat finis omnis carnis &c.* Hæc de qualitate decreti dixerunt (Sapientes noſtri,) quod nempe fuerit univerſale, & quod conſumſerit bonos & malos, quod colligimus ex voce, *omnis caro.* Quando vero ſcriptum eſt; *venit ad me, quoniam terra repleta eſt violentia,* ea de ipſo decreto intellexerunt; quod ſcil. decretum judicii eorum, non obſignatum ſit, niſi propter rapinam, quod intelligimus ex voce, *venit.* Senſus hujus rei eſt: Niſi in genere peccatorum eorum fuiſſet peccatum ſcortationis, decretum non factum fuiſſet univerſaliter, ut hæc perditio conſumſiſſet bonos & malos, ſed interfeciſſet tantum impios. Et niſi in genere peccatorum eorum fuiſſet peccatum violentiæ, decretum non veniſſet ſuper eos, neque univerſaliter neque particulariter: Quoniam vero ambo peccata adſunt conjunctim, ideo vio-

lentia

lentia efficit, ut veniat decretum; ſcortatio vero efficit ut fiat univerſale. Hinc ſenſus eſt: Quotieſcunque inveneris ſcortationem, venit perditio hominum in mundum; non quod velit dicere, quod toties veniat: Sed quando venit ſuper homines decretum mortis, tunc tantum propter hanc ſpeciem venit. *Conf. Deſek Tob. Expoſ. Raſche Parſch. Noach fol. 11. col. 2.*

(*b*) *Vid. Jalkut Simeon. Parſch. Noach fol. 13. col. 4. circa principium.* (*c*) *Vid.*

COMMENT. RASCHE
in
CAP. VII.

v. 1. *Vidi juſtum.*) Non appellatur juſtus perfectus. Hinc eſt quod dicimus tantum partem laudis de aliquô in præſentia, omnem vero in ejus abſentiâ (*a.*)

v. 2. *De mundo*) quod impoſterum mundum erat futurum apud Iſraëlitas; ex quo diſcimus, quod didicerit Noachus legem (*b*). *Septena, ſeptena*) Ut offerre ex illis poſſet ſacrificium in egreſſu ſuo.

v. 3. *Etiam de volatili cœli &c.*) De mundis dicit hoc ſcriptura, docetque id verſus antecedens per explicationem.

v. 4. *Quia poſt ſeptem dies*) Septem dies luxerunt propter Methuſalechum juſtum, quia DEus Benedictus pepercit gloriæ ejus, & diſtulit vindictam. Age, computa annos Methuſalechi & videbis, quod completi ſint in anno ſexcenteſimo vitæ Noachi (*c*). *Quia poſt dies adhuc*) Quid ſibi vult hoc aliud tempus? indicatur, quod poſt hoc tempus aliud ſuperadditum ſit illis centum & viginti annis. *Quadraginta dies*) Reſpectu formationis prolis, quam perdere ſolebant, fatigando (DEum) Formatorem ſuum, ut formaret formas ſpuriorum. (*d*).

v. 5. *Et faciebat Noach*) Indicatur introductio in arcam.

v. 7. *Noach & filii ejus*) Viri ſeorſim & fœminæ ſeorſim, quoniam interdictus erat concubitus lecti, propterea quod mundus verſabatur in mœrore (*e*). *Propter aquas diluvii*) Etiam Noach infirmus fide fuit, credidit & non credidit, quod futurum ſit diluvium, nec ingreſſus eſt arcam, donec eum propellerent aquæ.

v. 9. *Venerunt ad Noachum*) Sponte ſuâ (*f*). *Bina, Bina*) Omnia æqualia computabantur in hac computatione, ex vilioribus fuerunt bina.

Men-

(*i*) *Vid. Breſch. Rab. Parſch. 31. fol. 34. col. 2. & Jalkut Simeon. fol. 14. col. 1. in medio ferè.*

(*k*) His verbis reſpicit Raſche ad varias radices, ex quibus vox מבול *diluvium* derivari poteſt. Si deducas à בלה *conſumſit*, erit conſumptio; a בלל *confudit*, erit confuſio, a יבל in Hiph. *abduxit*, erit abductio. *Vid. Deſck Tob. Parſch. Noach fol. 11. col. 4.*

(*l*) *Vid. Sanhedr. fol. 108. f. 2.*

(*m*) *Vid. Elias Miſrachi in Comment. in hac verba Raſche fol. 15. col. 2.*

פרוש רשי

פרק ז

C. VII. v. 1. ראיתי צדיק· ולא נאמר צדיק תמים מכאן שאומרים מקצת שבחו של אדם בפניו וכולו שלא בפניו:

v. 2. הטהורה· העתידה להיות טהור' לישראל למדנו שלמד נח תורה: שבעה שבעה· כדי שיקריב מהם קרבן בצאתו:

v. 3. גם מעוף השמים וגו'· בטהורים דבר הכתוב וילמד סתום מן המפורש:

v. 4. כי לימים עוד שבעה· אלו שבעת ימי אבלו של מתושלח הצדיק שחס הקב"ה על כבודו ועכב את הפורענות צא וחשוב שנותיו של מתושלח ותמצא שהם כלים בשנת תר' שנה לחיי נח: כי לימים עוד· מהו עוד זמן אחר זמן זה נוסף על מאה וכ' שנה: ארבעים יום· כנגד יצירת הולד שקלקלו להטריח ליוצרם לצור צורת ממזרים:

v. 5. ויעש נח· זה ביאתו לתיבה:

v. 7. נח ובניו· האנשים לבד והנשים לבד לפי שנאסרו בתשמיש המטה מפני שהעולם שרוי בצער: מפני מי המבול· אף נח מקטני אמנה היה מאמין ואינו מאמין שיבא המבול ולא נכנס לתיבה עד שדחקוהו המים:

v. 9. באו אל נח· מאליהן: שנים שנים· כלם השוו במנין זה מן הפחותה היו שנים:

בחדש

v. 11. *Menſe ſecundo*) R. Elieſer dicit, quod ſit Marcheſchvan; R. Joſua autem dicit, quod ſit Ijar (*g*). *Rupti ſunt*] Ut adduceret aquas eorum. *Voraginis magnæ*] Par pari ipſis refertur; (*h*) Illi peccaverant in magna malitia hominis, hinc percuſſi ſunt voragine magnâ.

v. 12. *Et erat pluvia ſuper terrâ*] Poſtea *v. 17.* Moſes adjungit: & erat diluvium. Sed quando DEus alias demittit pluvias, demittit eas in miſericordiâ, ut, quando ceſſant, ſint pluviæ benedictionis; Quando vero non ceſſant fiunt diluvium. *Quadraginta dies*) Dies primus non numeratur, quia ipſi nox deeſt; Scriptum enim eſt: in die illô rupti ſunt fontes omnes v. 11. Inveniuntur quadraginta dies completi 28. die menſis Kisleu ſecundum R. Elieſer. Menſes numerantur hîc ſecundum ordinem ſuum, in quo alter plenus, alter deficiens eſt (*i*). Ecce cape tibi 12. dies ex menſe Marcheſvan & 28. ex menſe Kisleu. (habebis ſummam 40. dierum).

v. 13. *In eo ipſo die*) Docet te Scriptura, quod homines illius generationis dixerint. Quando nos eum videbimus intrare in arcam, tunc frangemus eam, & occidemus illum. Dixit vero DEus Ben. ego introducam eum in conſpectu omnium: tunc apparebit quis reſtiturus ſit.

v. 14. *Omnis avis, omne alatum*) Connexio hæc eſt: Vox צפור competit omnibus ſpeciebus avium, כנף v. multitudini locuſtarum (*k*).

v. 16. *Et claudebat DEus poſt ipſum*] Protexit eum, ne frangerent eam [arcam] Circumdedit arcam urſis & leonibus, qui illos occiderent. Senſus autem literalis Scripturæ eſt: Clauſit poſt ipſum propter aquas (*l*). Et hunc ſenſum habet בעד quoties in Scriptura recurrit, ſemperque idem eſt ac בנגד ſuper pro V. g. *Super omnem vulvam Gen. XX, 18. Super te & ſuper filios tuos II. Reg. IV, 4. Pellem propelle. Job. II, 4. clypeus pro me. Pſalm. III, 4. Ora pro ſervis tuis. 1. Sam. XII, 19.*

v. 17. *Et elevarent eam a deſuper terra*) Submerſa erat navis in aquis 11. cubitos ſicut navis onerata, quæ ſubmerſa eſt ex parte in aquis (*m*). Scriptura, quæ coram nobis hoc comprobat.

v. 18. *Et prævaluerunt*) a ſeipſis, ſponte.

v. 20. *Quindecim cubitus ſupernè*) Super altitudinem omnium montium, poſteaquam æquaſſent cacumina montium (*n*).

v. 22. *Anhelitus ſpiritus vitæ. (o)*) Flatus ſpiritus vitarum, qualis eſt in animalibus, non vero in piſcibus, qui in mari ſunt.

v. 23. *Et deleta eſt (p)*] Eſt ex forma Kal, non vero ex forma Niphal & quidem ex formatione [יִּפֶן] Quodvis verbum tertiæ Rad. HE v. g. ædificavit, perdidit, acquiſivit, quando ipſi præponitur Vav jod in principio; punctatur per chirek ſub jod. *Tantum Noach*) Solus Noach; hic eſt ſen-

v. 11. בחדש השני׳ רבי עליעזר אומר זרח מרחשון רבי יהושע
אומר זה אייר: נבקעו׳ להוציא מימיהם: תהום רבה׳
מרה כנגד מדה הם חטאו ברבה רעת האדם ולקו בתהום רבה.

v. 12. ויהי הגשם על הארץ׳ ולהלן הוא אומר ויהי המבול אלא
כשהורידן הורידן ברחמי׳ שאם יחזרו יהיו גשמי ברכ׳ כשלא
חזרו היו למבול: ארבעים יום וגומ׳׳ אין יום ראשון מן תמנין
לפי שאין לילו עמו שהרי כתוב ביום הזה נבקעו כל מעינו׳
נמצאו ארבעים יום כלי׳ בכ״ח בכסלו לר׳ אליעזר שהחדשי׳
נמנין אחד מלא ואחד חזר הרי י״ב ממרחשון וכ״ח מכסליו:

v. 13. בעצם היום הזה׳ למדך שהיו בני דורו אומרים אלו אנו
רואים אותו נכנס לתיבה אנו שברים אותו והורגין אותו אמר
הקב״ה אני מכניסו לעיני כלם ונרא׳ דבר מי יקום:

v. 14. צפור כל כנף׳ דבוק הוא צפור של כל מין כנף לרבות
חגבי׳:

v. 16. ויסגר יי׳ בעדו׳ הגין עליו שלא שברוה הקיף התבה דובים
ואריות והיו הורגים בהם ופשוטו של מקרא סגר כנגדו מן
המים וכן כל בעד שבמקרא לשון כנגד הוא בעד כל רחם
בעדך ובעד בניך עור בעד עור מגן בעדי התפלל בעד עבדך:

v. 17. ותרם מעל הארץ: משוקעת היתה במים י״א אמה כספינה
טעונה שמשוקעת מקצתה במים ומקראות של פנינו יוכיחו:

v. 18. ויגברו׳ מאליהן:

v. 20. חמש עשרה אמה מלמעלה של גובה כל ההרים לאחר
שהשוו לראשי ההרים:

v. 22. נשמת רוח חיים׳ נשמה של רוח חיים׳ אשר בבהמה ולא
דגים שבים:

v. 23. וימח׳ לשו׳ ויפעל הוא ואינו לשו׳ ויפעיל והוא מגזרת ויפן
כל תיבה שסופ׳ ה״א כגון בנה מחה קנ׳ שהוא נותן וי״ו יו״ד
בראשה נקוד בחירק תחת היוד: אך נח׳ לבד נח זה הוא פשוטו

ומדרש

Digitized by Google

ſenſus litteralis. Senſus vero myſticus (q) eſt, quod Noach tuſſiverit & ſudaverit ſanguinem; ob laborem cum animalibus & feris. Sunt quoque, qui dicunt, quod tardaverit pabulum leoni dare, qui eum ideo percuſſerit, hinc de Noacho dicitur: *Ecce juſto in terra rependetur. Prov. XI, v. 31.*

ANNOTATIONES

ad Cap. VII. Gen.

(a) Vid. *Tract. Talmud. Erubin Cap. II. fol. 19. col. 2.* Et *Jalkut Simeon. Parſch. Noach fol. 14. col. 1. poſt med.* Nec non *Breſch. Rab. Parſch. 32. fol. 34. col. 4. Jad Joſeph fol. 8. col. 3. & 4.*

(b) Conf. *Tract. Talmud. Sanhedr. cap. XI, fol. 108. fac. b.* nec non *Jalk. Sim. Parſch. Noach fol. 14. col. 1.*

(c) Vid. *Breſch. Rab. Parſch. 32. fol. 35. col. 1. & Jalk. Sim. fol. 14. col. 2. & 3.*

(d) Supra dictum eſt, quod ob ſcortationem decretum a DEo factum ſit, quod velit omnem carnem perdere; hoc vero loco dicitur, quod DEus tantum temporis pluviæ omnia conſumenti deſtinaverit, quantum alias ſobolis formatio in uterô materno requirit. Ratio noſtri Commentatoris eſt, quod ſcorta & meretrices DEum formatorem omnium creaturarum coëgerint quaſi ut ſpurios 40. dierum ſpatio formaret. Vid. *Breſch. Rab. Parſch. 32. fol. 35. col. 1.*

(e) Qvoniam hoc in loco Noachus cum filiis ſuis, & uxor ejus cum uxoribus filiorum conjunguntur, colligunt exinde Rabbini, quod concubitus omni illo diluvii tempore interdictus fuerit. Quando vero ex arca egrediuntur, Noach cum uxore ſuâ iterum conjungitur, dicitur enim, *exi tu & uxor tua; & filii tui & uxores filiorum tuorum cap. IIX, v. 16.* Vid. *Elias Misrachi in b. l. Raſche fol. 14. col. 3.* Nec non *Breſch. R. fol. 35. col. 1.*

(f) Conf. *Elias Miſrachi in b. l. fol. 14. col. 3. circa finem.*

(g) *Vid. Jalkut. Sim. fol. 14. col. 3. Ut & Defek Tof. Expoſit. Raſche fol. 12. col. 1.* Ut hæc rectius intelligantur liceat omnes Judæorum menſes adducere, quorum aliqui habent 30. dies & dicuntur מלאים *pleni;* alii vero tantum 29. & dicuntur חסרים *deficientes;* denique מעוברים *intercalares,* qui triginta communiter dies requirunt. Ordo menſium, uti in לוח של שנה ſ. Calendario Judaico ת״סה לפ״ק ſive An-

ומדרש אגדה נותח וכותה דם מטורת הבהמות ויש א׳מרים
שאיחר מזונות לארי והכישו ועליו נאמ׳ הן צריק בארץ ישולם:

Anno ſecundum computationem parvam 465, (cui ſi addas 1240, habebis annum Chriſti 1705. currentem,) conſpicitur, ſequens eſt.

1. תשרי *Thiſri 30. dier.* dicitur etiam איתנים *Ethanim 1. Reg. VIII, 2.*
2. מרחשון *Marcheſvan 29. dier.* dicitur etiam בול *Bul 1. Reg. VI, 38.*
3. כסליו *Ciſlev 30. dier.*
4. טבת *Thebeth. 29. dier.*
5. שבט *Schebat 30. dier.*
6. אדר *Adar 29. dierum, quandoque 30. uti anno præcedenti.*
   ואדר *Ve adar,* qui eſt intercalaris & antecedenti Anno תסה״ ſ. 464. Chriſti 1704. habuit *29.* dies, præſenti vero plane omittitur.
7. ניסן *Niſan 30. dier.* dicitur etiam אביב Abif. *Ex. XIII, 4.*
8. אייר *Ijar 29. dier.* dicitur etiam זו *I. Reg. VI, 1.*
9. סיון *Sivan 30. dier.*
10. תמוז *Thamus 29. dier.*
11. אב *Af 30. dier.*
12. אלול *Elul 29. dier.*

Quoniam annus Solaris 365. diebus 5. horis 49. min. prim. ferè completus eſt; annus vero Lunaris tantum 354 dieb. 8. hor. 49. min. prim. ferè abſolvitur, evenit, ut annus Solaris Lunarem 10. diebus 21. horis vel, ut alii volunt, 11. diebus quotannis ſuperet. Ut ergo tempeſtates annuæ menſibus annexæ maneant, nec menſes æſtivi hyemales fiant, menſem integrum tertio vel ſecundo anno intercalare ſolent, quem ex relictis antecedentium annorum 11. diebus collegerunt. Fit autem hæc intercalatio in XIX. annorum circulo, anno III. VI. VIII. XI. XIV. XVI. annus denique XIX. omnes dies & menſes quadam *ἀποκαταςάσει* Soli æquiparat. Talem intercalarem menſem, quem poſt Adar ponunt, uti jam vidimus, Veadar appellant. Totus hic menſis veluti momentum temporis æſtimatur, nullumque uſum in cenſu civili retinet, adeo, ut judicia, eô currente ſubſiſterent & quieſcerent, quod negotium, ſequenti caſu illuſtrant. Ruben naſcitur ultimo die menſis Veadar intercalaris; Simeon vero primo die ordinarii menſis Adar, quæritur, quantum ætate à ſe invicem diſcrepent? Reſpondent, Simeonem tantum uno non duobus menſibus Rubenum ætate ſuperare. Eadem ſententia de bisſexto, qui ex quater ſex horarum

ſpatio ſingulis 4. annis aggregatur, quondam lata eſt, quoniam biduum illud pro uno die habetur, quo ſenſu Celſus de *verborum Signif. L. cum Biſſextus: Nihil refert, ait, utrum priore, an poſteriori die natus ſit, cum illud biduum pro uno die tantum habeatur.* Præterea hic notandum eſt, quod initia annorum Judaicorum ſint varia. *Primum* anni initium colligimus ex *Exod. XXIII, 16.* Ubi DEus mandat, ut ſolennitas collectionis celebretur *in exitu cujusque anni* בצאת השנה. Ex quo colligitur, quod poſt frugum collectionem, menſe Tisri, qui ex parte noſtro Septembri reſpondet, anni initium conſtitutum ſit, cujus ratio ex mundi creatione, quæ æquinoctio autumnali facta credebatur, forte peti poteſt. *Secundum* anni principium conſtituit menſis Abib ſive Niſan cum noſtro Martio ex parte currens. Hujus fundamentum reperitur *Ex. XII, 2. Hic menſis Niſan,* (quo vos ex Ægypto eduxi) *vobis ſit principium menſium, primus ille eſto vobis inter menſes cujuscunque anni.* Hinc Paſcha menſe primo celebrari dicitur. Reliqua duo annorum principia una cum antecedentibus Talmudiſtæ in *Miſchna Tract. Roſch Haſchana cap. I. Sect.* 1 docent. *Quatuor ſunt principia anni; primâ die menſis Niſan eſt novus annus Regum & Feſtorum: Prima die Elul eſt novus annus decimandi pecoris. Ribbi Elieſer tamen & Ribbi Simeon, primâ die Tisri. Primâ die Tisri eſt novus annus annorum, anni dimiſſionis, Jubilai, Plantationis arborum & herbarum: Primâ die Schebat eſt novus annus arborum, ſecundum ſententiam domus Schamai: Sed domus Hillel dicit, decimo quinto die ejus menſis.* Hujus loci uberiorem expoſitionem invenies *in Leusd. Phil. Hebr. Mixto Diſſert. XXXIV, p. m. 220.* Præcipua anni initia ſunt menſe Tisri & Niſan, hinc quando Moſes h. l. dicit, quod ſecundo menſe aquæ depluerint, quærunt Rabbini, qualem hic ſecundus menſis pro primo agnoſcat. *Rabbi Elieſer* anni hujus principium in Menſe Tisri ponit, ut menſis ſecundus Marchesvan ſit; *Rabbi Joſua* autem auſpicium anni in Niſan quærit, quem Ijar immediate ſubſequitur. Rabbi Joſuæ ſententiam dubium premit, an Noachi tempore anni principium in menſe Niſan poſitum fuerit? legimus enim quod Moſis ætate demum illud à DEo inſtitutum ſit *Ex. XII, 2.* Veritati itaque magis conſentaneum eſt, initium diluvii menſe Tisri fuiſſe, quod quoque plerique Philologi tam Hebræi quam Chriſtiani, aliis rationibus nixi comprobant. Ex Hebræis prolixe de hac controverſia diſputat *Elias Misrachi in Comment. ad h. l. Raſche fol. 14. col. 3. in fine & ſequenti.* Autor *Defik Tof Expoſ. Raſche fol. 12. col. 1.* hujus diſſenſus cauſam, ſuamque ſententiam ſequentibus proponit: ה״פ דפליגי מאימתי מנין השנים דהא קיימא לן דבתשרי נברא העולם; *Hujus diſſenſus explicatio pendet à quæſtione, quando (quo men-*

Digitized by Google

menſe) numerus annorum incipiat. Nos autem certi ſumus quod menſe Tisri mundus ſit creatus. Multi Chriſtianorum huic ſuum adjiciunt calculum. Sic *Ludovicus Capellus* in *Chronologia Sacra*, primum anni menſem Tisri facit, (quamvis tunc temporis hoc nomen nondum invaluiſſet,) cujus initium in *22. Septembris* incidebat, a quo ſecundus *Marchesvan* eſt, cujus primus dies *21. Octobris* eſt. Et ſic *17. in 6. Novembris* incidit, quo imber demiſſus eſt, qui per 40. continuos dies h. e. ad *27. menſis tertii Casleu* ſeu *16. Decembris* continuavit. Eandem ſententiam in *Breſch. R. approbatam* legimus *Parſch. 33. fol. 37. Col. 1. in fine.* Conſentit. *Leidekkerus de Republ. Hebr. L. I. cap. IV. p. m. 24. ſeq.* Ubi relicta *Voſſii, Alſtedii* aliorumque ſententiâ *Uſſerium* ſequitur, qui exiſtimat menſis ſecundi *diem 17.* cecidiſſe in *Decembr. 17. fer. 1.* Nec diſſentit *Lightfoot* qui ephemerides diluvii ſcripſit *Vid. Vol. 1. Opp. Chron. tempor. cap. VI. pag. m. 5. ſeqq.*

(*b*) Vid. *Tract. Talmud. Sanhedr. cap. XI. fol. 108. fac. a.*

(*i*) Hæc explicata ſunt in *Annot. ſub lit. g.* quam vide.

(*k*) Quod quoque Dæmones in arcam ingreſſi ſint, Rabbini communiter perhibent. *Raſche* noſter ſupra *cap. VI, 19.* ſub voce, *de omni viventi* מכל חי Dæmones quoque complexus eſt, & *Rabbi Bechai in Comment. Parſch. Noach fol. 19. col. 3. poſt. med.* eandem ſententiam approbat. מכל החי דרשו ר"ז"ל לרבו' השדים וצוהו ית' שיכניסם אל התיבה ויתכן לפרש כי אי אפשר להם שישאר במקומם שהו' האויר בגלגלי היסודות לפי שהגזרה היתה לשחת כל בשר אשר בו רוח חיים וזה כולל. כל בעלי נפש התנועה שעל הארץ והוסיף לומר עוד מתחת השמים שגזרת המבול היתה אף על הבריות שהן מתחת גלגלי היסודות והם השדים על כן הוצרך להכניסם אל התיבה פן ימתו באויר אשר מתחת השמים: Hoc eſt, *voces* de omni viventi *interpretati ſunt Rabbini noſtri felicis memoriæ de multitudine Dæmonum, DEus enim Noacho præcepit, ut etiam de his quosdam in arcam adduceret. Quæ expoſitio congrua videtur, quoniam non erat poſſibile, ut Dæmones manerent in loco ſuo, h. e. in aëre, in orbibus elementorum; decretum enim erat, ut omnis caro, in qua ſpiritus vitalis eſſet, perderetur. Talis vero phraſis includit omnia animata ſeſe moventia, quæ ſuper terra ſunt. Præterea quoque dicitur,* quæ ſub cœlo, *ex quo colligitur, quod decretum diluvii, etiam comprehenderit creaturas, quæ ſub orbibus elementorum ſunt, quales ſunt Dæmones. Propterea requirebatur ut illos introduceret in arcam, ne perirent in aëre qui ſub cœlô.* Ejusdem ſententiæ eſt *Elias Misrachi,* qui in *Commentar. ad cap. VI v. 19.* de omni viventi fol. *15. col. 2.* ſequentem in modum ſcribit; ומכל החי אפי' שדים· כבר ר"אלכ לא לכתוב

לכתוב קרא אלא מכל בשר כדאמ׳ קץ כל בשר לשחת כל בשר ויגוע כל בשר מכל חי למה לי אלא להודיעך שאפילו מאותן שאין להם בשר וגויה אלא החיות בלבד שהן השדים הביא אל התיבה לחיותן שלא ימותו במבול שגם הם מתים כבני אדם כדאיתא בחגיגה: *Ad verba*, De omni viventi etiam Dæmones, *ita commentatur*: *Hæc ſententia legitur quoque in Breſch. R.* (Parſch. 31. fol. 34. col. 2.) *Si enim res ſe non ita haberet, Scriptura tantum ſcripſiſſet:* de omni carne, *quemadmodum dicitur:* finis omnis carnis &c. *cap. VI, 30. Gen.* ad perdendum omnem carnem *v. 17.* & exſpiravit omnis caro *Cap. VII, 21.* Cur *vero h. l. ſcriptum eſſet* de omni viventi, *niſi ut doceret te, quod etiam de iis creaturis, quæ nullam carnem nullumque corpus habent, ſed vitam tantum, quales ſunt Dæmones, ad arcam adduxerit Noach, ut eos in vitâ ſervaret, ne moriantur in diluvio, quoniam hi moriuntur non ſecus ac homines, uti legitur in Tract. Talmud. Chagiga.* Hæc eum tantum in finem adducere volui, ut pateat, quam Judæi de Dæmonibus foveant ſententiam. Quantum ex his verbis colligimus, denegant illis corpus & carnem, qualem animalia in prima creatione receperunt; attribuunt vero illis tantum vitam, uti Miſrachi, & animam viventem, quod Rabbini in Breſch. R. l. c. expreſſe affirmant, Dæmones eſſe מאותן שנבראו להם נפשות ולא נברא להם גופין *ex illis creaturis, quibus tantum creatæ ſunt animæ, non vero corpora.* Deinde *R. Bechai* Dæmonum domicilium determinat, quod ſint in aëre in orbibus elementorum, quod quoad verba convenit cum illo Paulino *Eph. II, 2.* ubi Diabolus *ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος princeps poteſtatis aëris hujus*, appellatur, reliqua Theologis diſcutienda relinquo. Hic Miſrachi addit tandem, quod Dæmones moriantur, non ſecus ac alii homines, uti Talmudiſtæ quondam docuerunt.

(*l*) Duplicem vocis ויסגר *& claudebat* explicationem Raſche noſter hic attulit, alteram nomine פשוט *ſimplicis & litteralis ſenſus*, alteram abſque peculiari nomine, quæ tamen alias [*infra v. 23.*] *ſenſus* אגדה *ſ. myſticus* appellatur. Senſum litteralem imprimis in Scripturæ explicatione attendendum eſſe, omnes norunt; ſed de ſenſu myſtico interpretes non eandem fovent ſententiam. Quidam enim hunc penitus rejiciunt, quidam vero eundem aliquô modô tolerare volunt. Si meam hîc licet ſubjicere ſententiam, exiſtimo hunc ſenſum myſticum incommode hoc nomine venire, quoniam noſter ſenſus myſticus cum hoc judaico nullô modo comparandus eſt, quod alia occaſione pluribus demonſtrabo. Quantum ex hoc Raſche aliorumque Rabbinorum exemplis perſpicere potui, cognovi hunc ſenſum myſticum multo congruentius piam

am meditationem appellari, quæ in textu quidem non comprehenſa eſt, cujus tamen occaſione ad aliquas meditationes ducimur. Hoc ut ſtatuam *Jalkut Simeonis* perſuaſi, qui partim alium ſenſum myſticum ſeu potius piam meditationem ſubjunxit, partim etiam Raſche noſtri ſenſum myſticum prolixius deduxit, & viam, quâ ad hanc meditationem pervenerunt antiqui, demonſtravit, conf. *Parſch. Noach fol. 14. col. 4.* ויסגר
יי׳ בעדו סגר הקב״ה חמה ולבנה ולא היו מאירים כל י״ב חודש
שנ׳ האומר לחרס ולא יזרח והיאך היה נח משמש זימן לו
הקב״ה אבן טובה ונשתמש לאורה כיון שראו הרשעים
שהן אבודים בקשו להפוך את התיבה חקיף אריות לתיבה
והיו אוכלין אותן שנ׳ ויסגר יי׳ בעדו שכן הוא אומר אלהי
שלח מלאכיה וסגר פום אריותא ולא חבלוני:
Hæc ita interpretor: *Et claudebat DEus poſt illum. Occluſit DEus ſumme Benedictus Solem & lunam, ne lucerent per totos duodecim menſes. Dicitur enim:* Qui dicit ſoli ut non oriatur *Job. IX, 7. Quomodo vero Noach officio ſuô functus eſt absque luce? Preparavit ipſi DEus ſumme Benedictus lapidem pretioſum, qui ſerviebat ad lucendum. Cum præterea impii viderent, quod eſſent perditi, quærebant invertere arcam. Sed DEus circumdedit illam arcam leonibus, qui eos devorabant, dicitur enim:* & claudebat Deus pro illô, *quod convenit cum illô, quod legitur Dan. VI, 23.* Deus meus miſit angelum ſuum: & clauſit os leonum, ut non læſerint me. Hic Commentarius Rabbinicus docebit, quod occaſione dicti *Job. IX, 7.* quo de Deo dicitur, quod *ſoli præcipere poſſit, ne oriatur*, antiqui Rabbini exiſtimaverint, Deum diluvii tempore ſolem & lunam retardaſſe, & ne oriantur prohibuiſſe. Qualis ſenſus non ex textu eruitur, ſed ut pia meditatio illi ſuperadditur. Pari modo vocis סגר conſideratio, locique paralleli evolutio, quem Daniel. VI, 23. invenerunt, antiquis Rabbinis hanc ſuggeſſit cogitationem, quod Deus eodem modo antediluvianos repulerit, ne arcæ aut Noacho damnum inferrent, quemadmodum Danielis tempore leones coërcuit, ne ullo modo Danieli nocerent.

(m) Raſche his verbis vult demonſtrare, quod arca, cum in aquis nataret, navis oneratæ inſtar 11. cubitos in aquas demerſa ſit. Hoc ut faciat pro certo aſſumit, quod 60. dierum ſpatio 15. cubitos aqua defluxerit & imminuta ſit, nunc ſi quæras, quot dies unus cubitus requirat, facile ſequenti modo inveneris

2
60 — 15 — 1 - 60 | 4
15

Cogno-

Digitized by Google

Cognoſces itaque 4. dies requiri, ut unus defluat cubitus. Alterum datum & verum, ex quo Raſche ſuam ſententiam demonſtrare annititur, eſt, quod in Scriptura dicatur, 15. cubitos ſuper montium cacumina aquas aſcendiſſe. Hic quærere liceat, ſi arca aſſeris inſtar in aqua nataſſet, quot dies fuerint requiſiti, ut in montis cacumine quieſcere potuerit? Si unus cubitus quatuor dies requirit, quæſitum mediante regulâ detri apparebit,

$$1 — 4 — \begin{array}{r} 15 \\ \underline{4} \\ 60 \end{array}$$

Ex quo colliges, 60. dies præterlabi debuiſſe, antequam terram attigerit, ut quieſcere potuerit. Sed quoniam legimus, quod decimo ſeptimô die arca quieverit, ſedecim autem diebus tantum quatuor cubiti deficere potuerunt; aqua tamen 15. cubitos ſuper montium cacumina adſcenderit; merito quæritur, quomodo 17. die, quo tantum 4. cubiti aquarum defluxerant, arca quiescere potuerit? Sed facilis eſt reſponſio, nimirum 11. cubitos arca, oneratæ navis inſtar demerſa eſt; ſi enim arca 11. cubitos in aquâ fuit, & deinde 17. diebus aquæ 4. cubitos decreverunt, 4. & 11. dabunt 15. cubitos, quibus aqua ſuper cacumina montium aſcenderat.

(*n*) Videatur *Jalkut Simeon. Parſch. Noach fol. 14. col. 4. poſt princip.*

(*o*) Con-

COMMENT. RASCHE
in
CAP. VIII. Gen.

v. 1. *ET recordatus eſt Deus* (*a*)] Hoc nomen indicat attributum (*b*) judicii, quod convertitur in attributum miſericordiæ per preces juſtorum: malitia vero impiorum convertit attributum miſericordiæ in attributum judicii, quoniam dicitur: Et vidit Deus, quod magna eſſet malitia hominis, & dixit Deus: perdam. Hoc enim יהוה eſt nomen attributi miſericordiæ. *Ut ſedarentur aquæ*) Quemadmodum ſedatur ira Regis; eſt loquendi formula, qua ſedatio iræ exprimitur. *Et recordatus eſt Deus Noachi* (*c*)] Quo-

(*o*) Confer. *Tract. Talmud. Joma Cap. VIII. fol. 85. fac. a. circa fin. Sota Cap. IX. fol. 45. fac. b. Kidduſchin Cap. I. fol. 11. fac. a. Sanhedr. in Cap. XI. fol. 109. fac. a. nec non Jalkut l. c.*

(*p*) Vid. *Tract. Talmud. Berachoth Cap. IX. fol. 61. fac. a. Schabbath Cap. 15. fol. 103. fac. b. Erubin cap. II. fol. 18. fac. a. Sanhedr. Cap. XI. fol. 108. fac. a.* Adde *Breſch. Rab. Parſch. 27. fol. 30. col. 2. & Parſch. 32. fol. 35. col. 3. Parſch. 36. fol. 39. col. 3. &c.* in quibus locis omnibus plures Rabbinorum commentarii variorum argumentorum inveniuntur. Hoc tantum annotare volui, quod ex mente Rabbinorum omnia quidem, quæ in terra vixerunt, perierint, non vero piſces in mari. Dicunt enim interprete R. Bechai Parſch. Noach fol. 20. col. 1. poſt medium: נצולו הדגים מפני שברחו לים אוקינוס והמבול לא היה בים רק על הארץ הוא שכתוב ויהי הגשם על הארץ: h. e. *liberati ſunt piſces à perditione, ideo quod in mare Oceani confugerunt, diluvium autem non fuit in mari, ſed tantum ſuper terrâ: hinc ſcriptum eſt:* & erat pluvia ſuper terra. *Cap. VII, 12.*

(*q*) Confer, quæ allata ſunt in hoc capite ſub. lit. l. Quoniam particula אך præter alias ſignificationes, imminutionem & attenuationem quoque denotat, (vid. *Sepher Schoreſchim R. David Kimchi Rad.* אך ענין למעט *ſignificatio abbreviandi, imminuendi* nec non *Mikne Abraham R. Abraham de Balmis Cap. VI. de Partic. pag. m. 417.*) ideo illis virium imminutio & defatigatio, Noacho ex labore & moleſtia cum animalibus nata, incidit, quam occaſione hujus voculæ uberius exponere voluerunt.

פירוש רש״י

פרק ח׳

ויזכר אלוהים· זה השם מדת הדין הוא ונהפכת למדת C. VIII.
רחמים על ידי תפלת הצדיקים ורשעתן של רשעים v. 1.
הופכת מדת רחמים למדת הדין שנאמ׳ וירא יי׳ כי רבה רעת
האדם ויאמר יי׳ אמח׳ והוא שם מדת רחמים: וישכו· כמו
כשוך חמת המלך לשון הנחת חמה: ויזכר אלהים את נח וגומ׳·

Quorum recordatus eſt? animalium dignorum, quæ non corruperant viam ſuam anteà, & quæ non coiverant in arcâ. *Et tranſire fecit Deus Spiritum (d)*] Spiritus conſolationum & quietis tranſibat coram ipſô. *ſuper terram*) propter terram.

v. 2. *Et obturati ſunt fontes (e)*) Cum aperirentur fontes, ſcribebatur: omnes fontes; jam vero non ſcriptum eſt, omnes, quia remanſerunt ex illis aliqui, quibus mundus opus habet, v. g. aquæ calidæ Tiberiadis &c. *Et inhibebatur*) Et prohibebatur, quemadmodum dicitur: *ne prohibeas miſericordias; Gen. XL, 12. non prohibeat à te. Gen. XXXIII, 6.*

v. 3. *A fine quinquaginta & centum dierum (f)*] Inceperunt deficere, & hic eſt primus in Sivan v. g. die vigeſimo ſeptimo Cisleu deſierunt aquæ. Ecce n. 3. dies ex Kisleu & 29. ex Tebeth, erunt 32, d. Schebat vero & Adar & Niſan & Ijar 119. ecce habebis 150. dies.

v. 4. *In menſe ſeptimo (g)*] (*h*) Hic eſt Sivan, qui eſt ſeptimus à Kisleu, quô ceſſarunt pluviæ. *In ſeptima decima die*) Ex hoc tu cognoſcere poteris, quod arca ſubmerſa fuerit in aquâ 11. cubitos, ecce n. ſcriptum eſt, v. 5. in decimo menſe, in primâ die menſis viſa ſint cacumina montium; hic menſis eſt Abh, qui eſt decimus a Marchesvan, quô deſcenderunt pluviæ. Hæ vero altæ fuerunt ſuper montes 15. cubitos, & ceſſare perrexerunt à prima die menſis Sivan uſque ad primum diem menſis Abh, nimirum 15. cubitos intra 60. dies; ecce unus cubitus quatuor diebus defecit; hinc ſequitur quod 16. die menſis Sivan non plures quam quatuor cubiti aquæ defecerint (decreverint). Inde eſt, quod arca quieverit die ſequenti (17. die Sivan) ſecundum eam proportionem cubitorum, quâ erat ſubmerſa, nimirum 11. cubitos in aqua, quæ aſcenderat ſuper cacumina montium.

v. 5. *In decimo viſa ſunt cacumina montium (i)*] Hic eſt Abh, qui decimus à Marchesvan, in quo inceperunt pluviæ. Quod ſi autem dicas, quod ſit menſis Elul, (qui eſt decimus à Cisleu), in quo pluvia ceſſavit; reſp. poſitô quod dicas, verba: *in menſe ſeptimo*, reſpicere Sivan menſem, qui eſt ſeptimus, quo ceſſarunt aquæ; Quomodo vero eſt poſſibile, ut ſic Sivan appelles contra voluntatem tuam, menſem ſeptimum? An tu tantum numeras (reſpicis) ceſſationem aquarum? ecce enim nondum impleti ſunt 40. dies, quibus deſcenderunt pluviæ; neque 150. dies, quibus increverunt aquæ, primo die menſis Sivan. Quod ſi vero dicas, quod ſit ſeptimus reſpectu deſcenſus aquarum, reſp. quod hic non ſit ſeptimus. Decimum autem quod attinet, an poſſibile eſt, ut in eo tantum numeres (reſpicias) deſcenſum aquarum? Si dicas, quod ſit (decimus) reſpectu ceſſationis aquarum, qui eſt Elul; Nonne tu etiam invenis (legis) *in primo menſe, in pri-*

mo

מרה זכר להם לבהמות זכורת שלא השחיתו דרכם
קור' לכן ושלא שמשו בתבה: ויעבר אלהים רוח · רוח
תנחומי' והנחה עברה לפניו: על הארץ · על עסקי הארץ:

v. 2. ויסכרו מעינות · כשנפתחו כתיב כל מעינו' וכאן אין כתיב
כל לפי שנשתיירו מהם אותן שיש בהם צורך לעולם כגו'
חמי טבריא וכיוצא בהן: ויכלא · וימנע כמו לא תכלא רחמיך,
לא יכלא ממך:

v. 3. מקצה חמשים ומאת יום · התחילו לחסור והוא אחד
בסיון כיצד בכ״ז בכסליו פסקו הגשמים הרי שלשה מכסליו
וכ״ט מטבת הרי ל״ב ושבט ואדר וניסן ואייר ק״ח הרי ק״נ:

v. 4. בחדש השביעי · סיון והוא שביעי לכסליו שבו פסקו
הגשמים: בשבעה עשר יום · מכאן אתה למד שהיתה
התיבה משוקעת במים י״א אמות שהרי כתיב בעשירי באחד
לחדש נראו ראשי ההרים זה אב שהוא עשירי למרחשון
לירידת גשמים והן היו גבוהים על ההרים ט״ו אמות וחסרו
מיום אחד בסיון עד אחד באב ט״ו אמה לס' יום הרי אמה
לד׳ ימים נמצא בששה עשר של סיון לא חסרו אלא ד׳ אמות
ונחה התבה ליום המחרת למדת שהיתה משוקעת י״א אמה
במים שעל ראשי ההרים:

v. 5. בעשירי נראו ראשי ההרים · זה אב עשירי למרחשון
שהתחיל הגשם וא״ת הוא אלול ועשירי לכסליו שפסק הגשם
כשם שאתה אומר בחדש השביעי סיון והוא השביעי להפסקה
אי אפשר לומר כן על כרחך שביעי אי אתה מונה אלא
להפסקה שהרי לא כלו מ' של ירידת גשמים וק״נ של תגבורת
המים עד אחד בסיון ואם אתה אומר שביעי לירידה אין זה
סיון והעשירי אי אפשר למנות אלא לירידה שאם אתה אומר
להפסקה הוא אלול אי אתה מוצא בראשון באחד לחדש

mo die menſis exſiccarunt aquæ ex terrâ v. 13. Ecce à fine quadrageſimi diei, quâ viſa ſunt cacumina montium, emiſit corvum, & vigeſimo primo emiſit columbam, ecce 60. dies ab eô die, quo viſa ſunt cacumina montium, uſque ad illum diem, quo exſiccarunt facies terræ. Si dicas in Elul viſa ſunt, ſequetur quod aquæ exſiccaverint in Marchesvan, & hunc tu vocas primum, cum tamen nullus alius primus ſit, quam Tiſri, qui primus eſt reſpectu creationis mundi, qui tamen ex ſententiâ R. Joſuæ eſt Niſan.

v. 6. *Et fiebat à fine 40. dierum*) Ex eô tempore, quo viſa ſunt cacumina montium. *Feneſtram arcæ, quam fecerat*) h. e. feneſtram; Non intelligitur janua arcæ, quæ facta eſt, ad ingreſſum & egreſſum.

v. 7. *Exeundo & redeundo* (*k*)] Jvit, & volitavit circa arcam, & non ivit in miſſione ſuâ, quia eum (Noachum) ſuſpectum habebat, propter conſortem ſuam (ne coiret cum illâ in abſentia) Quemadmodum legimus in *Agada chelek*. *Uſque ad exſiccationem aquarum*) Litteralis ſenſus eſt, uti audimus. Sed *Midraſch Agada* dicit: quod corvus hic deſtinatus fuerit ad aliam miſſionem, cum cohiberentur pluviæ tempore Eliæ, I. Reg. XVII, *6*. ubi dicitur: & corvi afferebant ei panem & carnem.

v. 8. *Et emiſit columbam*) In fine 7. dierum, ecce enim ſcriptum eſt, & expectavit adhuc alios ſeptem dies, ex quô ſenſu tu diſcis, quod etiam primâ vice expectaverit ſeptem dies. *Et miſit*) Hoc non indicat ablegationem, ſed potius dimiſſionem, dimiſit enim ipſam, ut iret viam ſuam. Et ex hoc volebat cognoſcere, an aquæ defecerint; Si enim inveniſſet requiem, non reverſa eſſet ad illum.

v. 10. *Et expectavit* (*m*)] Significat expectationem uti in illo: *mihi obediebant & me expectabunt*. *Job. XXIX, 2*. Plura dantur ſimilia in Scriptura.

v. 11. *Rapuit ore ſuo*) Ego puto, quod fuerit mas, ideò loquitur de eô quandoque in genere Maſculino, quandoque in genere fœmininô. Quoniam alias vox יונה in ſcriptura ſemper eſt gener. fœminini, V. g. *Sicut columbæ ſuper rivulis aquarum, lavantes* (in fœm.) Cant. V, 12. Vel: *Sicut columbæ vallium omnes gementes* (fœm.) Ezech. VII, 16. Vel: *Sicut columba ſtulta*. Hoſ. VII, 11. טרף i. e. rapuit. Sed Midraſch Agada (*n*) exponit hoc de cibô, ſic quoque explicant vocem, *in ore ſuô*, de ſermone. Dixit enim: Sint mei cibi amari ſicut oliva, ſed traditi manu DEi Benedicti; & neutiquam dulces uti mel, & traditi manu carnis & ſanguinis (h. e. humanâ Noachi.)

v. 12. *Et expectabat*] Idem eſt ac ויחל niſi quod hoc ſit ad formam ויפעל [3. f. P.] Illud vero ad formam ויתפעל (3, fut. in Hitph.) ויחל ſignificat וימתן expectabat, (*o*) וייחל vero eſt idem ac ויתמתן expectabat in Hithpaël.

In

חרבו המים מעל הארץ שהרי מקץ ארבעים יום משנראו ראשי ההרים שלח את העורב וכ״א יום הוחיל בשליחות היונה הרי ס׳ יום משנראו ראשי ההרים עד שחרבו פני האדמה אם תאמר באלול נראו נמצא שחרבו במרחשון והיא קורא אותו ראשון ואין זה אלא תשרי שהוא ראשון לבריאת עולם ולרבי יהושע הוא ניסן:

v. 6. ויהי מקץ ארבעים יום׳ משנראו ראשי ההרים: את חלון התיבה אשר עשה׳ לצהר ולא זה פתח התיבה העשוי לביאה ויציאה:

v. 7. יצוא ושוב׳ הלך ומקיף סביבות התיבה ולא הלך בשליחותו שהיה חושדו על בת זוגו כמו שמצינו באגדה חלק: עד יבשת המים׳ פשוטו כמשמעו אבל מדרש אגדה מוכן היה העורב לשליחות אחרת בעצירת גשמים בימי אליהו שנאמר והעורבים מביאים לו לחם ובשר:

v. 8. וישלח את היונה׳ לסוף ז׳ ימים שהרי כתיב ויחל עוד שבעת ימים אחרים מכלל זה אתה למד שאף בראשונה הוחיל ז׳ ימים: וישלח׳ אין זה לשון שליחות אלא לשון שלוח שישלחה ללכת לדרכה ובזו יראה אם קלו המים שאם תמצא מנוח לא תשוב אליו:

v. 10. ויחל׳ לשון המתנה וכן לי שמעו ויחלו והרבה יש במקרא:

v. 11. טרף בפיה׳ אומר אני שזכר היה לכן קורהו פעמים לשון זכר ופעמים לשון נקבה לפי שכל יונה שבמקרא לשון נקבה כמו כיונים על אפיקי מים רוחצות כיוני הגאיות כולם הומות וכמו כיונת פותה: טרף׳ חטף ומדרש אגד׳ לשון מזון ודרשו בפיה לשון מאמר אמרה יהיו מזונותי מרורין כזית ובידי של הקדוש ברוך הוא ולא מתוקין כדבש בידי בשר ודם:

v. 12. וייחל׳ הוא לשון ויחל אלא שזה לשון ויפעל וזה לשון ויתפעל ויחל וימתן וייחל ויתמתן:

v. 13. *In primo*) Secundum R. Elieſerem eſt Tisri & ſec. R. Joſua eſt Niſan. *Exſiccarunt*) Facta eſt ſicut lutum, cujus ſuperficies obducta eſt.

v. 14. *Exaruit*) Facta eſt ſicca ſecundum conſuetudinem ſuam. *In vigeſimo ſeptimo*) Deſcenſus autem aquarum factus eſt, menſe ſecundo, die 17. ecce undecim dies, quibus Sol ſuperat lunam (in curſu annuo [p] quoniam judicium generationis antediluvianæ annum integrum duravit.

v. 16. *Tu & uxor tua &c.*) Quivis cum uxore ſua, nunc enim permiſſus eſt concubitus lecti.

v. 17. *Educ*) Scriptum eſt הוצא & legitur, *fac exeant* היצא h. e. dic ad illos, ut exeant, הוצא h. e. Si non voluerint egredi, educ eos ipſe. *Diffundant ſe ſuper terra*) Non vero in arca, quod indicat, quod etiam brutis & volatilibus prohibitus fuerit concubitus.

v. 19. *Juxta familias ſuas*) Suſceperunt ſuper ſe eâ conditione, ut adhæreant ſpeciebus ſuis.

v. 20. *De omni beſtia munda*) Dixit ſecum, ex nulla alia cauſa præcepit mihi Deus Benedictus ex his 7. paria introducere, niſi ex illa, ut offerrem ſacrificium ex illis.

v. 21. *A Pueritia ſua*) Scriptum eſt מנעריו quando enim movetur ad exeundum ex viſceribus matris ſuæ, datur ipſi ſpiritus malus. (q) *Non addam & non addam*) Duplicavit hoc verbum, ut ſit juramentum, ſicuti dicitur: *cui juravi ne redeant aquæ Noachi*, Eſ. LIV, 9. cum tamen non inveniamus juramentum aliud præter hoc, quo verba duplicat, ut ſit juramentum. Et ſic explicant Rabbini noſtri in Tract. de Juramentis (r).

v. 22. *Abhinc omnibus diebus &c.*) *non ceſſabunt*) Quodlibet horum ſex temporum requirit duos menſes, quemadmodum diſcimus: Dimidium Tisri, Marchesvan & dimidium Kislev. ſementis requirit; Dimidium Kislev, Thebet & dimidium Schebat hyems; quæ omnia in BabaMeziah. (s) *Frigus*) hoc intenſius eſt quam hyems (t). *Hyems*) Tempus, quo ſeminantur hordea & legumina præcocia, ut cito matureſcant, quod eſt dimidium menſis Schebat & Adar & dimidium Niſan. *Æſtas*) Hoc tempore colliguntur ficus hocque tempore areſaciunt illos in campis, hinc etiam appellantur קיץ uti in illo: *& panis & ficus ut comedant pueri*, 1. Sam. XVI, 2. *Æſtas*) Hæc eſt tempus dierum calidorum, dimidium Abh & Elul & dimidium Tisri, ubi mundus calidiſſimus eſt, quemadmodum invenimus in Tract. Joma. (u). *Et dies & nox non ceſſabunt*) Poſteaquam ceſſaverant omnibus diebus diluvii, quoniam aſtra ſuo officio non fungebantur, nec dignoſci potuit dies a nocte. *Non ceſſabunt*] Non deſiſtent, à curſu ordinario ſuo.

An.

v. 13. בראשון· לרבי אליעזר הוא תשרי ולר׳ יהושע הוא
ניסן: חרבו· נעשה כמין טיט שקרמו פניו של מעלה:

v. 14. יבשה נעשית גריד כהלכת׳: בשבעה ועשרים· וירידתן
כחודש השני בי״ז אלו אחד עשר ימים שהחמה יתירה על
הלבנה שמשפט דור המבול שנה תמימה היה:

v. 16. אתה ואשתך וגומ׳· איש ואשתו כאן התיר להם תשמיש
המטה:

v. 17. הוצא· היצא כתיב הוצא קרי היצא אמור להם שיצאו
הוצא אם אין רוצים לצאת הוציאם אתה: ושרצו בארץ·
ולא בתיבה מגיד שאף הבהמה והעוף נאסרו בתשמיש:

v. 19. למשפחותיהם· קבלו עליהם על מנת לידבק במינן:

v. 20. מכל הבהמה הטהורה· אמר לא צוה לי הקב״ה להכניס
מאלו שבעה שבעה אלא כדי להקריב קרבן מהם:

v. 21. מנעוריו· מנעריו כתיב משננער לצאת ממעי אמו נתן בו
יצר הרע: לא אוסיף ולא אוסיף· כפל הדבר לשבועה הוא
שכתוב אשר נשבעתי מעבור מי נח ולא מצינו בה שבועה
אלא זו שכפל דבריו והיא שבועה וכן דרשו חכמים במס׳
שבועות:

v. 22. עוד כל ימי הארץ וגומ׳ לא ישבותו· ששה עתים הללו
שני חדשים לכל אחד ואחד כמו ששנינו חצי תשרי ומרחשון
וחצי כסליו זרע חצי כסליו וטבת וחצי שבט חורף כו׳
בבבא מציעה: קור· קשה מחורף: חורף· עת זרע שעורים
וקטנית החריפין להתבשל מהר והוא חצי שבט ואדר וחצי
ניסן: קיץ· הוא זמן לקיטת תאנים וזמן שמיבשין אותן בשדות
ושמו קיץ כמו הלחם והקיץ לאכל הנערים: חום· הוא
סוף ימות החמה חצי אב ואלול וחצי תשרי שהעולם חם
ביותר כמו שמצינו במסכת יומא: ויום ולילה לא ישבותו· מכלל
ששבתו כל ימו׳ המבול שלא שמשו המזלות ולא ניכר בין יום
ולילה: לא ישבתו לא יפסקו כל אלה מלהתנהג כסדרן:

ANNOTATIONES

ad Cap. VIII. Gen.

(*a*) Explicationes Rabbinicas hujus verſiculi invenimus in *Tract. Talmud. Roſch haſchana Cap. I. fol. 12. fac. a. Sanhedrin. Cap. XI. fol. 108. fac. b. Sevachim Cap. XIV. fol. 113. fac. b. Rabboth fol. 35. col. 3. fol. 36. Jalkut Reubeni Parſch. Noach fol. 29. col. 3. circa finem &c. Jalkut Simeon. cit. Parſch. fol. 15. col. 1. in principio ſtatim.* Occaſione verborum: *Et recordabatur DEus* אלוהים quærunt Rabbini, cur vox אלוהים expreſſe ponatur, cum alibi tantum verbum actionis ſuppreſſo nomine DEi legatur. Sic legitur *cap. anteced. v. 23. & delebat omnem ſubſtantiam*, omiſſo nomine ejus, qui delebat. Reſpondet *R. Bechai in Comment. ſuo ad Parſch. Noach fol. mihi 19. col. 4. in fine & ſeqq.* Quod in vindicandâ hominum malitiâ Dei nomen reticeatur, aliquot adjiciens loca, quibus ſententiam ſuam comprobat. Audiamus eum ſuâ linguâ loquentem. התורה אשר
כל דרכיה דרכי נעם וכל נתיבותיה שלום בה משפט
שתכנה הש״י בענין הפורענות ולא תזכירנו וכן מה שאמר וימח
את כל היקום ולא אמר וימח אלוהים את כל היקום אבל
בהצלה ורחמים הזכיר את הש״י הוא שכתוב ויסגר ה׳ בעדו
וכתיב ויעבר אלוהים רוח על הארץ וכן מצינו כשהעניש
לאדם וחוה אמר הכתוב סתם אל האשה ולאדם אמר ולא
הזכיר את ה׳ ית׳ בקללתם אבל במדת רחמנות אשר רחם
עליהם והלבישם הזכיר בהם את ה׳ ית׳ הוא שכתוב
ויעש ה׳ אלקים לאדם ולאשתו כתנות עור וילבישם׃ ואם
תשתכל בכתובים תמצ׳ שאינו מביא את הפורענות אלא
בקושי ולהכרח גדול. שהרי מתחלה אמר ויהי הגשם על הארץ
ואחר כן אמר ויהי המבול וזה להורות שירדו מתחלה בנחת
שאם יחזרו בתשובה יבטל גזרתו וישנה לטוב וגשמי ברכה
יהיו ואם אין יהיה מבול ומן הטעם הזה נאבדו במבול
כל שאר בעלי חיים תחלה ובני אדם באחרונה שנאמר
וכל האדם כי בשם שהיה אדם אחרון בבריאתו של עולם
כך היה אחרון בחרבנו: H. e. *Lex, cujus viæ ſunt amœnæ, cujusque ſemitæ ſunt pacificæ, hanc tenet conſuetudinem, ut, quoties DEum ſummè Benedictum in negotio vindictæ introducat, ejus nominis nullam mentionem faciat. Sic eſt in illo dicto:* & delebat omnem ſubſtantiam *Gen. VII, 23. Ubi non dicitur*; & delebat *DEUS* omnem ſubſtantiam. *E contrario quando ſermo eſt de liberatione & miſericordia, tunc mentionem facit Scriptura nominis Dei ſumme Benedicti. Hinc ſcriptum eſt;* & claudebat

De-

Digitized by Google

Deus poſt illum, *Gen. VII, 16. Sic quoque ſcriptum eſt:* & adducebat Deus ventum ſuper terram, *uti h.l. Idem quoque legimus, cum Deus increparet Adamum & Chavam, dicit enim Scriptura abſolutè*: ad mulierem dicebat, *Gen. III, 16.* & ad Adamum dicebat. *Gen. III, 17. nec mentionem facit nominis Dei ſummè Benedicti in maledictione eorum. Sed quando introducitur attributum miſericordiæ, ut innuatur, Deum eorum miſertum eſſe*, v. g. veſtes ipſis donaſſe, *tunc mentionem Scriptura facit Dei ſummè Benedicti. Hinc ſcriptum eſt:* Et faciebat Dominus Deus Adamo & uxori ejus tunicas pelliceas, & veſtiebat illos. *Si ſcripturas penſitaveris, cognoſces, quod Deus hanc vindictam adduxerit difficulter & maximè coactè. Nam in principio dicitur*: & erat pluvia ſuper terram, *cap. VII, 12. Et poſtea demum dicitur:* Et fiebat diluvium. *cap. VII, 17. Quod factum eſt, ut Scriptura doceret, quod in principio pluviæ deſcenderint lente, ut, ſi forte pœnitentiam agerent, decretum ejus tolleretur, & in bonum commutaretur, pluviaque in benedictionem converterentur; Si vero hoc non facerent, diluvium ſubſequatur. Ob eandemque rationem in diluvio omnes reliquæ creaturæ viventes prius perierunt, & filii hominum poſtremò, quoniam ultimo loco dicitur:* & omnis homo (*vide cap. VII, v. 12. totum*) *Quemadmodum enim homo ultimus fuit in creatione mundi, ſic ultimus fuit in ejus devaſtatione.* Senſus, quem facile quivis penetrabit, eò tendit, ut doceat, Scripturam in proponenda vindicta divinâ, v. g. quando pœnam minatur aut infligit, quando hominum malitiam vindicat, &c. nomen Dei ſtudio omittere; quoniam Deus talia non niſi invito & coacte exequitur. Quando vero Scriptura Dei benedicti beneficia memorat, quæ benignum Numen corde propenſiſſimo hominibus offert, nomen divinum expreſſè additur, cujus exempla adducta ſunt. Ut miſericordiam divinam eò magis extollat, adjicit, Deum quoque in ipſo diluvio in principio paternum ſuum animum oſtendiſſe, dum pluviæ non omni cum vehementiâ ſed lentè demiſſæ ſunt, ut, ſi quidam pœnitentiam agerent, a Deo in gratiam recipiantur.

(*b*) Iidem Judæorum Magiſtri cauſam inquirunt, cur hoc in verſiculo dicatur: & recordatus eſt Deus Noachi, ejus vero filii cum uxoribus omittantur. Dicendum enim fuiſſet: & recordatus eſt Deus Noachi, filiorum ejus & uxorum, qui cum ipſo in arcam ingreſſi. Idem laudatus Bechai huic quæſtioni ſatisfacere conatur, dum reſpondet, quod particula את quæ in Hebræo textu occurrit, dum dicitur: Et recordabatur Deus את נח Noachi, pluralitatem indicet, adeoque innuat plures cum Noacho h. l. eſſe conjungendos. Evidenter ſuam mentem ſequentibus verbis expoſuit: ויזכר אלהים את נח היה ראוי הכתוב לומר

את נח ואת בניו׳ שהרי מצינו דבור השכינה עמהם גם כן הוא שכתוב ויאמר אלוהים אל נח ואל בניו ויתכן דבר את בא לרבות בנין שהיו מכוחו וכמו שדרשו ר״ל את יעקב אלו שמכוחו של יעקב וכיון שפירש הכתוב הזכרון הזה בכח ורמז על הבנים אף הנשים היו בכלל׳ ומה שהזכיר החיה והבהמה עמו יחדיו להורות שכלם שוין בהשגחה כללית והוא הדין שהיה הזכרון בכלל העוף אף על פי שלא הזכירו כי כל בעלי חיים בכלל הזכרון הם.

Et recordabatur DEus Noachi. Scribendum fuiſſet: Noachi & filiorum ejus. Legimus enim quod Schechina alio tempore etiam cum ipſis locuta ſit, ſcriptum enim eſt: Et dicebat Deus ad Noachum & filios ejus, *Gen. IX, 8. Commode reſpondetur, quod particula pluralitatis* את *ideo poſita ſit, ut adjungat filios ejus, qui exiſtant virtute Noachi. Eundem in modum noſtri Rabbini felicis memoriæ explicant verba* את *Jacob quod ſint illi, qui virtute Jacobi exiſtunt. Quoniam vero Scriptura hanc recordationem de iis intelligit, qui virtute alicujus exiſtunt, atque ſic filios ejus reſpicit, ſequitur, quod etiam uxores in illo genere comprehendantur. Quod denique beſtiarum & jumentorum cum illo (Noacho) unà mentionem faciat, factum eſt, ut indicetur, quod omnes in providentia generali ſint ſimiles. Hinc juſtum eſt, ut recordatio etiam circa omnes aves verſetur, quamvis earum non expreſſa fiat mentio, quoniam omnium viventium in genere recordatio facta eſt.* Vid. fol.20. col. 2. poſt principium. Advertendum hic eſt, quod *R. Bechai* hac in parte veſtigia noſtri *R. Jarchii* premat, qui ſupra in *Comment. ad cap. IV. v. 2. Geneſ. vid. pag. 25.* ad verba ואת קין את אחיו את הבל ſequentia explicationis gratia adjicit: ג׳ אתים רבויים הם מלמד שתאומה נולדה עם קין ועם הבל נולדו שתים: Quæ in margine ita verti: *Gemellam ſororem natam eſſe cum Caino, cum Abele vero duas ſorores.* Hanc enim Raſchi aliorumque Rabbinorum mentem eſſe, præter alios vel ex *Zeéna Ureéna* Germanico illo in Pentateuchum commentario *Parſch. Breſch. fol. mihi 5. col. 4. poſt medium patebit:* Er (es) ſaget *R. Joſua* der Sohn *Korcha*, Adam iſt gegangen mit ſeinem Weib zu Bette/ ihrer zwey: Und ſie ſeyn aus dem Bette gegangen/ ihrer ſieben. Kain und ſeine Schweſter/ und Abel mit zwey Schweſtern/ denn jeglicher iſt worden gebohren mit ſeinem Weib. Hic locus evidentem reddit rationem, cur *Raſche* particulæ את pluralitatem tribuat, quoniam præter perſonas nominatas aliæ quædam non nominatæ includere ipſi viſa eſt. Eodem modo *R. Bechai* vocibus את נח vi hujus particulæ, Noacho alias perſonas, filios nempe ejus & uxores eorum aſſociare vult.

Sed

Sed merito dubitatur, an huic particulæ talis ſignificatus inſit, qui alia loca conferre voluerit, experietur, talem ſenſum potius illi eſſe illatum, quam ex illo érutum. Nihilominus tamen non diffiteor, Deum Noachi recordantem filiorum & uxorum quoque memorem fuiſſe, an vero hoc ex particulâ את probari poſſit, dubito. Qui ſciunt, quod Synecdoche partis pro toto in Scriptura uti in aliis libris occurrat, facile intelliget, quod caput familiæ eleganter pro tota familia poni potuerit. Et hoc *R. Aben-Esra in Comment. ad h. l.* intellexiſſe videtur, qui ſcribit: גם בניו והנשים בכלל נח שהוא העקר: *Etiam filii & uxores ſub Noacho comprehenduntur, quoniam hic illorum fundamentum eſt.*

(*c*) Notum eſt, quod ex Judæorum traditione nomen Dei *Elohim*, Deum judicem & vindicem malorum, & bonorum retributorem denotet, יהוה vero Deum *miſericordem & benignum.* Atque hoc modo, inquit Autor *Cabbala denudata voce* אלוהים *fol. m. 98. Nomen Elohim characteriſticum eſt rigoris & judicii. Sicuti dicitur: Deut. I. 17. quia Judicium eſt* ḡ *Elohim. Cumque aliquid operatur ex parte judicii, tunc propter hoc ipſum opus vocatur Elohim. Unde etiam latus illud quod in ipſo ſiniſtrum dicitur, in Scripturis Elohim dicitur; quia illud judicii locus eſt, à quo ſive funeſtum ſive lætum judicium ſuper filios ſeculi irruit.* Rabbini itaque hac doctrina imbuti quærunt, an Noach tam juſtus fuerit, ut Deus judex & bonorum retributor jure ipſi benefacere, & eum ex diluvii interitu eripere debuerit? *R. Alſchech,* (qui judicio *Conſtantini L' Empereur,* ingenio valens id ſemper, in ſuis ad ſacras litteras Commentariis, dat operam, ut novi aliquid proponat; ita tamen, ut antiquiſſimorum ſententiam non deſerat) reſpondet, quod Noach non ex jure ſed potius ex gratia à Deo ſervatus ſit in diluvio. Verba ejus ſunt ſequentia in *Comment. ad Parſch. Noach fol. 18. col. 1. poſt. med.* אמנם הנה כתבנו למעלה כי נח על פי מדת הדין לא היה נצול זהיא שאמר לו אלוהים שהוא מדת הדין קץ כל בשר בא לפני שהוא לגמרי כי נם אתה לא תשאר כי אינך כדאי אך עשה לך כו׳ שתצטער שם לכפרת עון ועם כל זה צריך לצרף מדת הרחמים כי ואני שהיא בצירוף רחמים כענין וה׳ הוא ובית דינו ע״ז כן והקימותי את בריתי אתך וש״ת ומה צורך לזה והלא אדם בזכות בהמה הושיע ה׳ והנה בתיבה כל מין חיה ועוף ובהמה לה״א את בריתי אתך שאתה העיקר וז״א אתך שאם לא כן הוא מיותר ולא יאמר כי אם ואשתך ונשי בניך מאי אתך כלומר להחיותם אתך נצולים בזכותך וכן ומכל החי כו׳ אמר להחיות אתך ולא אמ׳ לחיות רק להחיות כי אתה מחיה את כלם כי אם אתה לא היית צדיק הדין העולם בטל ולא ימלט העולם בזכות בהמה כי לא נאמר זה רק על האדם

אי מקיים פרטי אבל כשכל העולם חייב אין זכות בהמות
מספיק לקיים כל העולם בזכות בהמה ובזה אפשר כי זרת
כיון באומרו תביא כי זכותו תביא מזות טעמו אך המרת
מאליהן יבואו בו· כאומרו בסמוך ובאו אליך להחיות:
Vere ſupra ſcripſimus, quod Noach non ex attributo judicii (ex juſtitiâ divinâ retributiva) *ereptus fuerit in diluvio, quod exinde conſtat, quod Elohim* (attributum judicii) *ad illum dicat:* Finis omnis carnis venit ante me. *Gen. VI, 13. Quod idem eſt, ac ſi abſolute dixiſſet: Neque tu remanebis, tu enim etiam non es dignus. Attamen,* fac tibi arcam &c. *ut pœnitentiam ibi agas ad propitiationem peccati. Si vero hoc ita ſeſe habet, neceſſe eſt, ut adjungatur attributum miſericordiæ. Nam vox* Et ego *v. 17. eſt ex adjunctione miſericordiæ, ac ſic diceretur:* יהוה *Dominus ille & domus judicii ejus* (hoc eſt Deus miſericors & judex). *Cum hoc enim cohæret, quod v. 18. dicitur:* & erigam fœdus meum tecum. *Si forte dicas, cur hoc opus eſt, nonne Adamum ob probitatem animalium ſervavit* יהוה *Dominus? Et nonne jam in arca ſunt omnis generis feræ, aves & jumenta? Reſp. hunc in finem dicitur:* fœdus meum Tecum, *quia tu fundamentum es. Hunc in finem quoque dicitur:* Tecum, *quod ſi non ſic eſſet, omiſiſſet hanc vocem & tantum dixiſſet, & cum uxore tua & cum uxoribus filiorum tuorum. Quid indicat vox* tecum, *idem eſt ac ſi dixiſſet, ut in vitâ conſerves illos tecum, qui tuâ pietate liberati ſunt. Sic quoque dicitur verſ. 19.* & de omni beſtiâ &c. *dixit, ad conſervandum illos in vitâ tecum. Non dixit ad vivendum, ſed ad conſervandum illos in vitâ, tu enim ea omnia in vita ſervas, niſi tu fuiſſes juſtus, interiiſſet totus mundus. Mundus non fuiſſet ſervatus ob bonitatem animalium, hoc enim non dicitur, niſi de homine aut loco quodam in particulari; Quando enim totus mundus reus eſt, non ſufficit animalium bonitas, ad conſervandum totum mundum bonitate ſuâ. Ideo fortaſſe hoc ulterius confirmatur illo, quod dicitur:* de omni viventi &c. introducas, *quoniam ejus pietas illa introduxit, unde etiam ſenſus patet, quod vere illa animalia ſpontè ad illum venerunt, uti in ſequentibus dicitur v. 20.* venient ad te, ut vivi ſerventur.

(*d*) Raſche noſter exiſtimat, quod Deus non tantum ventum miſerit, qui aquas flatu ſuo agitaret, ſed quod etiam Dei ira ſpiritu conſolationum ſedata ſit. Hunc ſenſum *Elias Misrachi Parſch. all. fol. 16. col. 2.* ante med. pandit: רוח תנחומין: לא רוח ממש כי אחריו וישוכו המים
שנתו מרתיחתן שאין זה אלא מהרחמים והתנחמים שעברו
לפניו לא. מהרוח הנושב כי פעל הרוח היא לקרר המים
לא לנח מרתיחתן רק במקרה: *Spiritus conſolationum: Non eſt ſpiritus* (*ventus*) *ſimpliciter talis, ſubſequitur enim ſtatim: & ſedabantur*

aqua

aquæ, h.e. quieverunt ab efferveſcentia ſuâ, quod aliunde non eſt, niſi a miſerationibus & conſolationibus, quæ ante ipſum tranſierunt, neutiquam â Spiritu flante. Talis enim ventus tantum efficit refrigerium quoddam in aquis, & neutiquam quietem ab efferveſcentia, niſi per accidens. Nullum equidem dubium eſt, Dei iram cum ventum mitteret, fuiſſe mitigatam, effectus enim de causâ teſtatur; an vero ideo per רוח ventum duplex ſpiritus intelligendus ſit, de eô maximè dubito.

(*e*) Quantum ex Rabbinorum ſcriptis patet, fere omnes in eô conveniunt, quod fontes ante diluvium nulli fuerint. Eum enim in finem ſcripſit *Raſche* noſter, in principio diluvii demum omnes fontes eſſe apertos, quoniam in textu dicitur: *omnes fontes eſſe diſruptos.* Sed cum in ceſſatione ejusdem vox *omnis* omittatur, illud eſſe indicio, quod quidam fontes remanſerint. v. g. Thermæ Tiberiadis &c. Contra hanc ſententiam Autor *Defek Tof in Expoſ. Raſche fol. 12. col. 3. poſt princ.* dubium movet, aliquem Rabbinum adducens, qui urget, quod ante diluvium fontes tam neceſſarii fuerint, quam poſt diluvium. Et ſane niſi totam hominum & animalium naturam mirum in modum immutatam tibi perſuadeas, vix concedere poteris, mundum fontibus ante diluvium ad exiguum tempus caruiſſe. Sed quoniam Rabbi adductus, ſibi ipſi reſpondit, inſufficienti reſponſione lubenter acquieviſſe videtur. Videamus ejus verba, quæ loco jam allegato leguntur: מאחר שיש בהן צירך לעולם אם כן למה לא היו לפני המבול· ותירץ לפי שאחר המבול היה יורד תשות לעולם והוי צריכים לרפואה· ומזה הטעם י״ל שהתיר בשר לבני נח מה שאין כן .קודם למבול שהיה מספיק להם פת וקטני׳ לפי שהיו אנשים חזקים ובריאי׳ ושנות חייהם .יוכיח שלאחר המבול לא חיו החציה שחיו לפני המבול· אבל קשה מאחר שהמבול לא היה בא״י מחיכן באו החמי טברי׳ שתירץ החזקוני שיש מעיינו׳ תחו׳ בכל העולם אם כן כשנפתחו כל המעיינו׳ א״כ ממילא נפתחו גם כן איתן שבא״י· וכשתימה לא אמר ויסכרו כל מעיינות א״כ ממילא נשארו: *Poſteaquam mundus illis (fontibus) carere non poteſt, quæritur merito, cur nullus fuerit ante diluvium? Sed ille reſpondit ſibi, quoniam poſt diluvium deſcendit infirmitas in mundum, ideo illi neceſſarii fuerunt ad medicinam. Ex hoc etiam ſenſu dicendum eſt, quod filiis Noachi caro ad cibum conceſſa ſit, quod ante diluvium non ſic fuit, ſufficiebat enim illis (antediluvianis) fruſtum panis, & legumina, quoniam viri erant robuſti & pingues, annique eorum, quos vixerunt, oſtendunt, quod homines, poſt diluvium, ne dimidium quidem ætatis antediluvianorum attigerunt.* Sed *alia difficultas oritur; poſteaquam diluvium non fuit in terrâ Iſraëlitica*

ticâ, quæritur unde thermæ Tiberiadis ortæ ſint? Hanc difficultatem Chaskuni ſolvit dicendo, quod omnes fontes in totâ terrâ ex abyſſo ſint; ſi vero verum eſt, quod omnes fontes ſint aperti, ſequitur ultro, quod etiam illi fontes aperti ſint, qui in terrâ Iſraëliticâ. Si dicis, non dictum eſt, quod obturati ſint omnes fontes v. 2. ultro ſequitur, quod quidam remanſerint. Eo quidem animo non ſum, ut negare audeam, ullum fontem ſuam in diluvio cepiſſe ſcaturiginem, contrarium enim Moſes evidenter cap. VI. v. 11. docet, expreſſe dicens, in diluvio diſruptos eſſe omnes fontes Abyſſi magnæ; neque in dubium vocare volo, an ceſſante diluvio fontium quorundam origines recluſæ remanſerint. Sicuti nec inficias eo, quod antediluvianorum vita multo plures annos fuerit prolongata, quam noſtra, quæ exiguis admodum limitibus incluſa: cujus longævitatis cauſas *R. Maimon. & Nachman* cum *Abarbenele* tres imprimis recenſent, quarum prima eſt, quod mundi creationi fuerint propiores, adeoque majori corporis robore inſtructi, ſecundum, quod ante diluvium aër purus fuerit, poſt illud vero corruptior; tertia, quod cibis temperantius uſi ſint. *Vid. Othon. Lex. Phil. ætas p. m. 17.* Hoc tamen huic Judæorum Magiſtro minime largior, quod ante diluvium nullæ plane aquarum venæ ex terra promanaverint. Fontes ſane ante diluvium ad hominum & beſtiarum ſitim extinguendam, atque ad prata campoſque irrigandos, maxime fuerunt neceſſarii, niſi cum adductô Rabbi, non tantum fruſtum & bucellam antediluvianis ad famem, ſed & unicam guttam ad ſitim compeſcendam ſuffeciſſe, audacter fingere velis. Si hæc Judæis objiciantur, nihil aliud reſpondent, quam quod mundus antediluvianus fontibus non opus habuerit, quoniam natura humana longo fuerit robuſtior, uti prolixius hæc ediſſerit R. Schabthe, qui adhuc in vivis eſt, in ſuis Raſche Expoſitionibus, quas Siphte Chacamim inſcripſit fol. 15. col. 1. lit. ג ואת״ כיון דצורך עולם הם למה לא נבראו בששת ימים בראשית ויש לומר דקודם המבול לא היה צריך לעולם לפי שאין הבריות היו צריכין להן לפי שהיו בריאים וחזקים אבל אחר המבול נעשו חלשים וקל״: *Si vero dicas, quod mundus illis (fontibus) opus habuerit, quæritur, cur non ſint in ſex dierum creatione creati? Reſpondendum eſt, quod ante diluvium mundus fontibus non opus habuerit, quoniam creaturæ illis non indiguerunt, erant enim pingues & robuſtæ. Sed poſt diluvium factæ ſunt debiles, quod facile intelligitur.* Sed quamvis non diffitear homines poſt diluvium pluribus infirmitatibus eſſe obnoxios, adeoque thermis aliiſque ſanis fontibus indigere; nullâ tamen conſequentia probari poterit, fontium ante diluvium plane nullum uſum fuiſſe. Quoniam antediluviani multa peccata commiſerunt, nullum eſt dubium, quin peccato-

catorum comites variorum morborum genera ſenſerint. Deinde fontes non tantum reſtituendæ ſanitati, ſed etiam, & imprimis conſervandæ naturæ humanæ inſerviunt, ut mundus iisdem nullo tempore carere potuerit. Qui plura deſiderat, evolvat *Rabboth Parſch. 33. fol. 36. col. 4. in medio* nec non *R. Bechai Parſch. Noach fol. 19. col. 4. poſt. med.*

(*f*) Ut hæc evidentiora fiant, evolve notas ad *cap. VII. ſub lit. g.*

(*g*) Ad hujus verſiculi explicationem inſerviunt *Rabboth Parſch. 25. fol. 28. col. 3. poſt med. ut* & *Parſch. 33. fol. 36. col. 4. fol. 36. col. 1. fol. 196. col. 2.* Ad uberiorem Raſche explanationem vide ſis *annot. ad cap. anteced. lit. m. nec non Aben Esram ad h. l.*

(*h*) Rabbini alias verba, *ſuper montes Ararat*, ita explicant, ut verba *Pſ. 36. v. 7. Juſtitia tua eſt ſicut montes Dei* (*h. e. altiſſimi*) his parallela & ad Noachum ſuper montes Ararat ſervatum reſpicientia judicent. Ita enim in *Breſch. R. Parſch. 33. fol. 36. col. 1. poſt med.* nec non in *Jalkut Simeon. Parte II. fol. 102. col. 3. poſt. med.* Rabbi Jehuda hæc verba expoſuiſſe refertur. רבי יהודה ברבי סימן פתח (l. a. פתר) קריא בנח אמר הקודש ברוך הוא צדקה שעשיתי עם נח בתיבה לא עשיתי אלא עד הררי אל שנאמר ותנח התיבה בחדש השביעי על הרי אררט׃ *R. Juda nomine Rabbi Simeon explicuit hoc dictum de Noacho. Dixit Deus ſumme Benedictus, juſtitiam quam Noacho demonſtravi in arca, demonſtravi tantum usque ad montes Dei, dicitur enim:* & quieſcebat arca menſe ſeptimo ſuper montes Ararat. *Gen. VIII, 4.* Cognoſcas ex hoc Judæorum interpretandi modum, de quo ſupra verba feci, quod frequenter præter ſenſum litteralem pias meditationes ſuas adjicere ſoleant.

(*i*) Confer *Comment. Deſek Tob in h. l. fol. 12. col. 4. R. Schabthe Siphte Chacamim fol. 15. fac. 4. R. Elias Misrachi in Comment. Parſch. Noach fol. 16. col. 2. circa fin.*

(*k*) Multas de corvo Noachi ap. Judæorum Magiſtros legimus fabulas, quibus abſcondita quædam myſteria proponere conſueverunt. Ad has referuntur quoque ea, quæ *R. Misrachi in Comment. ſuo ad h. l. fol. 17. col. 1. & ſeq. adduxit.* בפרק חלק ובבר״ לא אמרו אלא שהיה משיב לו תשוב׳ נצחת ונראה מדבריהם שפירוש יצא ושוב שהיה יוצא ומשיב תשובות נצחות ומפני זה לא שלח אותו אלא ארת היונה ולא יצא מן התיבה כלל״ והכתוב צווח יצא ושוב לפיכך הוצרך הרב לתקן דבריה׳ ואמר שהיה יוצא מן התיבה עד שהיה מקיף סביבות התיבה בלבד ואחר כך היה שב ומוען עליו תשובה נצחת והכם אמרת ודבריהכם אמרת שאם נאמר שהיה הולך ושב עד שיצא נח כמו שכתוב עד יבושת

יבושת המים : *In Tract. Talm. Sanhedr. Cap. XI. fol. 108. fac. b.* & *in Breſch. Rab. fol. 34. col. 4. tantum dixerunt, quod corvus reſponſionem irrefutabilem Noacho dederit, adeo ut ſenſus verborum,* יצא & שוב *ire & reverti, reſpondere &c. nullus alius ſit, quam quod abierit corvus & reſponderit verba irrefutabilia, adeo ut Noach eum non miſerit, ſed columbam ejus loco, ut ſic corvus arcam plane non egreſſus ſit. Sed quoniam Scriptura dicit:* exibat & reſpondebat, *ideo coactus fuit Rabbi noſter eorum verba emendare, dicendo, quod egreſſus ſit ex arcâ tantum ut circumvolitaret arcam, poſtea vero redierit, & objecerit Noacho reſponſionem irrefutabilem. Sed illi veri ſunt, eorumque verba ſunt verba, ſiquidem dicitur: quod exiverit & redierit, donec egrederetur Noach, quemadmodum ſcriptum eſt:* donec terra exſiccata eſſet. In eô omnes Rabbini conveniunt, quod corvus cum Noacho locutus ſit, idque voce שוב innuatur, ſiquidem illa non tantum reverti, ſed etiam reſpondere ap. Hebræos ſignificat. Si ergo ſcire aveas, quem ſermonem corvus cum Noacho miſcuerit, evolvas, ſi placet *Tract. Talm. Sanhedr. Cap. XI. fol. 108. fac. 2. poſt. med.* Ubi totum colloquium cum Noacho habitum multis verbis legitur. וישלח העירב אמר ריש לקיש תשובה ניצחת השיבו עורב לנח אמר רבך שונאני ואתה שנאתני רבך שנאני מן הטהורים שבעה מן הטמאים שנים ואתה שנאתני שאתה מניח ממין שבעה ושולח ממין שנים אם פגע בי שר חמה או שר צינה לא נמצא לעולם חסר בריא אחת שמא לאשתי אתה צריך אמר לו רשע במיתר לי נאסר לי בנאסר לי לא כל שכן ומנלן דנאסרו דכ׳ ובאתה אל התיבה אתה ובניך ואשתך ונשי בנך אתך וכתיב צא מן התיבה אתה ואשתך ובניך ונשי בניך אתך ואמר רבי יוחנן מכן אמרו שנאסרו בתשמיש המטה: Quæ ſequentibus verbis interpretor. Et emittebat corvum. *Dixit Riſch Lakiſch, reſponſionem irrefutabilem repoſuit corvus Noacho; Dicebat enim, Dominus tuus (Deus) odio me habet, & tu quoque odio me habes. Dominus tuus odio me habet, ex puris enim ſeptem, ex impuris vero duo tantum aſſervavit. Tu quoque odio me habes, quia tu parcis ſpeciebus ſeptem purorum, & emittere vis aliquem ex ſpecie, ex quâ duo tantum aſſervaſti. Si in me nunc in itinere incideret angelus caloris, aut angelus frigoris, nonne accideret mundo defectus unius creaturæ? (nonne mundus unâ creaturarum ſpecie privaretur?). Fortaſſe tu uxore meâ indiges? Reſpondit ipſi Noachus, impie, quod mihi alias licitum eſt, jam mihi prohibetur, nonne etiam mihi nunc prohibitũ ſit, quod mihi alias interdictũ eſt. (h. e. quamvis mihi alias concubitus cum conjuge meâ licitus ſit, jam tamen ille mihi prohibetur; nonne potius mihi rẽ habere cũ uxore tua nunc prohibitũ ſit, quod hoc alias quoq; interdictũ ſit?)*

Hu-

Unde vero illud nobis conſtat, (quod Noacho cum uxore ſua in arcâ coire) interdictum ſit? Scriptum eſt: Et ingrediaris tu & Filii Tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum, (*ubi uxores à viris ſeparati ſunt*) *cap. VI. v. 18. Deinde vero ſcriptum eſt (cum egrederentur)* Exi ex arca, tu & uxor tua, & filii tui & uxores filiorum tuorum *cap. VIII. 16. Hinc dixit R. Jochanam, ex hoc diſcimus quod ipſi congreſſus lecti prohibitus ſit.* Neminem tam credulæ mentis eſſe puto, qui Judæos tantæ ſtupiditatis accuſet, quod omnia jam enarrata revera ſic geſta eſſe crediderint, abſit hoc ab hominibus, qui ſana ratione præditi. Uti enim non ſine injuriâ Æſopo & Locmanno ſapientiſſimis fabularum inventoribus colloquia cum ove & lupo &c. intercedentia, quaſi reipsâ talia peracta perſuaſi fuerint, imputaremus; ſic quoque Judæos indigna labe contaminaremus, ſi eadem de iis divulgaremus. Quem vero ſcopum hæc involvant myſticum, mox apparebit, liceat modo columbæ ex peracto itinere reducis verba his prius annectere.

(*l*) De columba loco jam allegato Talmudico invenimus pariter ſermonem, quem, ore olivæ folium reportans ad Noachum habuit.

וישלח את היונה מאתו לראות הקלו המים אמר רבי ירמיה
מכאן שדירתם של עופות טהורים עם הצדיקים והנה עלה
זית טרף בפיה אמר רבי אלעזר אמרה היונה לפני הקב״ה רבונו
של עולם יהיו מזונותי מרורים כזית ומסורים בידך ואל
יהיו מתוקים כדבש ומסורים ביד ב״ו מאי משמע דהאי טרף
לישנא דמזוני הוא דכתיב הטריפני לחם חוקי׃

H. e. *Ad verba:* Et emittebat columbam à ſe, ut videret an aquæ pauciores factæ ſint: *commentatur Rabbi Jirmia, ex hoc cognoſcimus miſſionem avium purarum cum juſtis.* Et ecce folium olivæ decerptum in ore ejus. *Dixit R. Elieſer: Dixit columba ad Dominum ſumme Benedictum: Domine mundi, ſint mei cibi amari uti oliva, traditi vero per manum tuam; & non ſint dulces ſicut mel, traditi vero per manus carnis & ſanguinis (humanas). Ubi audis hoc, quod* טרף *raptum, ſignificet cibum meum? Reſp. Scriptum eſt Prov. XXX, 8. ale me* הטריפני *pane dimenſi mei.* Non obſcurum eſt, quæ verba columbæ tribuantur, hoc tantum monendum reſtat, quod Judæi antiquorum autoritate inducti de eadem columba dicant; eam folium olivæ vel ex terrâ Iſraëlis vel ex Paradiſo, in quibus locis diluvium non fuiſſe perhibent, (*vid. R. Moſe Alſchech* locô mox allegando.) apportaverit, mirum ergo non eſt, quod columba guſtatô Paradiſi cibô licet amaro, quem oliva innuit, reſpuerit cibum Noachi in arcâ exhibitum, quamvis dulcem. Sed totum hoc corvi & columbæ myſterium ſupra adductus *R. Moſe Alſchech, in Comment. ſuo in Legem*

 fol.

fol. 18. circa finem evidenter explanabit: ודרך רמז התיבה רמז אל
העולם הרקוע על המי' כתיבה ההיא והעורב משל אל נפשות
החטאי' הטמאים במעשים רעים מאד שמתגלגלים יצא ישב
עד יבשת מי לחלוחית טובה מעל ארץ חומר' וגופם כלה
ונשמת' נשרפת· אך לא כן היונה היא נפש טהורה שעם
שטובה היא לא מצאה מנוח לכף רגלה לישאר בג"ע כי יחסר
מסנה מניח לה על קצת אשמותיה אז ויבא אותה אליו אל
התיבה היא העולם הזה בגלגול ויחל ז' ימים הם ימי שנות
האדם ע' שנה ואז בפעם השנית בצאתה והנה עלה זית
טרף בפיה כי רצתה יהיו מזונותיה מרורים כזית בידי הקב"ה
ממתיקים בידי בשר ודם שמאס בבצע מעשקות ויסתפק
במה שניתן לו מן השמים אז וידע נח הוא הקב"ה כי קלו המים
השוטפים הם העונות מעל הארץ היא האדם לכן וייחל עוד
שבעת ימים הם שבעי' שנה פעם שלישי' בגלגול ואז נטהר'
ולא יספה שוב אל העול' הזה עוד: Hæc latine ita ſonabunt.
Expoſitio myſtica. Arca adumbrat mundum hunc, qui ſuper aquas expanſus eſt, ſicuti arca hæc. Corvus deſignat animas peccaminoſas, quæ impuræ ſunt ob opera mala maxima, hinc transmigrant, (redeunt poſt mortem in hunc mundum,) eunt & redeunt, donec exſiccatæ ſint aquæ humoris boni ex terrâ, tunc materia & corpus eorum totum una cum animabus comburitur. Sed aliter ſe res habet cum columba, hæc eſt anima quædam pura, ſed quamvis bona ſit, attamen quietem in Paradiſo pro pede ſuo relictam non invenit. Deficiebat enim illi (columbæ vel animæ) quies ob reatum peccatorum ſuorum. Quapropter illa redibat ad eum (Noachum) in arcam, quæ eſt mundus hic, per transmigrationem, & expectabat ſeptem dies, qui ſunt dies ætatis humanæ 70. anni. Cum vero ſecundâ vice exiret, ecce portabat folium olivæ quaſi eſcam in ore ſuô, quia pluris æſtimabat cibos ſuos amaros, ſi modo eſſent dati per manus Dei ſummè Bened. quam cibos dulces, ſed datos per manus carnis & ſanguinis (humanas). Reſpuebat enim fruſta laborum, & ſatiabat ſe eô, quod dabatur de cælô. Tunc cognoſcebat Noach, hic eſt Deus ſumme Bened. quod defecerint aquæ, h. e. quod demerſa eſſent peccata, ex terrâ, hæc eſt homo. Deinde expectabat adhuc ſeptem dies, hi ſunt ſeptuaginta anni, tertiâ vice in transmigratione, tunc purificatur anima, nec repetit reditum ſuum in hunc mundum unquam. Meum jam non eſt, ea, quæ de transmigrationibus animarum Rabbini reliquerunt, evolvere aut diſcutere, cui placet, evolvat ס' הגלגלים
מהארי"זל והוא מגלגלי הנשמות זה בזה: כתיבה יד:
h. e. *Liber de Revolutionibus R. Iſaaci f. m.* qui agit de Revolutionibus animarum hujus in illam, *MSC.* Cujus latina verſio adornata eſt in *Tom.*

Sec.

Sec. Cabbalæ Denud. Partis Tert. Tract. ſecundo. Adde *R. Joſeph Tzorpati Jad Joſeph,* (qui liber diu deſideratus eſt, nunc autem *Anno ſup. min. 450. h. e. A. C. 1690. Amſtel.* recuſus) *Parſch. Schemoth Draſch Reſchon fol. 94. col. 1.* nec non locum ibi allegatum, ubi plura de hoc argumento traduntur. Quibus merito opponitur Patronus noſter venerandus *Dn. D. Joh. Schmidius* qui *Diſput. Inaugur. de Multiplici animarum reditu in corpora* Autori Tract. *Seder Olam* oppoſita, hanc controverſiam eleganter diſcuſſit, ad quam B. L. remitto. Mihi jam oſtendiſſe ſufficiet, antiquos Judæorum Doctores ſua dogmata ſub fabularum & parabolarum involucris diſcipulis ſuis propoſuiſſe, qua methodo noſter quoque Salvator hinc inde ſuas divinas doctrinas docens uſus eſt. Qui plura deſiderat, adeat *Breſch. Rabb. fol. 36. col. 4. fol. 37. col. 1. R. Bechai fol. 19. col. 4. Ein Jiſraël Sanhedr. cap. Chelek ſ. XI. fol. edit. Berolin. 173. fac. 2. poſt. med. Jalkut Reubeni fol. 30. col. 1. R. Schabthe Siphte Chacamim ad h. l. fol. 19. col. 2.*

(*m*) Conf. *Rabboth Parſch. 33. fol. 37. col. 1. poſt. med.*

(*n*) Vide *Tract. Talm. Sanhedr. ſub lit. l. allegatum* vel *Ein Jiſraël edit. Berol. fol. 173. fac. 2.*

(*o*) Diſputant Rabbini æque ac Chriſtiani cujus formæ vox וַיִּיָּחֶל ſit, quidam eam ad *Niphal*, alii vero ad *Hithpael* ſuppreſſâ litterâ ת referre malunt. *R. D. Kimchi Libro Rad. Sive Parte II. Miclol ſub Rad.* יחל partim ſui Parentis *Moſis Kimchi*, cujus *Grammat.* proſtat, ſententiam adducit, partim propriam cum refutatione Parentis adjicit. וכן וַיִּיָּחֶל עוד שבעת ימים׃ ואאז״ל פירש ותרא כי נוחלה בהפך התוחלת כלומר כי אבדה תוחלתה׃ וכן אמר כי וייחל עוד שבעת ימים אינו מבנין נפעל כי אם מבנין התפעל ומשפטו ויתיחל ולולי החית היה נדגש כי לא יהיה בבנין אחד דבר והפכו כי אם בשני בנינים יְשָׁרֵשׁ וַיִּשָּׁרֵשׁ ואחר שנפעל מזה ענינו בהפך התוחלת ראוי להיות וייחל מבנין התפעל׃ וטוב היה מה שאמר אם היוד היתרה פתוחה אבל מצאנוה קמוצה כמשפט האיתן מבנין נפעל כמו שכתבנו בחלק הדקדוק׃ *Sic quoque comparatum eſt cum voce* וַיִּיָּחֶל *adhuc ſeptem dies. Dominus Parens meus explicat vocem:* & videbat quod נוחלה ſperata eſſet, *Ezech. XIX, 5. per contrarium ſpei, quaſi diceret, quod perierit ſpes. Hinc dicit, quod vox:* וייחל adhuc ſeptem dies, *non ſit ex Conjugat. Niphal, ſed potius ex Conjugat. Hithpael, ut ordinaria ejus forma eſſet* ויתיחל *& niſi Cheth adeſſet, dageſſaretur. In unâ enim conjugatione res quædam, & contrarium ejus non poteſt eſſe, ſed potius in duabus Conjugationibus, uti in vocibus* יְשָׁרֵשׁ *eradicavit,* וַיִּשָּׁרֵשׁ *radices egit. Poſteaquam autem*

Niphal ex hâc ratione contrarium ſpei, h. e. interitum ſpei ſignificat, neceſſe eſt, ut ויחל *ſit ex Conjugat. Hithpaël. Bonum eſſet, quod dixit (Dom. Parens) ſi modo jod eſſet pathachatum, nos autem illud invenimus Kamezatum, ſecundum formam litterarum* אתין *in Conjugat. Niphal, quemadmodum ſcripſimus in capite Grammatices.* Cum hanc *Dav. Kimchi* grammaticam, quæ *Sepher Miclol* inſcribitur, evolverem, legi in *Capite Verborum, quorum Pe jod quieſcit fol.116.col.a. ſeq.* ſequentia verba. Cum dixiſſet, quod in hac Anomaliâ *jod. prima Rad.* mutetur in *Niphal* in *vav*, adjicit peculiarem annotationem: ויש שיבא ביוד בשרשו וייחל עוד· או ירה יִיָּרֶה· ויתכן כי בא כן יִיָּרֶה להפריש בינו ובין יִוָּרֵא לְמַעַן תִּוָּרֵא שהוא לשון יראה· ואא״ל כתב כי וַיִּיָּחֶל מבנין התפעל משפטו ויתיחל· וכן יִיָּרֶה משפטו יתירא כי אמר כי הנפעל מנחי הפא לא יבא העתיד כי אם בויו·
Sunt quoque quadam verba, qua jod radicis retinent, v. g. Gen. VIII. v. 10. וַיִּיָּחֶל & expectabat adhuc. *Et Ex. XIX, 13.* jaculando jaculis conficietur יִיָּרֶה *Aptiſſime ſic formatur* יִיָּרֶה *ut diſtinguatur a* יִוָּרֵא *Uti Pſ. 130, 4.* Propterea תִּוָּרֵא timearis *habet ſignificationem timoris. Dominus autem Parens meus ſcripſit, quod vox* וַיִּיָּחֶל *ſit ex Conjugatione Hithpael, ad formam* יתיחל *Sic quoque vox* יִיָּרֶה *eſſet ad formam* יתירא *Dicit enim quod Niphal in Quieſcentibus Pe non inveniatur in Futuro niſi cum Vav.* Parens *Kimchius* putat, quod Anomalia primæ Rad. jod in Futuro *Niphal* ſemper mutetur in *Vav*, nullumque occurrat exemplum in quo jod illud retineatur; Filius vero *Kimchius* Patrem corrigit exiſtimans, dari omnino verba *pr. Rad. jod* in quibus *jod* maneat absque mutatione in *vav* adducitque duo exempla, quæ utraque jam conſpeximus. Parens *Kimchius* urget non reperiri ſimile exemplum, quod in eâdem Conjugatione habeat ſignificationem alicujus actionis, una cum contrario ejus. Sic vox יחל in Niphal ſignificat, *ſpes periit* vid. locus *Ezech. XIX. v. 5.* in noſtro vero locô, ſi eſſet in eadem Conjugat. Niphal ſignificaret, *ſperavit*, hoc loco eſſet actus, ibi vero contrarium actus. Filius *Kimchi* urget vocis formam, imprimis quod ſub jod inveniatur *Kamez*, quæ Regularis forma in *Niphal* eſt. Filius Patrem corrigere voluit ſed ejus rationem non ſuſtulit. Nihilominus Filius *Kimchius* plures in ſuam traxit ſententiam, utpote *R. Eliam Levitam* in *Sepher Habarcaba* voce ייחל *p. m. 79.* qui tamen alteram ſententiam non rejicit. Sic quoque recentior quidam Grammaticus *R. Juda Lib*, cujus præcepta prodierunt ſub Tit. ספר שורש יהודה *Francof. ad Mœnum Anno ſupput. minoris Judaica* בג״ת *453. h. e. anno Chriſti 1693. Cap. X. de Quieſcent. Pe jod. fol. 40. col. 2.* שנים באו בשלמות והיוד נשארת בתם נִיָּחֶל בְּרֵאשִׁית ח׳ יִיָּרֶה שמות יט. *H. e. Duo verba veniunt*

in

in perfectione (absque mutatione ꝫ *jod in vav) in quibus jod remanet,* בִּיְתַל *Gen. IX, 10.* יִיָּרֶה *Exod. XIX, 13.* His accedunt ex Chriſtianis *Magnus Buxtorf. in Theſ. Grammat. Cap. XXXII. p. m. 197. Wasmuth. Reg. XXXVII. Memb. IV. Annot. 3. p. m. 165. Alting. Fundam. Punct. Sect. VIII. §. 129. p. m. 259.* Nec rationem video, cur a *Kimchii* filii ſententia recedam, dubium enim à Patre ejus motum, mihi tantum non videtur, ut me à filio retrahat. Cui placet, evolvat *Comment, R. D. Kimchii in Ezech. XIX. 5.* ubi vox נוחלה commodiſſimè omnibus perpenſis circumſtantiis vertitur: *cum jam expectavit diebus multis, periit ſpes ejus.* Nec non *Reuchlinum Libr. II. de Vocum expoſit. p. m. edit. Munſter. 191. col. 1.* Si vero textus hic, hunc in ſenſum transponatur, omne corruit Patris *Kimchii* fundamentum, ut filii ſententia inconcuſſa remaneat. Calculum ſuum quoque adjiciunt *R. Aben Eſra* qui ſimul annotat, quod vox *Millel* ſit, nec non *R. Ben Melech* qui *Joſephi* & *Davidis Kimchiorum* Sententiis adductis poſterioris opinionem ſequitur.

(*p*) Supra *Annot. ad cap. VII. lit. g. p. 187.* dictum eſt, quod annus Solaris 11. ferè dies annum Lunarum ſuperet, ad quod noſter *Raſche* h. l. reſpicit, quando dicit, *hi ſunt 11. dies, quibus Sol Lunam ſuperat.* Si calculus ex indiciis in *cap. VII. & VIII.* relictis, ducatur, cognoſcemus, quod diluvium totum, annum integrum & decem dies duraverit. Ex Chronologis ſuppono, quod Anno Mundi conditi M DC LVI. vel M DC LVII. currente contigerit. 1.) Incepit enim Anno Noachi *DC. menſe II. die XVII. cap. VII, 11.* 2.) accreſcebant aquæ per *XL. dies cap. VII, 17.* 3.) terram perfluebant cum augmento *CL. d. cap. VII, 24.* 4.) Decreſcebant deinde aquæ fonteſque terræ, cœlique cataractæ claudebantur, ut arca *menſe VII. die 17.* quieſceret in montibus Ararat *cap. VIII, 4.* 5.) Viſa ſunt montium cacumina *menſe X. die I. cap. VIII, 5.* 6.) Tandem lætiſſima ſubſequebatur liberatio, ut Noachus cum omnibus ſuis ex arcâ egreſſus ſit *Anno* ætatis *DCI. menſe II. die XXVII. cap. VIII, 14.* Annus itaque completus fuiſſet menſe ſecundo *die XVII.* quo diluvium antecedenti anno inceperat, ſed ſuperadditos legimus X. dies, quia *XXVII. die* Noachus demum egreſſus eſt. Annum autem Solarem 11. diebus majorem eſſe Lunari Chronologi & Aſtronomi oſtendunt. Vid. *Strauch. Breviar. Chronolog. Cap. IV. de Annis p. m. 63. ſeqq.* Ex Judæis idem docet *R. Maimon. Jad. Chaſaka Part. I.* Sepher Seman. *Hilchoth Kidduſch Hachodeſch Cap. I. n. 2. fol. 271. fac. b.* ſequentibus verbis: וכמה יתרה שנת החמה על שנת הלבנה קרוב מאח׳ עשר יום לפיכך כשיתקבץ מן התוספת הזות כמו שלשים יום או פחו׳ מעט או יותר מעט מוסיפין חדש אחד ועושין אותה השנה י״ג חדש והיא הנקראת

שנה

שנה מעוברת שאי אפשר להיות השנה י"ב חדש וכך וכך ימים שנא' לחדשי השנה חדשי אתה מונה לשנה ואי אתה מונה ימים: Hæc latine ita ſonant: *Et illud ſpatium, quo annus Solaris ſuperat annum Lunarem eſt ferè undecim dierum. Quando igitur ex his reſiduus diebus componi poſſunt triginta dies, aut paulo plus aut paulo minus, addimus integrum menſem, & facimus illum annum tredecim menſium, qui appellatur annus intercalaris. Non enim eſt poſſibile, ut annus conſtituatur ex duodecim menſibus & tot, vel tot diebus, dicitur enim Ex. XII, 2.* Primus anni menſium eſto, *ex quo intelligis, quod menſes numerare debeas in anno, non vero dies.*

(*q*) De hoc Spiritu malo, qui ex ſententia Raſche ingreditur a nativitate in hominem, plura leguntur in *Jalkut Sim. Parſch. Noach fol. 15. col. 3.* nec non in *Breſch. R. Parſch. 34. fol. 38. col. 1. poſt princ. ſtatim.* quæ noſtri Rabbi verba egregie equidem illuſtrant, animadverſionem tamen effugere non poſſunt. כי יצר לב האדם רע עליבה היא העיסה שנחתומה מעיד עליה שהיא רעה עלובה השאור שמי שבראו אותו מעיד עליו שהוא רע שנאמר כי הוא ידע יצרינו עלובה היא המטעת שמי שנטעה מעיד עליה שהיא רעה שנא' ויי' הנוטע אותך דבר עליך רעה· שאל אנטונינוס את רבינו א"ל אימתי יה"ר ניתן באדם א"ל עד שלא יצא ממעי אמו א"ל לאו שאלו כן היה חוטט את בני מעיה ויוצא והודה לו ר' שהשווה לדעת המקרא כי יצר לב האדם רע מנעוריו כתיב בשעה שהוא ניער לעלם ועוד שאלו אימתי ניתנה נשמה באדם א"ל משיוצא ממעי אמו אר עד שלא יצא ממעי אמו אמר לו משיצא ממעי אמו אמר לו לאו משל אם תניח בשר ג' ימים בלא מלח מיד הוא מסריח והודה לו רבי שהשוה דעתו לדעת המקרא שנ' חיים וחסד עשיתי עמדי ופקודתך שמרה רוח' מאימתי ניתנה נשמה בי משעה שפקדתני. H. e. *Ad verba:* Quia figmentum cordis humani malum, *ſequentia antiqui Rabbini commentantur; Illa maſſa eſt fœtida & putida, de quâ piſtor teſtatur, quod fœtida ſit.* (*Deus autem h. l. ipſe teſtatur, quod figmentum cordis humani ſit malum.*) *Fermentum, ex quo productum eſt illud, teſtatur de ſe quod malum ſit. Dicitur enim Pſalm. CIII, 14.* Scit ille figmentum noſtrum, (*noſtras pravas inclinationes,*) recordatur, quod pulvis ſimus. *Fœtida plantatio, qua plantatum eſt cor, teſtatur de ſe quod mala ſit. Dicitur enim Jer. XI, 17.* Dominus cum plantaret te, dixit malum contra te. *Interrogabat Antoninus noſtrum Rabbi & dicebat ad eum, quandonam Spiritus malus datur in hominem. & pergebat dicere, an forte, antequam egreditur ex viſceribus matris ſuæ? Reſpondebat ipſi, neutiquam, ſi enim*

enim ſic eſſet, perfoderet viſcera ejus & exiret. Tunc demonſtravit ipſi Rabbi, quod ſententia ejus conferenda eſſet, cum ſententiâ Scripturæ, quæ dicit: quod figmentum cordis humani malum ſit, a pueritiâ. *Scriptum hic eſt* מנעוריו à pueritia ejus, *hoc eſt, ab illa horâ, quâ* כינער *excutitur in mundum. Ulterius quaſivit ex illô, quando detur anima in hominem, & pergebat dicere, an ab eô tempore, quo egreſſus eſt ex viſceribus matris ſuæ, aut antequam egreditur ex viſceribus matris, & pergebat dicere, forte ab eô tempore, quo egreſſus eſt ex viſceribus matris ſuæ? Reſpondit ipſi neutiquam, & adducebat ſimile, ſi poneretur caro tribus diebus absque ſale, nonne ſtatim odorem emitteret? Deinceps demonſtrabat ipſi Rabbi noſter, quod ſententia ejus conferenda eſſet cum ſententia Scripturæ, in quâ dicitur: Job. X, 12.* Vitam & benignitatem feciſti mecum, & cura tua cuſtodivit Spiritum meum. *Quando ergo data eſt anima mea in me? Ab illa hora, quâ mei curam ſuſcepiſti, o DEus.* Præterire ſilentio non poſſum, quod Rabbini per יצר figmentum, plerumque intelligant, pravas illas inclinationes omnibus hominibus communes, & ex corrupta naturâ noſtrâ fluentes, uti hoc *R. David Kimchi in Comment. ſuo ad Pſ. CIII. 14. fol. mihi edit. Isnenſis* accuratiſſimæ, quam ex amica manu poſſideo, *76. fac. a. in princ. ſtatim ſequentibus verbis docet:* כי הוא ידע׳
טעם למה שזכר הרחיק ממנו את פשעינו כי הוא ידע יצרינו׳ כמו שכתוב כי יצר לב האדם רע מנעוריו׃ והנה בטבע האדם שיחטא׳ כי תאוות הבהמיות בו׳ ואם לא יהיה גביר כובש את יצרו לא יוכל להמלט מן החטא׳ ואעפ״כ אין אדם שיוכל להמלט מן החטא או פעם או פעמים׳ וכן כתוב כי אין אדם צדיק בארץ אשר יעשה טוב ולא יחטא׃
Ad verba: quia ille ſcit, &c. *ſequentia adjicit. Ratio redditur, cur memoria removeat ab ipsô (DEô) peccata noſtra, hoc fit, quoniam ille cognovit figmentum noſtrum. Quemadmodum ſcriptum eſt,* quod figmentum cordis humani malum à pueritia *Gen. VIII. v. 21. Et ecce eſt in naturâ hominis ut peccet, quoniam concupiſcentia (carnalis) animalis in eô eſt. Et niſi fortis eſt, qui cupiditates ſuas ſubjugare vult, ſe non poterit liberare à peccato. Quoniam vero res ita comparata eſt, fit, ut nullus homo à peccato ſe liberare poſſit una aut pluribus vicibus. Et ſic ſcriptum eſt,* non eſt homo juſtus in terra, qui bonum faciat, & non peccet. *1. Reg. VIII, 46.* In Lexico ſive *Sepher Schoreſchim* non tantum concupiſcentias pravas, ſed & reliquas cordis humani cogitationes & ratiocinationes ſub eadem voce complectitur, quare ſub Rad. יצר ſequentia ſubjuncta legas.
ונקראת תאוות לב האדם ורעיוניו יצר וכל יצר מחשבות לבו׳ כי יצר לב האדם רע מנעוריו׳ יצר בסמוך תצור׳ בחמש נקודות

נקודות ונקרא כן לפי שהיא יוצר ופועל הענינים בלב שהלב תאוה אליהם׃ ופיר׳ יצר סמיך הוא היצר הטוב כי יש יצר טוב ויצר רע ופי׳ הפסוק יצר הצדיק הסמוך ונשען עליך תצרהו מרע ותן לו שלום כי בך בוטח׃ *Vocatur quoque deſiderium cordis humani, ut & cogitationes ejus figmentum* יצר *Sic dicitur:* Et omne figmentum cogitationum cordis ejus *Gen. VI, 5. It.* quia figmentum cordis humani malum eſt ab infantia ejus. *Gen. VIII, 21. It.* Figmentum ſuffultum ſervabis *Jeſ. XXVI, 3. Scribitur cum quinque punctis, & appellatur ſic ideo, quoniam format & producit ideas in corde, quas cor deinde appetit. Et explicatio figmenti ſuffulti ex locô Ieſ. cit. eſt figmentum bonum, datur enim figmentum bonum & figmentum malum. Intelligitur autem verſus ille de figmento juſti, qui fretus & innixus te, quem tu ſervabis a malô & cui dabis pacem, quoniam in te ſperat.* Natura & indoles figmenti hujus ex variis appellationibus hinc inde in Scriptura occurrentibus fuſius declaratur collegerunt illas *Talmudiſtæ in gemara Tract. Talm. Succa Cap. V. fol. 52. fac. a. in medio.* Ex quo *Jalkut. Simeon. Parſch. Noach. fol. 15. col. 3. nec non Ein Jaacob fol. edit. Berol. 110. fac. b. circa fin.* דרש רב עוירא ואיתימא רבי יהושע בן לוי שבעה שמות יש לו ליצר הרע הקדוש ברוך הוא קראו רע שנאמר כי יצר לב האדם רע מנעוריו משה קראו ערל שנאמ׳ ומלתם את ערלת לבבכם דוד קראו טמא שנ׳ לב טהור ברא לי אלהים מכלל דאיכא טמא שלמה קראו שונא שנ׳ אם רעב שונאך האכילהו לחם ואם צמא השקהו מים כי גחלים אתה חותה על ראשו השם ישלם לך אל תיקרי ישלם לך אלא ישלימנו לך ישעיה קראו מכשול שנאמר סולו סולו פנו דרך הרימו מכשול מדרך עמי יחזקאל קראו אבן שנאמר והסירותי את לב האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר יואל קראו צפוני שנאמר ואת הצפוני ארחיק מעליכם׃ *Expoſitio Rab Avir, aquam propoſuit Rabbi Joſua filius Levi. Septem nomina ſunt, quibus figmentum malum appellatur. DEus ſumme Bened. appellavit illud* malum, *dicitur enim:* Nam figmentum cordis humani eſt malum ab infantia. *Gen. VIII, 21. Moſes appellavit illud* præputium, dicitur enim: Et circumcidatis præputium cordis veſtri, *Deut. X, 16. David appellavit illud* immunditiem, *dicitur enim,* Cor mundum crea mihi, o Deus *Pſ. LI, 12. ex quô patet, quod ſit immundum. Salomo appellavit illud* oſorem, *dicitur enim:* Si eſuriat oſor tuus, ciba eum pane, & ſi ſitiverit pota eum aquâ, nam prunas tu accipiens ſuper caput ejus, & Jehova retribuet tibi *Prov. XXV, 21. 22. Non legas* ישלם *retribuet, ſed potius* ישלימנו *perficiet illud tibi (h. e. exponente Raſche in*

Com-

Comment. in h. l. ut figmentum tuum ſit perfectum, atque te diligat, neque te inducat ad peccata, & ad interitum in hoc mundo.) *Jeſaias appellat illud* offendiculum. *Dicitur enim,* ſternite, ſternite, expurgate viam, removete offendiculum ex via populi mei *Jeſ. LVII, 14.* *Ezechiel appellat illud* lapidem, *dicitur enim,* & removebo cor lapideum ex carne veſtrâ, & dabo vobis cor carneum, *Ezech. XXXVI, 26.* *Joël appellat illud* abſconditum, dicitur enim. Et abſconditum removebo à vobis. *Joël II, 20.* Perſpectâ figmenti naturâ, præterea advertendum eſt, quod in loco ex *Breſch. R.* allegato, Rabbini cor hominis tres inprimis ob cauſas malum & impurum pronuntient, partim, quod Deus ipſe *Gen. VIII, 21.* de ejus malitia teſtatus ſit; partim quod materia, ex quâ cor humanum formatum eſt, malitiam ejus innuat; partim denique, quod plantatio h. e. formatio cordis humani mala ſit. Quod ultimum adducti Rabbini ex *Jer. XI, 17.* probare audent, dicendo, Deum, cum formaret corda, malum contra ea, locutum eſſe. Sed hæc extra ſenſum literalem dici, adeoque meditationis loco tantum textui adjici, ille experietur, qui circumſtantias textus ponderabit ſtudioſius. Ut de ſententiæ veritate tantum quæſtio remaneat, an Deus in cordis formatione malum contra illud loquatur? Si hæc phraſis non plane rejicienda eſt, duplici tantum ſenſu limitata toleranda erit. Vel quod formatio & generatio hominis, reſpectu actuum humanorum mala, adeoque Deo abominabilis ſit, quod multo aptius ex *Pſ. LI, 7. ecce in iniquitate formatus ſum* probaretur; Vel quod Deus cor humanum ex corrupto ſemine formans, illud quoque calamitatibus ex peccati reatu naſcentibus decreto ſuo ſubjiciat. Si quis vero verborum rigori inhærere velit, caveat ne Deum peccati autorem arguat. Quando tandem Judæorum Magiſtri dicunt, quod formator mali h. e. diabolus, poſt nativitatem demum hominis cor occupet, atque ab illô tempore malas in eô fingere cogitationes incipiat, notandum eſt, quod maſſa & materia, ex quâ cor hominis formatur malum ſit, fatentibus eodem locô Judæis, adeo, ut non videam, cur malitia a prima formationis momento cordi adhærere negetur. Sed per figmentum forte intelligunt, actualem ideam & cogitationem, quæ ante rationis uſum non comparet, quare actualis & formalis malorum cogitationum formator, demum poſt nativitatem & aliqualem acquiſitum rationis uſum humana corda occupare ab iis creditur. Hanc eſſe eorum mentem vel exinde confirmatur, quod fermentum cordis humani fœtidum eſſe, eôdem locô aperte confiteantur.

(*r*) Eleganter pariter ac erudite *Raſche* noſter h. l. ſcripſit, quod repetitio vocis לא לא non non, *non addam maledicere, non addam percutere,* juramentum indicet, quod Deus his verbis juraverit, ſe nolle dilu-

vium unquam in hunc mundum reducere. Hanc ſuam ſententiam teſtimonio Prophetæ *Jeſaiæ*, teſtis omni exceptione majoris, fulcivit, qui *cap. LIV, 9. Nam ſicut aquæ Noachi*, inquit, *ſic hoc mihi erit: Quemadmodum juravi non tranſituras aquas Noachi amplius ſuper terram: Sic juravi non ſuccenſurum tibi, & non increpaturum te.* Quibus expreſſe Propheta confirmat, quod Deus juravit, ſe nolle diluvium reiterare, cum tamen nullibi in Scripturâ expreſſum Dei juramentum offendatur. Hinc recte collegit Noſter *Raſche*, quod repetitio vocis לא לא *NON, NON,* juramentum ſit. Hanc ſuam ſententiam ſententiâ antiquiſſimorum Judaicorum Doctorum nixam eſſe, ex Talmude & quidem ex Tract. de Juramentis (*Schebuoth*) capite & folio & columnâ uti ſolet, omiſſis, probat, quem me reperiſſe puto *in Gemara Cap. IV. fol. 36. fac. a. poſt. med.* ſequentibus verbis fluentem: אמר רבי אלעזר לאו שבועה הן שבועה בשלמא לאו שבועה דכתיב ולא יהיה עוד המים למבול וכתיב כימי נח זות לי. אשר נשבתי אלא הן שבועה מנא לן סברא הוא מדלאו שבועה הן נמי שבועה אמר רבא הוא דאמר לאו לאו תרי זימני והוא דאמר הן הן תרי זימני דכתיב ולא יכרת כל בשר עוד ממי המבול ולא יהיה עוד המים למבול ומדלאו תרי זימני הן נמי תרי זימני: Quæ latinè ita ſonabunt. *Dixit Rabbi Elieſer NON indicat juramentum, & ITA indicat juramentum. Salvum eſt NON, eſſe juramentum, quoniam ſcriptum eſt:* Et *NON* erunt amplius aquæ diluvii *Gen. VIII, 21. Et deinde ſcriptum quoque eſt.* Nam ſicut aquæ Noachi, erit hoc mihi, quemadmodum juravi. *Jeſ. LIV, 9. Sed unde nobis probabiliter conſtat, quod ITA quoque juramentum indicet? Quoniam NON eſt juramentum, ſequetur, quod ITA quoque juramentum ſit. Deinde dixit Rabba, ille qui dicit NON, NON, duabus vicibus, & ille qui dicit ITA, ITA duabus vicibus, (ille jurat.) Scriptum enim eſt loco Geneſ. IX, 11. duabus vicibus* לא *NON: 1.) NON* excuſum iri omnem carnem inpoſterum ab aquis diluvii. 2.) *NEC* futurum eſſe amplius diluvium ad perdendum terram. *Quoniam autem vox* לא *NON, duabus vicibus poſita juramentum efficit, ideo quoque vox ITA duabus vicibus repetita juramentum faciet.* Ad quæ verba noſter Raſche in gloſſa ad hunc Gemaræ locum recte adjicit: לאו שבועה כדמסיים ואזיל שאמר או לאו לאו תרי זימני או הן הן תרי זימני הרי היא כשבועה מאחר שהחזיר דבריו: *Vox* לא *NON juramentum facit, uti jam pluribus dictum eſt: Sive nunc quis dicat; NON, NON, duabus vicibus, ſive dicat ITA, ITA, duabus*

vi-

vicibus, pariter erit juramentum, ſi modo verba ſua repetat. Hæc loca verba Noſtri Salvatoris, quæ *Matth. V, verſ. 37.* leguntur, egregie illuſtrant Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν, Ναὶ, Ναὶ, οὒ, οὒ, τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. *Eſto autem ſermo veſter, ITA, ITA, NON, NON: quod autem ſupra hæc redundat, a malô eſt.* Ex quo diſcimus, quod noſter Salvator reliqua Judæorum juramenta, quæ in antecedentibus verſiculis adducta ſunt, & quæ Dn. Lightfoot in *Hor. Hebr. in Evang. Matth.* ad h. l. Vol. II. Opp. p. m. 292. ſeq. illuſtravit, rejecerit, & hunc ſolum ex illis retinuerit. Addatur ergo hic locus illis, quos Lightfoot collegit, ab illô enim omiſſus eſt, hic enim evidenter docet, Noſtrum Salvatorem, quod Anabaptiſtæ volunt, non omnia juramenta abrogaſſe, quod ſtylo antiquo tempore Salvatoris uſitato repugnat; reſpondere enim *NON, NON, ITA, ITA, Salvatoris tempore* apud Judæos juramentum fuit, quod Salvator noſter non abrogavit ſed approbavit. Vid. *Elias Miſrachi ad hunc locum Raſche*, nec non *Siphthe Chacamim ad eundem fol. 16. fac. a.* Qui plures Talmudicas hujus verſiculi expoſitiones deſiderat, evolvat *Tract. Talm. Kidduſchim Cap. I, fol. 30. fac. a. Chagiga Cap. II. fol. 15. fac. a. Succa Cap. V. fol. 52. fac. a. Erubin Cap. VI. fol. 65. fac. a. Sevachim Cap. IV. fol. 46. fac. b. Nec non Jalkut Sim. Part. I. fol. 15. col. 2. fol. 132. col. 3. fol. 214. col. 1. fol. 248. col. 4. fol. 272. col. 3. Parte II. fol. 63. col. 3. fol. 73. col. 2. fol. 82. col. 3. &c. Tanchuma Parſch. Noach. fol. 6. col. 3. poſt princ. ſtatim. R. Bechai fol. 19. col. 1. fol. 20. col. 1. fol. 39. col. 1. fol. 131. col. 4. fol. 142. col. 2. fol. 161. col. 4. fol. 122. col. 4.*

(*s*) Quomodo menſes Judæorum certis anni temporibus annexi ſint, docuit Raſche noſter ex Antiquorum ſuorum ſententia, quæ legitur *Tract. Talm. Baba Mezia Cap. IX. in Gemara fol. 106. fac. b. poſt princ.* Nec non *Breſch. R. Parſch. 34. fol. 35. col 2. poſt princ.* Quoniam locus à Raſche totus adductus non eſt, liceat eundem adjicere. רשב״ג משום ר״מ וכן היה רבי דוסא אומר כדבריו חצי תשרי ומרחשון וחצי כסליו זרע חצי כסליו טבת וחצי שבט חורף חצי שבט אדר וחצי ניסן קור חצי ניסן איי׳ וחצי סיון קציר חצי סיון תמוז וחצי אב קיץ חצי אב אלול וחצי תשרי חום רבי יהוד׳ מונה מתשרי ר״ש מונה ממרחשון: Hoc eſt: *R. Simeon Filius Gamalielis nomine Rabbi Meir, nec non Rabbi Duſa ſecundum illorum verba dixit: Dimidium Tisri & Marchesvan & dimidium Kislev Sementis eſt; Dimidium Kislev Thebeth & dimidium Schebat, Autumnus; Dimidium Schebat, Adar & dimidium Niſan, Hyems; Dimidium Niſan, Ijar, & dimidium Sivan, Meſſis; Dimidium Sivan, Thamus & dimidium*

Ab, Æſtas; Dimidium Ab, Elul, & dimidium Thiſri, Calor. Rabbi Jehuda numerare incipit à Tiſri, R. Simeon autem numerare incipit a Marcheſvan. Hæc aliquam lucem illis Scripturæ locis affundere poſſunt, qui temporum rationem reſpiciunt, climatis enim diverſitas diverſas anni tempeſtates cauſatur, uti ex Phyſica notum eſt.

(*t*) Vide ſubſequentem locum ex *Tract. Talm. Joma ſub lit. u.*

(*u*) His verbis Raſche probat, quod finis æſtatis gravior ſit ipſa æſtate, cujus ratio ex coacervato & compreſſo terræ calore à Phyſicis alias redditur; Noſter Rabbi eandem ſententiam ex *Talmudis Gemara* hauſit, legique poteſt *Tract. Joma Cap. III. fol. 28. fac. b. ultima lineâ & ſequentibus*, nec non *Ein Iisrael fol. m. edit. Berol. 92. fac. b.* quem locum ideo adducam, quoniam plura ſimilia & paradoxa continet, quæ alias & inprimis in doctrinâ de peccato utilia eſſe poſſunt. אמר רפרם זיהרא דשמשא כשמשא וסימניך דנא דחלא שבירי דשמשא קשה משמשא וסמניך דילפא הרהורי עבירה קשין מעבירה וסימניך ריחא דבשר שלהי דקיטא קשה מקיטא וסימניך תנורא שגירא אשתא דסיתוא קשה מדקיטא וסימניך תנורא קרירא H. e. *Dixit Raphram, calor Solis eſt ſicut Sol, & ſimile tibi eſt: urceus aceti. Radii Solares vehementiores ſunt ipſo Sole, & ſimile tibi eſt, gutta. Cogitatio de peccato patrando, gravior eſt ipſo peccato, & ſimile*

COMMENT. RASCHE
in
CAP. IX. Gen.

v. 2. E*T pavor veſter*] Terror veſter, quemadmodum dicitur: *Videbitis timorem*, Job. VI, 21. Sed in Agada (*a*) ſignificat vivacitatem: Quamdiu enim infans, filius unius diei vivit, non opus eſt ut cuſtodiatur contra mures; Og vero Rex Baſan cum moreretur opus habebat, ut cuſtodiretur contra mures, quoniam dicitur: *& timor veſter & pavor veſter ſit &c.* Quandonam erit timor veſter ſuper animalia? omni tempore, quo vivitis.

Vo-

mile tibi eſt, odor carnis. Finis æſtatis calidior eſt ipſa æſtate, & ſimile tibi eſt, fornax calefacta penitus. Febris hyemalis gravior febri æſtivali, & ſimile tibi eſt fornax frigida. Senſus horum verborum à Judæis traditur varius, quem facile intellexeris, ſi modo literalem perceperis. Calor ſolis ſicut Sol eſſe dicitur, quod urceo aceti illuſtrant. Si enim urcei hujus os bene occluſum, & obturatum eſt, & tu perforas illud, ſtatim egredietur vehemens odor. Sic quoque die nebulosô, quo ſol quaſi nebulâ occluſus eſt, ſi calor ſolis per nebulæ foramina penetrat, tam vehemens eſt, quam ipſe ſol. Porro radii ſolares vehementiores ſunt ipsô ſole. Si per nubeculæ foramen ſolem adſpicias, deprehendes ſolis radios ſolitô vehementiores. Cujus rei ſimile eſſe dicitur gutta aquæ. Stillicidium enim in corpus noſtrum calidum ex improviſo incidens, nos magis excitat, quam ſi totum corpus in aquam immergatur. Cogitationem de peccato patrando graviorem eſſe ipſo peccato, illuſtratur ſimili de carnis odore deſumto. Uti enim carnis odor magis in nares penetrat, quam ipſa caro, ſic quoque cogitatio patrandi facinus gravior eſt ipſo facinore. Hoc alias quoque explicant de carnis deſideriis contra nonum præceptum, dicunt enim, quod concupiſcere mulieres, corpus magis emaciet, quam ipſum factum. Quod finis æſtatis calidior ſit ipſa æſtate, luculento ſimili de fornace illuſtratur; penitus enim calefacta fornax comparatur cum fine æſtatis, quô terra penitus calida eſt. Et hoc inprimis noſter Raſche reſpexit in ſuô Commentario uti jam ſupra dictum eſt. Si de reliquis ſimilibus par feratur judicium, clara erunt.

פירוש לשי

פירק ט׳

Cap. IX. v. 2. חתכם · ואימתכם כמו תראו חתת׳ ואגד׳ לשון חיות שכל זמן שתינוק בן יומו חי אין צריך לשמרו מן העכברים עוג מלך הבשן מת צריך לשומרו מן העכברים שנ׳ ומוראכם וחתכם יהיה אימתי יהיה מוראכם על החיות כל זמן שאתם היי׳:

v. 3. *Vobis erit in cibum*] Siquidem Adamo primo nihil conceſſi, præter olus & herbam; Vobis autem ſicut olus & herbam, quam homini primo conceſſi, etiam illa omnia dedi. (*b*).

v. 4. *In anima ejus quæ eſt ſanguis ejus*] Interdicit illis membrum ex quolibet viventi, quamdiu anima ejus eſt in ſanguine ejus, non comedetis carnem. *In anima ejus quæ eſt ſanguis ejus*) Quamdiu anima erit in ipſo. *Carnem cum anima non comedatis*] H. e. membrum ex viventi non comedatis. *Etiam ſanguinem ejus non comedatis*] H. e. ſanguinem ex vi-
v. 5. vente non comedatis. (*c*).

Etiam ſanguinem veſtrum (*d*)] Quamvis vobis permiſi ſublationem animæ beſtiarum, ſanguinem tamen veſtrum quæram, ab illô, qui fundit ſanguinem ſui ipſius. *Qui animabus veſtris eſt*] Etiam ab ipsô qui ſeipſum ſuffocat, quamvis ex ipsô non egrediatur ſanguis. *De manu omnis beſtiæ*] Quoniam generatio antediluviana peccaverat, ut traderetur in eſcam beſtiarum malarum, ut dominarentur in illos, quemadmodum dicitur: *aſſimilatus eſt, ſicut beſtiæ exciſi ſunt*, Pſ. XLIX, 13. propterea neceſſe fuit, ut propter hos, beſtias admoneret. *De manu hominis*] ex manu homicidæ proæretici, ſi nulli teſtes adſunt, ego requiram. *De manu viri fratris ejus*] Quem ille diligit tanquam fratrem, & occidit illum invito, ego quæram, niſi in exilium ejiciatur, & quærat veniam ob peccatum ſuum, quandoquidem homicida invitus opus habet propitiatione; Si forte nulli adſunt teſtes, qui eum exilio puniant, neque ille ſeipſum humiliaverit, tunc DEus ſumme Benedictus quæret ab illô, quemadmodum explicant noſtri Rabbini: DEus fecit, ut incurreret in manus ejus, vid. Tract. Maccoth, (*e*) ubi DEus fecit, ut convenirent in uno diverſorio &c.

v. 6. *Per hominem ſanguis ejus effundetur* (*f*)] Si adſint teſtes, interficiatis vos ipſum, quare? *quia in imagine DEi fecit hominem.* Scriptura hoc in loco deficit in voce עשה, [h. e. deeſt litera ו] ſcribendum enim fuiſſet עושה faciens hominem, qualia plura occurrunt in Script. S,

v. 7. *Vos autem creſcite & multiplicamini*] Secundum litteralem ſenſum hæc verba antea intendebant benedictionem; nunc vero præceptum facta ſunt. In allegorico (*g*) ſenſu comparatur ille, qui non incumbit fructificationi & multiplicationi, cum eô, qui ſanguinem effundit.

v. 9. *Et ego ecce ego* (*h*)] Ego convenio tecum. Noach enim fuit timidus ad navandam operam in fructificatione & multiplicatione, donec Deus ſumme Bened. eum certiſſimum redderet, quod nollet impoſterum perdere mundum, ideo ſic fecit. Tandem dixit ad eum, ecce ego aſſentior tibi, ut ſtabiliam & confirmem fœdus ſpei meæ, (*i*) & dabo tibi ſignum.

Be-

v. 3. לכם יהיה לאכלה· שלא הרשיתי לאד׳ הראשון אלא ירק עשב ולכם כירק עשב שהפקרתי לאדם הראשון נתתי לכם את כל:

v. 4. בנפשו דמו· אסר להם אבר מן החי כלו׳ כל זמן שנפשו בדמו לא תאכלו הבשר: בנפשו דמו· בעוד נפשו בו: בשר בנפשו לא תאכלו· הרי אבר מן החי: ואף דמו לא תאכלו הרי דם מן החי:

v. 5. ואך את דמכם· אע״פ שהתרתי לכם נטילת נשמ׳ בבהמ׳ את דמכם אדרוש מהשופך דם עצמו: לנפשותיכם· אף החונק עצמו אע״פ שלא יצא ממנו דם: מיד כל חיה׳ לפי שחטאו דור המבול והופקרו למאכל חיות רעו׳ לשלוט בהן שנ׳ נמשלו כבהמות נדמו לפיכך הוצרך להזהי׳ עליהן את החיות: מיד האדם· מיד ההורג במזיד ואין עדי׳ אני אדרוש: מיד איש אחיו· שהוא אוהב לו כאח והרגו שוגג אני אדרש אם לא יגלה ויבקש על עונו לימחל שאף השוגג צריך כפרה ואם אין עדים לחייבו גלות והוא אינו נכנע הקב״ה דורש ממנו כמו שדרשו רבותינו והאלהי׳ אנה לידו במסכת מכו׳ הקב״ה מזמנן לפונדק אחד וכו׳:

v. 6. באדם דמו ישפך· אם יש עדים המיתוהו אתם למה כי בצלם אלהים עשה את האדם וזה מקרא חסר עשה העושה את האדם וכן הרבה במקרא:

v. 7. ואתם פרו ורבו· לפי פשוטו הראשונה לברכה וכאן לצווי ולפי מדרשו להקיש מי שאינו עוסק בפריה ורביה לשופך דמים:

v. 9. ואני הנני· מסכים אני עמך שהיה נח דואג לעסוק בפריה ורביה עד שהבטיחו הקב״ה שלא לשחת העולם עוד וכן עשה באחרונה אמר לו הנני מסכים לעשות קיום וחזוק ברית להבטחתי ואתן לך אות:

ואני

v. 10. *Beſtiæ terræ vobiſcum*] Quæ ſunt apud homines. *Ex omnibus, quæ egreſſa ſunt ex arca*] Ut includeret immunda & reptilia. *Vivens terræ*] Ut includeret dæmones, (*k*) qui non ſunt in genere animalium. *Quod vobiscum*] quoniam non converſantur cum hominibus.

v. 11. *Et erigam* (*l*)] Faciam ſtabilitatem fœderi meo, ſed qualis hæc eſt ſtabilitas? R. arcus, quemadmodum v. 14. infra indicat & uberius deducit ſeq. verſiculis.

v. 12. *Generationibus mundi*] Scriptum hoc eſt defectivè, [plenè enim ſcribitur תולדות] quoniam dantur generationes, quæ non opus habuerunt ſignô, quoniam juſti & perfecti fuerunt. Talis fuit familia Hiskiæ, Regis Judæ, ut & generatio Rabbi Simeon filii Jochai (*m*).

v. 14. *Quando obnubilavero nubem*] Quando mihi in mentem recidet, ut adducam tenebras & perditionem mundo.

v. 16. *Inter DEum & inter omnem animam viventem* (*n*)] Inter attributum juſtitiæ ſupremæ & inter vos. Scribendum fuiſſet, inter me & inter omnem animam viventem. Sed hæc eſt expoſitio ejus: quando venerit attributum juſtitiæ, ut vos accuſet, vosque reos faciat; tunc ego reſpicio ſignum hoc, illudque in memoriam meam redeat.

v. 17. *Hoc eſt ſignum fœderis*] Hîc monſtravit ipſi arcum, dixitque ad eum ecce ſignum, de quo dixi.

v. 18. *Chamus autem fuit pater Canaanis*] Cur quæſo neceſſarium fuit, ejus hoc locô mentionem facere? reſp. quoniam Parſcha hæc occupata eſt, & verſatur circa ebrietatem Noachi, in quâ maledixit Chamo, & hoc mediante maledictus quoque eſt Canaan. Et quoniam hactenus non deſcripſit generationes Chami, neque nos cognovimus, quod Canaan filius ejus, ideo neceſſe fuit ut h. l. dicatur: *Chamus autem erat pater Canaanis.*

v. 20. *Et incipiebat* (*o*)] Seipſum profanum reddidit, quoniam in principio debuiſſet occupatus eſſe circa aliam plantationem. *Vir terræ*] Dominus terræ, quemadmodum dicitur: *Vir Naëmi. Ruth. I. Et plantabat vineam*] Cum ingrederetur arcam, attulit ſecum ſurculos & ramos ficuum.

v. 21. *Tentorii ejus*] Scriptum eſt אהלה quô reſpicitur ad decem tribus, quæ appellationem ſuam habent à nomine Samaria (*p*), quæ fuit tentorium, cum in exilium conjicerentur ob vinum, quemadmodum dicitur: *bibentes in phialis vinum. Amos. VI, 6.* ויתגל eſt forma Hitphaël,

v. 10. חית הארץ אתכם· הם המתהלכים עם הבריות: מכל
יוצאי התיבה· להביא שקצים ורמשים: חית הארץ· להביא
המזיקין שאינן בכלל החיה: אשר אתכם· שאין הלוכן עם הבריות:

v. 11. והקימותי· אעשה קיום לבריתי ומהו קיומו את הקשת
כמו שמסיים והולך:

v. 12. לדרת עולם· נכתב חסר שיש דורות שלא הצרכו לאות
לפי שצדיקים גמורים היו כמו דורו חזקיהו מלך יהודה ודורו
של רבי שמעון בן יוחאי:

v. 14. בעננו ענן· כשתעלה במחשבה לפני להביא חשך ואבדון
לעולם:

v. 16. בין אלוהים ובין כל נפש חיה· בין מדת הדין של מעלה
וביניכם שהיה לו לכתוב ביני ובין כל נפש חיה אלא זהו
מדרשו כשתבא מדת הדין לקטרג עליהם לחייב אתכ׳ אני רואה
את האות ונזכר:

v. 17. זות אות הברית· הראהו הקשת ואמר לו הרי האות שאמרתי:

v. 18. וחם הוא אבי כנען· למה הוצרך לומ׳ כאן לפי שהפרשה
עסוקה ובאה בשכרותו של נח שקלקל בה חם ועל ידו
נתקלל כנען ועדין לא כתב תולדות חם ולא ידענו שכנען
בנו לפיכך הוצרך לומר כאן וחם הוא אבי כנען:

v. 20. ויחל· עשה עצמו חולין שהיה לו לעסו׳ תחלה בנטיעה
אחרת: איש האדמה: אדוני האדמה כמו איש נעמי: ויטע
כרם· כשנכנס לתבה הכניס עמו זמורות ויחורי תאנים:

v. 21. אהלו· אהלה כתיב רמז לעשר׳ שבטים שנקראו על שם
שומרון שנקרא׳ אהלה שגלו על עסקי יין שנאמר השותים
במזרקי יין: ויתגל לשון ויתפעל:

וירא

Digitized by Google

v. 22. *Et videbat Cham filius Canaan*] Sunt quidam Rabbinorum noſtrorum, qui dicunt, quod Canaan viderit, & annuntiaverit patri ſuo, propterea mentio ejus fit in hoc negotio, & maledicitur. *Et videbat turpitudinem patris ſui*) Sunt quidam, qui dicunt, quod caſtraverit ipſum; Sunt alii, qui dicunt, quod Sodomiam cum ipſo commiſerit (*q*).

v. 23. *Et accipiebat Sem & Japhet* (*r*)] Non ſcriptum eſt, *& accipiebant*, ſed, *& accipiebat*, quo docet, quod Schem firmior fuerit in præcepto præ Japheto, hinc etiam eſt, quod filii ejus pallio peniculamenti fuerint digni habiti; Japhet autem dignus fuit habitus ſepulcro pro filiis ſuis, hinc dicitur: *Dabo Gog locum ibi ad ſepulcrum, Ezech. XXXIX, v. 11.* Chamum vero quod attinet, qui patrem ſuum ſprevit, de ejus ſemine dicitur: *Sic ducet Rex Aſſur captivitatem Ægypti & exilium Æthiopiæ, pueros & ſenes, nudos & diſcalceatos & apertos natibus &c. Eſ. XX, 4. Et facies eorum erant averſæ*) Cur hoc dicitur ſecunda vice? ut doceat, quod, cum appropinquarent ad patrem, ſeſeque neceſſario convertere deberent, ut eum tegere poſſent, averterint facies ſuas retrorſum.

v. 24. *Filius ejus minor*) Impurus & ſpretus, uti in illo: *Ecce parvum dedi te inter gentes h. e. contemptum. Obad. I, 2.*

v. 25. *Maledictus Canaan* (*s*)] Tu es in culpa, quod non gignam filium quartum poſteaquam ſodomiam mecum commiſiſti; maledictus ſit filius tuus quartus, ut ſerviat ſemini illorum majorum [filiorum] ſuper quos poſitus eſt labor ſervitutis meæ ab hoc tempore (*t*). Quid autem impulit Chamum, ut caſtraret ipſum? Dixit ille fratribus ſuis, Adamo primo duo fuerunt filii, & alter alterum occidit propter hæreditatem mundi, & patri noſtro ſunt tres filii, & præter hos quærit quartum.

v. 26. *Benedictus ſit Dominus DEus Semi* [*u*]) Quoniam futurum eſt, ut commendet ſpem ſuam ſemini ſuo ut dem ipſis terram Canaan, ipſisque Canaan ſit in tributum ſervile.

v. 27. *Dilatet DEus Japhet*) יפת explicatur per dilatabit. *Et habitet in tentoriis Schemi* [*x*]) Habitabit Schechina ejus in Iſraële. Explicatio Sapientum noſtrorum eſt: Quamvis DEus dilataverit Japhetum, cum Cyrus, qui erat ex filiis Japhet, domum ſecundam ædificaret; Schechina tamen in illâ non habitavit, quemadmodum habitavit in templo primo, quod Salomo ædificavit, qui ex filiis Semi erat. *Sitque Canaan ſervus*) Etiam quando filii Semi in exilio erunt, ement ſibi ſervos ex filiis Canaan. [*y*]

An-

v. 22. וירא חם אבי כנען· יש מרבותינו אומרים כנען ראה והגיד
לאביו לכך הוזכר על הדבר ונתקלל: וירא את ערות אביו·
יש אומ׳ סרסו ויש אומרים רבעו:

v. 23. ויקח שם ויפת· אין כתו׳ ויקחו אלא ויקח לומר על שם
שנתאמץ במצוה יותר מיפת לכך זכו בניו לטלית של ציצית
ויפת זכה לקבורה לבניו שנאמ׳ אתן לגוג מקום שם קבר
וחם שבזה את אביו נאמר בזרעו כן ינהג מלך אשור את שבי
מצרים ואת גלות כוש נערים וזקנים ערום ויחף וחשופי שת
וגו׳: ופניהם אחרנית· למה נאמר פעם שניה ללמד שכשקרבו
אצלו והוצרכו להפוך עצמם לכסותו הפכו פניהם אחורנית:

v. 24. בנו הקטן· הפסול והבזוי כמו הנה קטן נתתיך בגוי׳ בזוי:

v. 25. ארור כנען· אתה גרמת לי שלא אוליד בן רביעי אחר
לשמשני ארור בנך הרביעי להיות משמש את זרעים של אלו
הגדולים שהוטל עליהם טורח עבודתי מעת׳ ומה ראה
חם שסרסו אמר להם לאחיו אדם הראשון שני בנים היו לו
והרג זה את זה בשביל ירושת העולם ואבינו יש לו שלשה
בנים ועודנו מבקש בן רביעי:

v. 26. ברוך יי׳ אלוהי שם שעתיד לשמור הבטחתו לזרעו לתת
להם את ארץ כנען ויהי להם כנען למס עובד:

v. 27. יפת אלהים ליפת· מתורגם יפת ורחיב: וישכן באהלי
שם· ישרה שכינתו בישר׳ ומדרש חכמים אע״פ שיפת אלהים
ליפת שבנה כורש שהיה מבני יפת בירת שני לא שרתה בו
שכינה והיכן שרתה במקדש ראשון שבנה שלמה שהיה מבני
שם: ויהי כנען עבד. אף משיגלו בני שם ימכרו להם
עבדים מבני כנען:

Digitized by Google

ANNOTATIONES

ad Cap. IX. Gen.

(*a*) Hæc meditatio Rabbinica quam Raſche reſpexit, invenitur in *Tract. Talm. Schabbath in Gemara Cap. XXIII. fol. 151. fac. b. in med.* Nec non *Ein Jiſrael dicto. Tract. edit. Berol. fol. 60. in med.* Ut & *Breſch. Rabba Parſch. 34. fol. 38. col. 2. ante med.* Videantur eadem excerpta in *Jalkut Sim Parſch. Noach fol. 15. col. 3. in fine & ſeq.* Occaſionem hujus meditationis Rabbinicæ ſuggeſſit vox חִתְּכֶם *Terror veſter;* quamvis enim vox חַת derivetur à Rad. חָתַת *fractus, contritus, territus, conſternatus fuit;* nihilominus ex mente Talmudiſtarum in Gemarâ l. c. etiam aliquam convenientiam habet, cum Rad. חָיָה *vixit*, ut חתכם ſit quaſi *vivacitas veſtra*, ſenſusque verborum Textus: חתכם *terror veſter ſit ſuper omnem beſtiam.* non tantum ſit; *vos terrorem incutietis feris & reliquis animalibus;* ſed etiam *veſtra vivacitas terrebit animalia.* Hinc eſt quod Raſche noſter dicat: *Infantem unius diei ſuâ vivacitate repellere mures, Regem vero Baſani mortuum opus habere ut cuſtodiatur, ne mures ejus oculos erodant.* Si vero objiciatur leones & reliquas feras beſtias homines occidere & dilacerare; Reſpondent, hominem talem, imaginem divinam, quam omnes feræ vereantur, amiſiſſe, ſuâque malâ vitâ ſe brutis aſſimilaſſe, ut mirum non ſit, ſi a ſui ſimilibus occidatur. Legamus totum in *Breſch. R. ex Gemarâ* excerptum locum, qui dictis laxiorem addet explicationem. מוראכם וחתכם יהיה) מורא וחתות חזרו ורדייה לא חזרה: אימתי חזרה בימי שלמה: שנ׳ כי הוא רודה בכל עבר הנהר מתפסח ועד עזה) תני ר״ש בן אלעזר אומר תינוק בן יומא חי מחללין עליו את השבת אבל דוד מלך ישראל מת אין מחללין עליו את השבת: כל זמן שאדם חי מחללין עליו את השבת: אבל אדם מת אין מחללין עליו את השבת: וכן ר״ש בן אלעזר אומר תינוק בן יומא חי: אין משמרין אותו מפני החולדה: מפני הנחש שלא ינקרו את עיניו: ארי רואה אותו בורח: נחש רואה אותו ובורח: אבל עוג מלך הבשן מת: משמרי׳ אותו מן החולדה ומפני העכברים שלא ינקרו את עיניו: כל זמן שאדם חי מוראו על הבריות: מת ניטל מוראו מן הבריות: הדא הוא דכתיב ומוראכם וחתכם יהיה) Hæc latinè ita ſona-

ſonabunt: Timor veſtri & terror veſtri erit) *Timor & terror redierunt poſt diluvium, ſed dominium in beſtias non rediit. Quando vero rediit? temporibus Salomonis, dicitur enim:* Dominans enim ille erat, in omnem tranſitum (citeriorem) Euphratis a Tiphſah uſque ad Gazam. *1. Reg. IV. 24.: juxta al. 1. Reg. V, 4. R. Simeon Filius Eleſer tradit, dicens: Ob infantem ſugentem unius diei juſtè prophanatur Sabbathum:* (ſi in vitæ periculô verſetur; omnis enim vitæ conſervatio pellit Sabbathum *Vid. Buxt. Synag. Jud. Cap. XVI, p. m. 365.*) *Sed ob mortuum Regem Davidem non prophanatur Sabbathum. Quamdiu homo vivit, tamdiu propter illum Sabbathum violant; Sed ob mortuum hominem, non violant Sabbathum. Sic quoque R. Simeon Filius Eleſer dixit: Infans ſugens unius diei vivens, non cuſtodiendus eſt contra muſtelam* [quid hæc ſit, exponitur in Baba Kama *fol. 80. fac. a.* animal excindens, aliis vero eſt reptile perfodiens conf. *Lex. Buxt. Talm. R.* חלד] *neque contra ſerpentem, ne erodant ipſi oculos: Sed quando taliusmodi animalculum infantem videt, aufugit. Sic quoque ſerpens videns infantem aufugit. E contrario Rex Baſani mortuus, cuſtodiendus erat contra muſtelam, & contra mures, ne oculos ei roderent. Quamdiu homo vivit, tamdiu timor ejus eſt ſuper animalia: eô vero moriente ceſſat timor ejus ſuper illa. Hoc eſt illud, quod ſcriptum eſt:* Et timor veſtri & terror veſtri ſit ſuper omnem beſtiam terræ. *cap. hoc. IX, 2.* Objectioni ſupra motæ, feras hominibus inſidiari, eosque dilacerare, reſpondet in *Tract. Talm. Schabbath in Gemara Cap. XXIII. fol. 151. fac. b.* jam ſupra allegato *Rami Bar Ama* ſequentem in modum: אין חיה שלטת באדם עד שנרמה לו כבהמה שנ׳ אדם ביקר בל ילין נמשל כבהמה נדמה: *Nulla fera beſtia dominatur in hominem, niſi homo ipſi ſimilis factus ſit, uti dicitur:* homo in dignitate ſua non permanebit, ſimilis factus beſtiæ, exciditur. *Pſ XLIX, 13.* Cum hoc convenit, quod loco ex *Breſch. R. allegato* in *Mattanoth Kehunna* ad verba רואה אותו כו׳ adjicitur: שכול זמן שאדם עשה רצון בוראו אינו מתיירא מן החיה והחיה בורחת מצלם אלוהים אשר על פני האדם כמו שביאר בספר הזוהר בפ׳ חתכם: *Quamdiu homo voluntatem Creatoris ſui adimplet, cauſam non habet, cur timeat beſtiam; hac enim fugit ab imagine Dei, quæ eſt in facie hominis, quemadmodum hoc exponitur in Libro Sohar in Cap. Chithchem.*

(*b*) Laxiorem hujus verſiculi expoſitionem invenies *Tract. Talm. Sanhedr. Cap. VII. fol. 57. fac. a. fol. 59. fac. a Breſch. R. fol. 179. col. 2. Sohar Part. III. fol. 111. fac. 2. Elias Miſrachi Parſch. Noach. fol. 18. col. 3.*

poſt. princ. Bechai fol. 20. col. 4. Inprimis Bechai verba, quibus rationem reddit, non ſolum cur in textu dicatur: *carnem vobis dedi uti olus & herbam;* ſed etiam, cur *poſt diluvium demum carnis eſus Noachitis fuerit conceſſus*, notatu digna ſunt. Non faſtidiet lector integrum ejus locum percurrere cujus verba ſuâ linguâ concepta ſequentis tenoris erunt:

ממה שהזכיר נתתי לכם את כל הייתי מתיר את כל כדעת האומות לכך הוצרך לומר כירק עשב ובשם שיש בעשבים חלק מותר שהם טובים ומועילים וחלק נמנע שהם מזיקים וממיתים כן יש בבעלי חיים חלק מותר והו׳ מה שהותר בתורה׳ וחלק הנמנע והוא מה שאסרה וזהו הנכון בפשט הכתוב כי לא בא הכתוב להתיר כל בשר ורז״ל דרשו כירק עשב שנתתי לאדם הראשון ולא התרתי לו הבשר נתתי לכם את כל התרתי לכם כל דבר ואפילו הבשר לפי שכל הבשר נתחייב כלייה במבול ובזכותך נצל ועל כן אני מתיר לכם לשחוט ולאכול והזכיר אך בשר בנפשו דמו באר שלא התיר הנפש רק הבשר שהוא הגוף בלבד ועל כן אסר אבר מן החי: *Poſteaquam in textu meminit: Dedi vobis omnia, putare potuiſſent gentes, Deum dixiſſe, ego vobis conceſſi omnia. Ideo neceſſario adjiciendum erat:* Sicut olus & herbam. *Quemadmodum enim inter herbas quædam ſunt licitæ, v.g. quæ bonæ & utiles ſunt, quædam vero earum ſunt probibitæ, quæ v.g. noxiæ & mortiferæ; Sic quoque inter animalia viventia, quædam ſunt licita, & illa in Lege ſunt conceſſa; Quædam vero ſunt prohibita, & hæc ſunt in Lege interdicta. Et ſic ſenſus litteralis eſt congruus, ſcriptura enim non permiſit eſum omnis carnis. Noſtri Rabbini exponunt verba:* Sicut olus & herbam. *Quaſi dixiſſet: Olus & herbam Adamo primo conceſſi, ſed carnem ipſi non conceſſi; Vobis vero omnia dedi, h. e. vobis omnia conceſſi. Etiam carnem conceſſi, quoniam enim omnis caro diluvio fuiſſet perdenda; illa autem pietate tua ab interitu erepta ſit, ideo ego concedam vobis occidere & comedere eam. Deinde Scriptura quoque meminit verba:* Tantum caro, in quâ eſt ſanguis ejus, &c. *Quibus indicat, quod animam, quæ eſt in ſanguine, non conceſſerit, ſed tantum carnem, quæ corpus ſolum conſtituit, hinc interdixit membrum ex viventi.* Ex mente noſtri Bechai verba illa: *Sicut olus & herba;* ideo adjecta ſunt à Deo, ut doceret, quomodo homines carne frui debeant. Uti enim dantur herbæ venenatæ, hominisque naturæ noxiæ, ſic inter

ani-

animalia pariter quædam reperiuntur, quorum eſus homini morbos & mortem afferret. Noachus autem à majoribus ſuis edoctus erat, quibus herbis veſci liceat, jam vero admonendus erat, ut ſelectum quoque inter animalia haberet, ne promiſcuo uſu ſibi ipſi noceret. Rationem, quod attinet, cur demum poſt diluvium carnis eſus à Deo fuerit conceſſus, ſpecioſam equidem, invalidam tamen eſſe autumo. Uti negare non poſſumus, animalia ad hominum uſum & commodum in diluvio eſſe ſervata, ſic affirmare non volumus, quod Noachi merito & pietati illa conſervatio tribuenda ſit; cum jam ſupra cognoverimus, quod ipſe non ex juſtitiâ, ſed ex merâ Dei miſericordia ex interitu ereptus ſit, cur ergo animalia vitam ſuam Noacho & non Deo debeant, non video. Hæc ex Judæorum hypotheſi ſcripſi, ſi meam ſententiam de carnis eſu poſt diluvium tantum licito, interponere licet, fateor, me in eâ maximè eſſe ambiguum. Cur Abel ovium paſtor fuerit, ſi ovium eſus non fuit licitus? cur tanta ferarum & boum multitudo in quam excreviſſent, ſi non fuiſſent mactati, hominum paucitati non fuerit noxia? cur animalium purorum & impurorum diſcrimen notum fuerit, non capio, niſi carnis eſus concedatur.

(*c*) Vid. *Sanhedr. loco ſupra allegato. Rabboth. fol. 261. col. 2. Sohar Part. I. fol. 103. col. 1. Adde Selden. de Jure Nat. & Gent. juxta diſcipl. Ebræor. L. VII. cap. I. p. m. 824. ſeq.* Cur Deus carnem cum ſanguine Noacho interdixerit, eruditi inter Judæos & Chriſtianos ſolicitè inquiſiverunt, & ſi rectè memini, quatuor imprimis cauſas tradiderunt. Quidam, quos hodie defendit eruditiſſimus *Clericus*, hoc eâ ex cauſa factum eſſe dicunt, ut Deus Noachitas à crudelitate & immanitate, quam crudæ carnis cum ſanguine eſus efficeret, retraheret. Vid. *Pentateuch. Joan. Clerici ad Cap. IX. Gen. v. 4. p. m. 69.* Alii, quorum antiſtes eſt *Maimonides* aſſerunt, Deum à ſanguine [uti etiam à morticino & ſuffocato] comedendo cohibuiſſe, quod ejuſmodi caro concoctu difficilis, & nutrimentum craſſum & fæculentum præberet. Judæi *Cabbaliſtæ* rationem in myſterio transmigrationis animarum quærunt, quorſum reſpiciunt verba, quæ in *Jalk. Reubeni Parſch. Noach fol. 30. col. 4. in med.* leguntur:

אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו׳ אם נאמן סוד הגלגל בבהמות האוכל אבר מן החי כאלו איכל אבר אחד מאברי חבריו׳ ואמרו קצת מקובלים כי העובר על מצוה זו להכעיס ולא עשה תשובה יתגלגל בבהמה ויטרפוה בעודה חיה ויאכלוה בעודה חיה: והרמז יודע צדיק נפש בהמתו כי יהיה לו דעה בעת שנשך: H. c. *Tantum carnem cum animâ ſanguinis ejus*

ejus, non comedatis. Si credimus myſterium transmigrationis in beſtias, ſequetur, quod ille, qui comedit membrum de beſtia, conveniat cum illô, [ſimilis ſit illi,] qui comedit membrum aliquod ex membris proximi ſui. Quidam enim Cabbaliſtæ tradunt, quod ille, qui hoc præceptum transgreditur ad irritandum, (zum Trutz) *neque pœnitentiam agit, transmigret in beſtiam, quando vero beſtia eſt, dilaceratur & comeditur. Hoc probatur dicto: Prov. XII, 10.* Cognoſcit juſtus animam beſtiæ ſuæ. *Ille enim habebit ſcientiam in tempore pœnæ ejus.* Sed hanc rationem Cabbaliſtis relinquimus, & quartam potius iſtius præcepti addimus, quam nobis ſuppeditavit *Spencerus, L. I. cap. VII. Sect. II. p. m. 222. De Legibus Hebræorum Ritualibus.* Deum legem illam tuliſſe, inquit, ut ſanguini [qui in cultu rituali primas partes habuit] honorem & reverentiam quandam conciliaret, ſatis e Legis verbis liquere poteſt. *Levit. VII. 26. & XVII. 10. 11. Qui comederit ſanguinem, excidam eum, e medio populi ſui: Quia anima carnis in ſanguine ipsô, & EGO DEDI EUM VOBIS AD EXPIANDUM PRO ANIMABUS VESTRIS.* Quaſi dixiſſet Legiſlator: Cum ſanguis ſit ipſa animalium vita atque anima, eum animarum veſtrarum *ἀντίλυτρον* poſui, [*uti Ovid. canit: Hanc animam vobis pro meliore damus.*] & in uſum ſanctiſſimum [peccatorum veſtrorum expiationem] ſeparavi. Sanguinem itaque abſtinentia religioſa honoretis, nec rem altari meo ſacram menſis veſtris inferatis &c. Huic ſententiæ nuper ſubſcripſit *Dn. Leidekkerus L. 1. cap. V. de Republ. Hebræorum p. m. 28.* Sanguis eſt hic prohibitus quam maxime, utique propter ſacrificia, quæ quoque ratio eſt prohibiti ſanguinis à Moſe. Eſt enim vita animalis, illaque pro vita hominis vicaria quaſi data erat. Præceptum à Moſe datum, hanc ſententiam approbat, quid enim aliud vellent verba: *& ego dedi vobis ſanguinem ad expiationem pro animabus veſtris,* quæ tanquam ratio antecedenti præcepto adjiciuntur, præterea nec ſanguinis eſus immanitatem & feritatem generat, altius quid & ſublimius hæc reſpexiſſe videntur.

(*d*) Rabbinicas hujus & ſeqv. verſ. expoſitiones vide ſis Baba Kama Cap. VIII. fol. 91. fac. 1. *Jevammoth Cap. VI. fol. 63. fac. 2. Sanhedr. Cap. VII. fol. 56. fac. 2. fol. 57. fac. 2. fol. 88. fac. 2. R. Bechai fol. 20. fac. 2. fol. 147. fac. 2. Jalk. Sim. Part. I. fol. 7. col. 3. 4. fol. 15. col. 4. fol. 82. col. 4. fol. 83. col. 1. fol. 86. col. 2. fol. 96. col. 2. fol. 164. col. 1. fol. 202. col. 3. fol. 246. col. 2. fol. 265. col. 1. &c.* NB. Quamvis in *Buxtorfii* Bibliis legatur אדרש השופך præferendam tamen eſſe exiſtimo lectionem *R. Schabbthe* qui in *Siphte Chachamim* legit: אדרוש מהשופך *quæram ab eo qui fundit,* quod Syntaxi Hebr. convenientius.

(*e*) Ju-

(*e*) Inveni tandem hunc locum in *Tract. Talm. Maccoth in Gemara fol. 10. fac. 2. ante medium*, quoniam Rabbi noſter quædam tantum ex eô verba adduxit, reliqua autem Lectori Talmudis perito ſupplenda reliquit, non potui non illum addere, niſi verba ejus nativâ obſcuritate involutâ intacta prætermittere voluiſſem. רשב״ל פתח לה פתחא להאי פרשת׳ מהכא ואשר לא צדה והאלהים אנה לידו וגו׳ כאשר יאמר משל הקדמוני מרשעים יצא רשע וגומר במה הכתוב מדבר בשני בני אדם שהרגו את הנפש אחד הרג בשוגג ואחד הרג במזיד לזה אין עדים ולזה אין עדים הקדוש ברוך הוא מזמנן לפונדק אחד זה שהרג במזיד יושב תחת הסולם וזה שהורג בשוגג יורד בסולם ונופל עליו והרגו זה שהרג במזיד נהרג וזה שהרג בשוגג גולה *Rabbi Simeon Filius Lakiſch incepit hoc principium hujus Parſchæ Ex. XXI, 13.* Percutiens, qui non inſidiatus eſt, ſed Deus objicit manui ejus &c. (*h. e. ſi fortunâ vel fatô aliquem occiderit, ita ut humani conſilii nihil interceſſerit) tunc res ſeſe habet uti dicitur in Proverbio antiquô (h. e. in Lege DEi, quæ ex Rabbinorum ſententia eſt mundo ipsô antiquior) vid. 1. Sam. XXIV, 13.* Ex impiis egreditur impietas &c. (*h. e. impii quærunt vindictam.*) *Hoc in proverbio Scriptura loquitur, de duobus hominibus, qui aliquem hominem occiderant, alter occiderat per errorem* (*involuntario*); *alter vero occiderat ex proæreſi* (*ſtudio.*) *Hic non habebat teſtes,* (*ſi enim teſtes adfuiſſent, fuiſſet capitis ſupplicio affectus*;) *Ille vero non habebat civitates,* (*h. e. quoniam per errorem & involuntario occiderat, debuiſſet civitates aſyli quærere, Ex. XXI, v. 13.*) *DEus ſumme Benedictus facit, ut hi duo caſu conveniant in uno diverſorio. Ille qui occidit proæreticè ſedebat ſub ſcala, alter vero qui occiderat per errorem, decidebat de ſcalâ, & cadendo occidebat iſtum; Sic ille qui occiderat proæreticè, occidebatur, & ille, qui occiderat per errorem, in exilium pellebatur ad quærendam civitatem aſyli.*

(*f*) Vide loca literâ antecedenti *d* allegata. *R. Bechai ad h. l. fol. 20. col. 4. circa fin.* oſtendit non tantum, quod Deus homicidam Magiſtratui non exhibitum vindicare velit, ſed explicat etiam phraſin באדם *in homine*, ישפך *effundetur*, ſequentibus verbis. ומיד האדם אם אין עדים בדבר אני אדרוש את דמו ואם יש עדים בדבר הרי זה מסור לבית דין והוא שופך דם האדם באדם פירוש באדם בפני אדם כלומר בפני עדים דמו ישפך על פי ב״ד וזות כונת

כונת תרגום אנקלוס: Hoc eſt: Et ex manu hominis: *Si non adſunt teſtes facti, ego vindicabo ſanguinem; Si vero teſtes facti adſunt; ecce tradatur Magiſtratui. Et hoc indicatur, quando dicitur;* effundens ſanguinem humanum באדם in homine *h. e. coram homine, hoc eſt, in conſpectu teſtium ſanguis ejus effundatur, per edictam Magiſtratus. Hic eſt ſenſus ille, quem quoque Targum Onkelos intendit.* Verba illa, quia in imagine Dei fecit hominem vide explicata ap. *R. Alſchech fol. 18. col. 4. in princ.* (in Exempl. Pragenſi eſt vitioſe fol. 19.)

(*g*) Conf. *Jevammoth Cap. VI. fol. 63. fac. 2. Sanhedr. Cap. VII. fol. 57. fac. a. fol. 59. fac. 2. Breſch. R. fol. 19. col. 2. & 4. fol. 39. col. 3. Jalk. Sim. Part. I. fol. 7. col. 4. fol. 15. col. 4. Part. II. fol. 115. col. 2. Bechai fol. 20. col. 2. fol. 142. col. 3.* Liceat hic tantum locum ex *Tract. Talm. Jevammoth* adjicere, quippe quem Raſche noſter in ſuo commentario reſpexit, cum expoſitionem myſticam adduceret, invenies illum *in Gemara l. c. circa finem:* תניא ר׳ אליאזר א׳ כל שאינן עסק
בפריה ורביה כאילו שופך דמים שנא׳ שופך דם האדם באדם
דמו ישפך וכתיב בתריה ואתם פרו ורבו רבי יעקב אומר
כאילו ממעט הדמות שנ׳ כי בצלם אלהים עשה את האדם
וכתיב בתריה ואתם פרו וגו׳ בן עזאי אומ׳ כאילו שופך
דמים וממעט הדמות אמרו לו לבן עזאי יש נאה דורש ונאה
מקיים נאה מקיי׳ ואין נאה דורש ואתה נאה דורש ואין נאה
מקיים אמר להם בן עזאי ומה אעשה שנפשי חשקה בתורה
אפשר לעולם שיתקיים על ידי אחרים: Quæ latine transpoſita ita ſonabunt: *Datur traditio R. Elieſeris, qui dicit: Quicunque nullam operam fructificationi & multiplicationi navat, (h.e. qui ſobolis procreationi non incumbit) eſt ſimilis illi, qui ſanguinem effundit &c. Quando enim in Scriptura dicitur:* Qui ſanguinem humanum effundit, ejus ſanguis effundatur; *ſtatim ſubjicitur:* Vos vero creſcite & multiplicamini. *Rabbi Iaacob dixit: Talis eſt ſimilis illi, qui imaginem DEi imminuit, quando enim dictum eſt:* Quoniam in imagine Dei hominem fecit; *ſtatim ſubſequitur:* Vos vero creſcite & multiplicamini *&c. Filius Aſai dixit; Talis eſt ſimilis illi, qui ſanguinem humanum effundit, & qui imminuit imaginem DEi. Quò dictô, reſponderunt Filio Aſai: Quidam eſt bonus Scripturæ interpres, & bonus humani generis propagator. Quidam vero, eſt tantum bonus ſobolis procreator, non vero bonus Scripturæ interpres. Tu es bonus Scripturæ interpres, non vero bonus pro-*

crea-

Digitized by Google

creator ſobolis. His reſpondit Filius Aſai, quid vero faciam, anima mea delectatur Lege DEi, & mundus poteſt aliorum opera multiplicari. Patet ex hoc, quod Judæi omnes ſuos ad propagationem generis humani compellant, credentes, quod verba, *creſcite & multiplicami* h. l. præceptiva, quæ omnibus hominibus ſobolis generationem injungant. Quoniam tamen nonnulli ob ſedulam, quam in ſcrutandâ lege divinâ navant, operam, de ineundo matrimonio parum ſunt ſoliciti, factum eſt, ut tale ſtudium potius laudent, quam culpent, maximè quod multo plures ſint, qui affectu ſuo ducti matrimonio, quam qui ſacrarum litterarum, veritatum & morum ſcrutinio ſe addicant. Præterea Judæi quoque docent, quod marito, non vero uxori à DEo injuncta ſit ſobolis procreatio, quod expreſſis verbis in *Tanchuma,* qui Liber quoque *Jelammedenu* h. e. *docebit nos,* appellatur. *fol. 6. col. 3. poſt principium* legitur: ילמדנו רבינו
מי הוא המצווה על פריה ורביה האיש או האישה׃ כך שנו
רבותינו האיש מצווה ולא האשה׃ רבי יוחנן אמר על
שניהם נאמר ויברך אותם אלוהים ויאמר להם פרו ורבו
ומלאו הארץ וכבשוה כתיב האיש כיבש את הארץ ואין
האשה כובשת והאיש מצווה על פריה ורביה יותר מן האשה
תדע שהרי דחק אברהם להשיא אשה ליצחק בנו ויאמר
אברהם אל עבדו זקן ביתו וגומ׳ וכתיב ואשביעך בי״
אלוהי השמים וגומ׳ וכתיב כי אם על ארצי .תו׳ הרי אברהם
דחק על פריה ורביה וכן יצחק אמר ליעקב קום לך פדנה
ארם וגו׳ לישא אשה ההוגנת ולא כדור המבול שהיו שטופין
בזנות ונזקקין לשאינן מינן ראה מה כתיב בהן ויראו בני
האלוהים וגו׳ ולכך אבדו מן העולם: Hæc ita interpretor: *Doceat nos Rabbi noſter, quinam ad fructificationem & multiplicationem obligatus ſit, an vir an vero uxor ejus? Sic tradunt noſtri Doctores, vir obligatus eſt, & non uxor. Rabbi Jochanan dixit: ad ambos quidem dictum eſt:* & benedicebat illis DEus dicendo: creſcite & multiplicamini & replete terram & ſubjicite eam *Gen. I, 28. nihilominus ſcriptum eſt* כבשה *quod Kethibh indicat, quod vir debeat ſubjicere ſibi terram & non uxor. Hinc quoque vir magis obligatus eſt ad fructificationem & multiplicationem (h. e. ad generis ſui propagationem) quam fœmina. Scias quoque quod Abraham ſolicitus fuerit, ut Iſaaco filio ſuo uxorem procuraret, quoniam ſcriptum eſt:* Et dicebat Abraham ad ſervum ſuum ſeniorem domus ſuæ *Gen. XXIV, 1. & paulo poſt v. 3.* Ut adjurem te in Jehova, DEo cœli &c. *& paulo poſt:* Sed ad terram meam *&c. v. 4. Ecce Abraham ſolicitus*

Digitized by Google

fuit de propagatione ſobolis. Sic quoque Iſaacus dixit ad Jacobum: Surge abi in Padan Aram &c. *Gen. XXVIII, 2. Ut duceret uxorem decentem, non uti diluviani, qui erant inundati ſcortatione (libidine diffluentes) & miſcebant ſe cum aliis ſpeciebus, hinc ſcriptum eſt de illis:* Et videbant filii DEi &c. Gen. VI, 2. *& propterea deleti ſunt ex mundo.*

(*b*) Conf. *Rabboth. fol. 38. col. 4. Jalk. Sim. Part. 1. fol. 15. col. 4. R. Bechai fol. 19. col. 1.* Quæſtio hic inſtitui poteſt, an Deus fœdus proprie dictum cum Noacho inierit, quando dixit: *Ecce ego erigo fœdus meum?* Si fœderis vocem eô ſignificatu recipimus, quo ap. Juris Naturalis Doctores occurrit, non perſpicio, quomodo fœdus proprie dictum Deum inter & homines intercedere poſſit. Omnia pacta ejus ſunt naturæ, ut paciſcentes ſuperiori cuidam ſubjectos requirant, qui promiſſorum violatores puniat, quale quid de Deô, altero paciſcentium ſubjecto, concipi non poteſt. Fœdera porro ſubjectis illa ineuntibus novam injungunt obligationem, ut ea præſtare debeant, ad quæ antea non tenebantur. Sed homines obligati ſunt Deo, quamvis nullum interceſſerit pactum. Nec eſt, ut dicas, ſi fœdus, quod Deus cum Noacho, altero totius generis humani parente, pepigit, non eſſet fœdus proprie dictum, ſequi hominem nullam in Deum poſſe collocare fiduciam; Sed velim, ut Sanctitas Dei, paternuſque erga liberos ſuos affectus conſideretur, qui firmiſſimum noſtræ fiduciæ fundamentum & fulcrum eſt. Si improprie loquamur, Deus eſt noſter Doctor & Conſiliarius, quatenus cuivis ſemina prudentiæ, morum & pietatis indidit; Idem eſt noſter Rex, quatenus hominum malitiam ſevere vindicat, legeſque per Moſen præſcripſit. Quam proximè tamen præ reliquis Dei naturam nobis venerabile Patris nomen adumbrat. Hic enim nos creavit, hic nos educavit, hic nos conſervat, hic nobis conſulit, hic bona quævis ſuadet, hic contumaces caſtigat; ut fœdera cum Noacho, Abrahamo &c. inita, melius ex Paternorum monitorum, quam fœderis propriè dicti naturâ explicentur. Hinc Jeſaias *Cap. LXIII, 16.* piorum preces ad Deum fuſas deſcribens, eorum nomine dixit: *Tu o Deus, es Pater noſter, Abraham enim non cognovit nos, & Iſraël non agnoſcit nos: Tu vero Jehova es Pater noſter, Redemtor noſter, hoc à ſeculo eſt nomen Tuum.*

(*i*) In *Buxtorfii* Bibliis hoc loco legitur לאבטחתי quæ vox contextui vix congruit, quapropter præfero lectionem ſæpius laudati *R. Schaftbe* adhuc viventis, qui in *Siphtbe Chachamim fol. 17.* loco א poſuit ה hunc in modum להבטחתי quæ punctatur לְהַבְטָחָתִי *ſpei meæ* à בִּטְחָה *ſpes*, quod Lexica docebunt.

(*k*) Conf. quæ dicta ſunt in *Annot. ad Cap. VII. Gen. lit. K. p. 189.*

(*l*) Ad

(*l*) Ad hunc verſiculum ſi placet evolve *Tract. Talm. Schevuoth Cap. IV. fol. 36. fac. 1. Rabboth fol. 126. col. 2. Sohar Part. I. fol. 69. 4. &c.*

(*m*) Vide *Sohar Part. III. fol. 41. 2. fol. 126. 1. Bechai fol. 20. col. 3. fol. 63. col. 3. fol. 97. col. 3. Breſch. R. fol. 38. col. 4.* Ex his aliisque locis patet, Judæos eſſe perſuaſos, quod iris non omnibus temporibus in cœlo apparuerit, quasdam enim adducunt familias, quæ nullam unquam conſpexerunt iridem. Exponat hæc nobis *Elias Misrachi* in ſuo ad *Raſche* noſtrum *Commentario fol. 19. col 3.* poſt principium, ubi ad verba Biblica לדרת עולם *generationibus mundi*, ſequentia explicationis gratia adjecta leges. חסר שיש דורות שלא הצרכו לאות · בכ״ר ונ״ל שכך פירושו לפי שבחסרון הו״ו תשאר המלה לדרת עולם תאר כמו הרת עולם שפי׳ למשפחה הדרה בעולם לא לכל המשפחות הדרות בעולם אמרו שלא אמר לדורות לכלול כל הדורות מפני שיש דורות שלא הצרכו לאות כדורו של חזקיהו מלך יהודה ודורו של ר׳ שמע׳ בן יוחאי שלא נראת׳ הקשת בימיהם לא שפי׳ לדרת עולם מורה על משפחה אחת בלבד שהרי כל הדורות כלן נראתה הקשת להם חוץ מהשתי דורות הללו אבל פי׳ לדרת עולם לכל משפחת ומשפחה הדרה בעולם ומדאפקיה בלשון יחיד למדנו שאין כל הדורות בכלל: *Vox* דרת *defectivè ſcripta eſt, quoniam dantur generationes, quæ non opus habuerunt ſignô (arcu iridis h. e. dantur generationes, quarum temporibus nullus arcus iridis viſus eſt) Hæc habentur in Breſch. R. (fol. 38. col. 4.) Uti mihi videtur, explicatio hæc orta eſt, quoniam ob defectum vav (Scribendum enim fuiſſet* לדורות*) vox* לדרת עולם *relinquitur, quæ vox quoad formam convenit cum voce* הֲרַת עולם *Jer. XX, 17. cujus expoſitio eſt: Familiæ habitanti in mundo; non vero omnibus familiis habitantibus in mundo. Dicunt Rabbini noſtri quod non dixerit (h. e. non ſcriptum ſit)* לדורות *quæ vox omnes generationes comprehenderet, quoniam generationes fuerunt, quæ non opus habuerunt ſigno (quarum temporibus nullum apparuit iridis ſignum;) Qualis fuit generatio Hiskiæ Regis Judæ & generatio R. Simeonis filii Jochai, quorum temporibus nullus arcus apparuit. Non ergo ſic intelligas, quod vox* לדרת *reſpiciat unam familiam tantum, omnibus enim familiis apparuit arcus, exceptis his duabus tantum. Sed ſic intelligas, quod vox* לדרת *quamvis familiam in mundo habitantem reſpiciat; quoniam vero hoc in ſingulari numero eloquitur, diſcimus, quod non omnes generationes comprehendantur.*

tur. Judæi qui quamvis occaſionem, ſuas extra textum meditationes adjiciendi, apprehendunt, rationem reddere voluerunt, cur antiqui Doctores vocem לדרת ſcripſerint defectivè abſque vav, cum ſcribenda fuiſſet לדורות cum duobus vavin: cauſam hanc ſubeſſe dicit, quod ſignificare voluerint, quaſdam fuiſſe familias, quarum ætate nullus in cœlo apparuit arcus. Sed quis non ſtatim perſpicit, has, hujuſque generis alias cogitationes infirmo niti fundamento, meraque mentis humanæ eſſe figmenta. Qualis enim eſt conſequentia, hæc vox eſt defectivè ſcripta, ergo in ejus ſignificatu aliquid deficit? Si exemplorum inductione probaretur, omnem vocem defectivè ſcriptam, ſuo in ſignificatu aliquem quoque indicare defectum, haberent Judæi quod vellent, ſed hoc fruſtra hactenus ab eis expectavimus. Ni totus fallor, hoc ne ipſi quidem Judæi volunt, forte ſuam de juſtorum dignitate doctrinam, quâ illos pluris, quam par eſt extollunt, ut ſi quidam perfecti eſſent, eorum gratia, arcus in cœlo non compareret, huic voci tantum annectere voluerunt, præterea optime conſcii, ſenſu litterali nihil tale eſſe involutum. Uti alias Chronoſticha præter ſenſum litteralem epochæ quoque numerum comprehendunt; Sic Hebræi vocibus quibusdam ſua quoque dogmata annexerunt.

(*n*) Hunc verſiculum explicarunt Rabbini in *Rabboth fol. 39. col. 1. Sohar Part. I. fol. 54. col. 2. Part. II. fol. 53. col. 1. Parte III. fol. 12. col. 2. Jalkut Sim. Part. II. fol. 7. col. 4.* Colores iridis myſtice expoſuit *R. Alſchech Comment. in Legem fol. 18. col. 4. poſt med.* הנ׳ בקשת כמה
גונים כמפו׳ בספר הזוה׳ ירוק סומך וחוור וספיר ויהיה כי
הענן רמז אל חשך הצרה המתעתדת לבא בעון הדור באודם
מ״הר הדורך קשת משפטו לירות חצי׳ של פורענו׳ אך מת
עשה הוא ית׳ שם לעומתו מדת חסד ורחמי׳ וממזג האודם
ומנין על הארץ ועל הדרי׳ עליה וחזו היות כמין ארבעה
קשתות סמוכות זו לזו לדרוש כי האוד׳ היה כקשת דרוכה
לולא הוא ית׳ הקיף קשתו בקשת לבן של מדת חסד סמוך
לו וגם ירוק ככרתי שהוא מעין מ״ר כנודע וגון אבן ספי׳
שהוא רמז אל מ״הד הרפ׳ וכוללו׳ הענין כי הנה כנגד ב׳
מדות הדין החזקה והרפה בין יהיה הרוגז מזו או מזו מצרף
הוא ית׳ הלבן של חסד נגד החזקה והירוק ככרתי של רחמים
נגד הרפה ובזה לא יתקרבו ב׳ מדו׳ הדין להיות מתקרבין
ומתקבלין דא מן דא לפעל הרוגז כי בקשת יתמזגו בחסד
וברחמים

Digitized by Google

וברחמים חזה ענין מאמר׳ בב״ר ו״ל בין אלהי׳ הוא מ״הד של מעל׳ ובין כל נפש חיה זו מ״הד של מט׳ של מעל׳ מ״הד של מטה מ״הד הרפ עכ״ו וה׳ מה שכתבנו למבין! *Ecce in arcu ſunt multi colores, quemadmodum expoſitum eſt in Libró Sohar. Viridis, rubicundus, albus & Sapphirinus [cæruleus.] Ponamus nubes indicare tenebras anguſtiarum quæ inpoſterum venire poſſent, ob peccata gentium; Sic rubicundus color indicat attributum juſtitiæ divinæ, quod arcum quaſi tendit atque decernit emittere tela vindictæ. Sed quid facit DEus ſumme Benedictus? Poſuit ad obſcuritatem ejus attributum gratiæ & miſericordiæ, & interſtinxit rubicundum colorem (alio colore) & protexit terram & incolas ejus. Et inde eſt, quod quaſi ſint quatuor arcus conjuncti alter ad alterum; quo docetur, quod rubicundus ſit quaſi arcus tenſus, niſi DEus Summe Bened. circumdediſſet arcum illum alio arcu quodam albo, qui indicat attributum miſericordiæ, qui iſti propinquus eſt. Porro viridis arcus, qui eſt quaſi praſſinus, ſignificat attributum miſericordiæ, uti notum eſt. Color vero lapidis Sapphiri (cæruleus) ſignificat attributum juſtitiæ remiſſius.* (Notandum eſt, Judæos duplex attributum juſtitiæ ſtatuere, alterum rigoroſum, alterum vero remiſſius appellant, prius h. l. rubrô colore, poſterius remiſſius nempe cæruleô colore adumbratur.) *Et hoc factum eſt eum in finem, ut ad latus utriusque attributi juſtitiæ, tum rigoroſæ, tum remiſſioris poſiti ſint. Sive nunc ira [accuſator] in hoc vel iſtô latere ſtet, DEus Bened. poſuit arcum album gratiæ ad latus juſtitiæ rigoroſæ; viridem vero arcum praſſinum miſericordiarum ad latus juſtitiæ remiſſioris, & hoc ideo, ne duo attributa juſtitiæ, [rigoroſæ & remiſſioris] ad ſe invicem appropinquent, & inter ſe invicem communicent, atque accuſatorem [iram] adjuvent. Hi enim interſtincti ſunt, arcu gratiæ & miſericordiæ. Huc reſpiciunt Rabbini in Breſch. Rabba [loco cit.] Reliquique Rabbini, quando dicunt: Quod arcus ſignum ſit inter Elohim [DEum judicem] hoc eſt, inter attributum judicii ſuperioris, [rigoroſi;] & inter omnem animam viventem, hoc eſt, inter attributum judicii inferioris, [remiſſioris.] Superius attributum judicii eſt rigoroſum; inferius attributum judicii eſt remiſſius. Et hæc ſcripſimus ſapienti.* Hæc tam clara, tamque evidentia ſunt, ut prolixiori explicatione carere poſſint, qui tamen plura velit, evolvat *Cabbaliſtas*, qui fuſe attributum vel proprietates DEi declarant.

(*o*) Horum verborum expoſitionem tradunt *Rabbini Tract. Talm. Sanhedr. Cap. VIII. fol. 70. fac. 2. Rabboth fol. 25. col. 2. fol. 39. col. 4. Sohar Part. III. fol. 6. col. 3. fol. 41. col. 2. Jalkut Part. I. fol. 17. col. 2. Part. II. fol. 91. col. 1. R. Bechai fol. 20. col. 4. fol. 191. col. 1. Autor Defek Tof in Comment.*

ment. ſuo in h. l. fol. 13. col. 3. in med. quærit, cur h. l. ſcriptum ſit ויחל cum tamen ſcribendum fuiſſet ויתחל Hujus ſcriptionis hanc rationem reddit, quod voce ויחל ſimul reſpiciatur ad vocem חולין quoniam, uti Raſche inquit, plantatione vineæ ſe חולין *profanum* reddidit.

(*p*) His verbis *Raſche* indicat cauſam, cur, loco אהלו ſcriptum ſit אהלה putatque hac voce contineri vaticinium, quod habitaculum quorundam de ſemine Noachi aliquando futurum ſit tentorium, quoniam vox illa legi quoque poteſt *obola*. Pergit ulterius, hoc vaticinium reſpicere Samaritanos, quorum habitatio appellatur *obola, tentorium*, vid. *Ezech. XXIII, v. 3. & 4. Scortatæ ſunt in Ægypto; in adoleſcentia ſuâ ſcortatæ ſunt: ibi compreſſa ſunt ubera eorum, & ibidem contrectarunt mammas virginitatis earum. Nomina autem earum ſunt obola majoris natu; & oboliba, ſororis ejus: factaque ſunt meæ uxores, & pepererunt filios & filias; Sed quod nominum illorum expoſitionem attinet: Samaria eſt obola; at Hieroſolyma, oboliba.* Quibus verbis Propheta dicit, quod Samaria tunc vaſtata ſit tentorium. An vero Moſes dum locum hunc ſcriberet, huc reſpexerit, maxime dubito, quoniam in Scripturâ Sacra frequenter loco ו alius Spiritus ה alternat, quæ loca congeſſit *Waſmuth noſter Reg. XXXI, p. m. 108.*

(*q*) Quæ hoc loco Raſche de Sodomia & caſtratione loquitur, inveniuntur *Tract. Talm. Sanhedr. Cap. VIII. fol. 70. fac. a. in. fine.* Vid. quoque *Ein Iisraël Sanh. Cap. VIII. fol. edit. Ber. 145. fac. a. poſt. princ.* Diſſenſus ibi ortus eſt inter *Samuelem & Rab;* Alter dixit, quod Cham caſtraverit Noachum; alter vero dicit, quod Sodomiam cum illo commiſerit. Ille qui caſtrationem defendit, ſuam ſententiam probat ex eô, quod Chamus Patrem corrumpere voluerit, ne quartum gigneret filium, quoniam quarto Chami filio Canaani maledictum eſt. Rabbini enim ita concludunt; Quia Noachus quarto Chami filio maledixit, ideo probabile eſt, quod Chamus quartum Parentis filium impedire voluerit, ne naſceretur. Hinc eſt, quod in *Breſch. R. fol. 40, col. 1.* Antiqui Rabbini ſermonem Chami, quô apud fratres ſuos factum ſuum defendere voluit, referant. Dixit Cham ad fratres ſuos, inquiunt, Adamo primo duo fuerunt filii, & ſurgebat alter contra alterum & occidebat eum. Et Patri noſtro jam ſunt tres filii, & tamen quartum præter illos deſiderat. Alter, qui dixit, quod Cham cum Patre Sodomiam commiſerit, ſuam ſententiam probat ex loco parallelo *Gen. XXXIV, 2.* ubi de Dina dicitur: *Vidit eam Sichemus, filius Chamoris, Chivitæ Principis terræ; accepitque eam, & cubuit cum eâ, compreſſitque eam.* Quemadmodum in hoc loco legitur וירא *& videbat*, ſic quoque de Chamo dicitur וירא *& videbat;*

debat; Quemadmodum autem ibi notat actum obſcœnum, ſic eundem ſignificatum hoc loco retinet. Eſt quidam vir Doctiſſimus, qui putat, veteres non caſtrationem phyſicam ſed potius moralem intellexiſſe, h. e. quod Chamus matrem aut novercam ſacra conjugii religione ſoli Patri Noacho addictam, irreligioſe attigerit, quo factô Noachum ab uxore a filio vitiata abſtinuiſſe, quoniam Chamus ſuô ſcelere ineptum quaſi Parentis thorum reddidiſſet. Sed ex locis allegatis nullum hujus explicationis indicium apparet, nec Hebræis mos eſt, phraſibus hoc loco obviis, tantum facinus deſcribere, qui alias de pudendis nimis audacter loquuntur. Quomodo hæc à Judæis intelligantur, cognoſces ex *Jalk. Sim. Part. I. fol. 16. col. 1. poſt. med.* שותה ממנו ונתגל ונכנס כנען וראה את ערות נח קשר חוט בבריתו וסרסו ויצא והגיד לשני אחיו ונכנס חם וראה ולא שם על לבו מצות כיבוד והגיד לשני אחיו בחוץ כמשחק באביו וגערו בו שני אחיו שנאמר ויקח שם ויפת: H. e. *Noachus bibebat de illô* (*vino*) *& revelebantur pudenda ejus. Cum ingrederetur Canaan & videret nuditatem Noachi alligabat filum fœderi ejus,* (tam verecunde hoc loco loquuntur) *& evellebat illud; deinde exibat & annunciabat illud ſuis duobus fratribus. Cham etiam ingrediebatur, ſed parum curabat præceptum quartum, quod parentum honorem præcipit, ſed potius annunciabat ſuis duobus fratribus, qui foras erant, & irridebat Patrem; ſed fratres ejus increparunt illum, quemadmodum ſcriptum eſt, & accipiebat Schem & Japhet.*

(*r*) Ad hunc locum commentantur Rabbini *Tract. Talm. Sanhedr. Cap. VIII. fol. 71. fac. 2. Berach. Cap. III. fol. 25. fac. 2. Schabbath Cap. XXIII. fol. 140. fac. 1. Jalk. Sim. Part. I. fol. 16. col. 1. fol. 141. col. 4. Part. II. fol. 140. col. 3. Bechai fol. 20. col. 4. fol. 21. col. 1. fol. 140. col. 4.*

(*ſ*) Vid. *Sanhedr. Cap. XI. fol. 91. fac. a. Rabboth. fol. 40. col. 1. fol. 68. col. 2. fol. 178. col. 3. fol. 184. col. 1. Sohar Part. I. fol. 54. col. 3. fol. 57. col. 3. Part. II. fol. 106. col. 4. Part. III. fol. 33. col. 1. fol. 54. col. 2. fol. 75. col. 4. Bechai fol. 21. col. 1. fol. 141. col. 2. fol. 144. col. 4. Jalkut fol. 16. col. 2.* Sunt quidem multi ex Judæis, qui dicunt, quod Cham & Canaan peccaverint, quod etiam ex Annot. ſub lit. (*q*) patet; nihilominus ſunt alii multi, qui Chamum tantum peccaſſe aſſerunt, hinc apud hos oritur quæſtio, cur Noachus Canaani non vero Chamo ipſi maledixerit? Reſpondetur ad hanc quæſtionem in *Jalkut. loco allegato* his verbis: חם חטא וכנען נתקלל רבי יהודה אומר לפי שכתוב ויברך אלוהים את נח ואת בניו ואין קללה הווה במקום ברכה לפיכך ויאמר כנען: *Cham peccavit & Canaan maledictus eſt. R. Juda*

dicit:

dicit: Quoniam ſcriptum eſt Gen. IX, 1. Et DEus benedicebat Noacho & filiis ejus, *Maledictio autem non ſuccedit in locum benedictionis, propterea Canaan maledictus eſt.* Fortaſſe uterque peccavit, Filius peccavit & Parens ejus facinus approbavit: Vel Pater peccavit, & filius ejus veſtigiis inſtitit. Ignotum alias non eſt Deum promiſiſſe, ſe Patrum iniquitatem viſitaturum in liberis, in tertiam & quartam generationem; Uti promiſit miſericordiam exhibere diligentibus & præcepta ejus cuſtodientibus in mille generationes *Ex. XX, 5. Deut. V, 9.10.* Mirum ergo non eſt, quod Parentis delictum in poſteris ſimiliter peccantibus puniatur. Hinc laudant Judæi illos juſtos quorum pietas non tantum ſibi ipſis ſed poſteris quoque prodeſt; Culpant vero ilios, quorum impietas non modo ſibi ipſis ſed poſteris quoque obeſt. אשריהם הצדיקי׳ לא דיין שזוכין לעצמן אלא שמזכין לבניהם ולבני בניהם עד סוף כל הדורות הרבה בנים היו לו לאהרן שראוין לישרף כנדב ואביהוא שנאמר הנותרים אלא שזכות אביהם גרמה להם אוי להם לרשעים שמחייבים לעצמם ולבניהם ולבני בניהם עד סוף כל הדורות הרב׳ בנים היו לו לכנען שראוין ליסמך כטבי עבדו של רבן גמליאל אלא שחובת אביהם גרמה להם: *Beati ſunt illi juſti, qui non contenti ſunt, quod pietate ſuâ ſibi ipſis proſint, ſed etiam contendunt filiis ſuis, & poſteris ſuis usque ad finem omnium generationum prodeſſe. Aharoni multi fuerunt filii, qui digni erant ut comburerentur Levit. X, v, 1. ſeqq. uti Nadab & Abihu, dicitur enim: ſuperſtites filii ejus v. 12. niſi Parentis pietas ipſis cauſa gratiæ fuiſſet. Væ autem illis impiis, qui non tantum ſeipſos reos reddunt, ſed etiam filios ſuos, & poſteros ſuos ad finem omnium generationum: Multi filii fuerunt Canaani, qui digni fuiſſent, ut promoverentur ad gradus honoris, uti Tabi ſervus Rabban Gamalielis niſi delictum Patrum eorum impediviſſet. Jalk. Simeon loco ſupra citato.*

(*t*) Quid Raſche velit verbis: *ut ſerviat ſemini illorum majorum ſuper quos poſitus eſt labor ſervitutis meæ h. e. qua mihi ſervire debent,* uberius diſcimus ex *Breſch. Rabba Parſch. 36.* fol. 40. col, 1.2. א״ר ברכיה הרבה צער נצטער נח בתיבה שלא היה לו בן קטן שישמשנו: אמר לכשאצא אני מעמיד לי בן קטן שישמשני: כיון שעשה לו חם איתו מעש׳: אמר אתה מנעתה אותי מלהעמיד לי בן קטן שישמשני: לפיכך יהיה אותו האיש עבד לאחיו שהן עבדים לי: ר׳ הונא בשם רב יוסף אמר אתה מנעתה אותי מלעשות דבר שהוא באפילה: לפיכך יהיה אותו

אותו האיש כעור ומפוחם: H. e. *Dixit Rabbi Berachia, multis anguſtiis preſſus eſt Noach in arcâ, quoniam non habuit filium parvum, qui ipſi ſerviiſſet. Propterea dixit, quando exivero ex arca comparabo mihi filium parvum, qui mihi ſerviat: Poſteaquam autem Chamus tale facinus in eô commiſiſſet: dicebat, tu impedivisti me, ut filium parvum generare non poſſim, qui mihi ſerviat: Propterea ſit ille vir ſervus fratrum ſuorum, hi enim mihi jam ſervire debent,* (h. e. *ſuper hos onus ſervitutis poſitum eſt.*) *Rabbi Huna nomine Rabbi Joſeph dixit: Tu impedivisti me, ut opus illud in tenebris facere non poſſim,* (h. e. *ut concumbere non poſſim, apud Judæos enim prohibitum eſt, concumbere in luce, ſive lux ſolis ſit, ſive lux candelæ, vid. Mattanoth Kehuna l. c. in Breſch. R.*) *Propterea ſit vir ille fœdus & niger.*

(*u*) In Benedictione Semi obſervant Rabbini, quod in Scriptura nulla reperiatur impletio ejus, quare ſoliciti ſunt, quomodo ea intelligenda ſit. Reſpondet *Autor Defek Toſ. fol. 13. col. 4. Comment. in Raſche,* quod hoc noſter Raſche explicuerit quando dicit, quod Semus Parens, fidem veram omnibus poſteris ſuis inſtillaturus ſit; quo ſignificare voluit, quod poſteri Semi hujus benedictionis futuri ſint participes. Verba ejus ſunt ſequentia: ברוך ה׳ אלוהי שם קש׳ לרש״י מה שייך כאן ברכה שיברך השם אלא לפי שספרש אחר כך הפסוק לעותיד ולא מצינו שנתקיים הפסוק והברכות האלו אלא לאחר כיבוש ארץ ישראל לכן פירש שגם זו הברכה לעותיד וכו׳: H. e. *Benedictus Dominus DEus Semi: Hic oritur dubium Raſche, quomodo hæc accommodata ſit benedictio, quâ Semum benedixit? Sed quoniam poſtea verſiculum de futuro expoſuit, & præterea nos non inveniamus, quod hic verſiculus, & benedictiones ejus impletæ ſint, niſi poſt occupationem terræ Iſraëliticæ,* ideo *expoſuit etiam hanc benedictionem de futurô.* Impletam eſſe hanc benedictionem in Talles טלית veſtis quadrangulæ uſu, quam *Buxtorf. Synag. Jud. Cap. IX. p. m. 160.* deſcripſit, probare videntur verba *R. Moſis Alſchech Comment. in Legem fol. 19. col. 3. poſt princip.* ſequentem in modum diſſerentis: ויאמר ברוך כו׳ הנה ברכת שם איננה בכתוב רק ברכתו ית׳ באמור ברוך ה׳ אלוהי שם כו׳ והנה ארז״ל שנתברך בטלית והנה ברכה זה איננו בכתוב זה אם לא שנא׳ שנרמז באומ׳ ויקח שם ויפת את השמלה שעכ״ נאמ׳ ל׳ יחי׳ ויקח שהו׳ אשר היחד ולקח השמלה הוא הטלית כי עכ״ יהוה מה שלא נאמ׳ ויקחו אלא ויקח: *Et dicebat: Benedictus &c. Ecce benedictio Semi non eſt in Scriptu-*

ptura, ſed tantum Benedictio DEi, dum dixit: Benedictus ſit Deus Semi *&c. Noſtri tamen Rabbini docent, quod Semo benedictione Talles data ſit. Sed hæc benedictio non reperitur in Scriptura, niſi ad illam reſpiciatur verbis, quibus dicitur:* Et accipiebat Sem & Japhet veſtem, *v. 23. Ut ideo ibi dictum ſit in Sing. numero,* & accipiebat, *quoniam Sem primus fuit qui arriperet veſtem, & veſte ibi ad Talles reſpiciatur. Sic adeſſet cauſa cur non dictum ſit,* & accipiebant *ſed potius* & accipiebat. Dubitat hic Autor, an in benedictione Semi, veſtis quadrangula illa comprehendatur, cum ejus nulla ibi facta ſit mentio. Et ſane myſticum hunc Judæorum ſenſum non quivis facile penetrabit, niſi Rabbinorum traditionibus imbutus ſit. Rabbinorum tamen autoritatem ſalvam conſtituit, dum eorum ſententiam ex voce ויקח *& accipiebat*, eruit, quaſi ideo illa in Sing. numero ſcripta ſit, ut indicio eſſet, ſoli Semo quadrangulæ veſtis benedictionem ceſſiſſe, excluſo Japheto, quoniam hic primus Patris nuditatem veſtimento tegere decreverit. Hujus enallages cauſam nos facilius & ſolidius aliis Scripturæ locis illuſtramus, ut ad figmenta recurrere non opus ſit. Magis placent quæ *R. Bechai* de majori Semi præmio refert, quod ille reportat, qui alacriori animo ad præceptorum divinorum obſervationem accedit, vide ejus *Comment in Legem fol. 21. col. 4.* poſt princ.

ומכאן אפשר להוכיח בשנים העושים מצוה אחת ביחד אף
על פי שהמצוה אחת זה נוטל שכר יותר מזה שהוא
מקדים ומתאמץ בעשייתה יותר מחברו והוא שאמר ויקח
שם ויפת ולא אמר ויקחו רמז לך כי שם נתאמץ לעשות
המציה יותר וכו' *Exinde facile colligi poteſt, quid ſtatuendum ſit de duobus qui unum idemque præceptum ſimul obſervant,* (h. e. *idem bonum opus ſimul peragunt,*) *Quamvis unum idemque obſervetur præceptum, nihilominus ille, præ altero majorem reportat mercedem, qui in opere primus eſt, & majori ardore opus illud peragit, præ ſocio ſuo. Et hoc eſt, quod dicitur:* & accipiebat Semus & Japhetus, *non vero dicitur:* & accipiebant; *Eo enim indicatur, quod Semus majori fervore præceptum illud obſervaverit.* Talis conſequentia jure naturæ nititur, ex quo cognoſcimus autorem alicujus facinoris egregii, majus conſequi præmium, quam ſocii qui auxilia ſua præſtiterunt. Plures hujus verſ. meditationes Rabbinicas lege ſi placet in *Rabboth. fol. 40. col. 2. Tanchuma fol. 57. col. 2. Jalk. Sim. Part. I. fol. 156. col. 3. R. Bechai fol. 145. col. 1.*

(*x*) Japhetum in tentoriis Semi habitaturum eſſe vaticinatur Noachus. Quamvis enim quidam ſint, qui Deum ſubjecti loco ponant, ut ſenſus ſit, *Deus habitabit in tentoriis Semi,* nihilominus tamen textui confor-

formior illa videtur explicatio, qua Japhetus ſubjectum conſtituitur, ſenſusque eſt; *Japhetus habitabit tandem in tentoriis Semi;* Hanc ſententiam ſuo non ſolum calculo approbat *Bochart. Phaleg. L. III. Cap. 1.* ſed contextus quoque eam evidentiorem reddit. Quemadmodum enim antecedens verſus ad Semum ſolum referendum eſt hoc ſenſu: *Benedictus Jehova DEus Semi: Sit vero Canaan ſervus ejus.* Sic ſequens verſ. ad ſolum quoque Japhetum ſpectabit, ſenſusque erit: *Dilatabit Deus terminos Japheti, ut tandem quoque in tentoriis Semi habitet, hoc eſt in Eccleſiam Semi recipiatur.* Hæc expoſitio eſt myſtica, ad aliam nos *Balaam* ducit, qui *Num. XXIV, 24.* prædicit, *Aſſurem & Heberem, à populis Chittim appellatis, oppreſſum iri.* Ex Hiſtoria notum eſt, quod Græci & Romani ex Japheti poſteris originem trahentes Aſiæ regiones occupaverint. Tandem Chriſtiani & Turcæ, qui etiam Japhetidæ ſunt, Judæam invaſerunt, poſterioresque tentoria Semi ad hunc uſque diem tenent. Expoſitiones Rabbinicas quære in *Tract. Joma cap. I. fol. 9. fac. 2. Tract. Megilla Cap. I. fol. 9. fac. 2. Rabboth fol. 185. col. 3. Jalk. Part. I. fol. 17. col. 3. fol. 156. col. 3. Bechai fol. 21. col. 1.* Supra *Annot. ad Cap. VIII. lit. a, p. 200.* dictum eſt, DEi nomen in vindicanda hominum malitia reticeri, quod & hoc verſu corroborari poteſt. Dum enim Noachus Semo & Japheto benedicit, DEi nomine utitur; dum vero Canaani maledicit, illud reticet. Sed hanc regulam admittere exceptionem *Medraſch Tanchuma* obſervavit, *fol. 57. col. 2. poſt princip.* אמר רבי אלעזר בן
פרת בשם רבי יוחנן אין שמו של הקב״ה נזכר על הרעה אלא
על הטובה תדע לך שהוא כן שבשעה שברא הקדוש ברוך
הוא את האור ואת החשך וקרא להם שמות הזכיר שמו
על האור ולא הזכיר שמו על החשך שנאמר ויקרא אלהים
האור יום ולחשך קרא לילה׃ וכן את מוצא כשברא
הקדוש ברוך הוא אדם וחוה הזכיר שמו עליהם שנאמ׳ ויברך
אותם אלוהים וכשקללן לא הזכיר שמו עליהם אלא ועל
האשה אמר ולאדם אמר׃ ואם תאמר על הנחש הזכיר
שמו בשעה שקללו דכתיב ויאמ׳ יי׳ אלהים אל הנחש כי
עשית זאת ארור אתה׃ כך שנו רבותינו על שלשה דברים
הזכיר הקב״ה שמו ואף על פי שהן לרעה על המסירת חוה
הנחש שהסית את האשה ואמר לה כי יודע אלוהים כי
ביום אכלכם ממנו ונפקחו עיניהם והייתם כאלוהים יודעי
טוב

טוב ורע· תהיו כמותו מה הוא בורא עולמות אף אתם
תבראו עולמות כמוהו שבכל אומן שונא אומן כמותו ולפי
שהסית אותה וסיפר לשון הרע לפיכך הזכיר שמו עליו· ועל
העובר דברי חכמים שנאמ׳ כה אמר יי׳ אלהי ישראל ארור
האיש אשר לא ישמע את דברי הברית הזאת ועל העושה
בטחונו בשר ודם שנאמ׳ כה אמר יי׳ ארור הגבר אשר יבטח
באדם וגומ׳ אימתי הוה ארור בשעה שמן יי׳ יסור לבו וישלך
בטחונו על בשר ודם וכן את מוצא בנח כשברך את בניו
ויאמ׳ ברוך יי׳ אלוהים שם· אבל כשקלל את כנען לא
הזכיר שמו של הקדוש ברוך הוא עליו אלא ויאמר ארור
כנען וכן את מוצא באלישע הנביא כשבא מלך ארם להלחם
בישראל נתיעץ בעבדיו ועשה לישראל בורות בדרך כלומר
שאם יביאו ישראל להלחם יפלו לתוך הבורות שנאמ׳ ומלך
ארם היה נלחם בישראל וישלך איש האלוהים אל מלך
ישראל השמר אין הקב״ה עושה דבר כי אם גלה סודו אל
עבדיו הנביאים שנאמ׳ כי לא יעשה יי׳ אלהים דבר וגו׳ כיון
שעברו ישראל פעם ראשונה ושנייה ולא נפלו לתוכן הרגיש
מלך ארם ואמר לעבדיו הלא הגידו לנו מי משלנו אל מלך
ישראל אמרו לו עבדיו אלישע הנביא אשר בישראל יגיד
למלך ישראל את הדברים אשר תדבר בחדר משכבך· ויומר
לכו וראו איפה הוא ואשלח ואקחהו ויגד לו לאמר הנה
ברתן· וישלח סוסים ורכב וחיל מיד עמד נער אלישע בלילה
וראה שהקיפו את העיר סוסים ורכב וחיל מיד ויצעק
ויאמר אהה ארוני מה נעשה· ויאמר אל תירא כי רבים
אשר אתנו מאשר אתם מיד נתפלל אלישע והזכיר שמו של
הקדוש ברוך הוא שנ׳ יי׳ פקח נא את עיניו ויראה ויפקח
יי׳ את עיניו הנער מיד עמד אלישע וקלל את האומים ואמר
הך נא את הגוי הזה בסנורים ולא הזכיר את השם
יתבר׳ שמו וכשחזר ונתפלל עליהם שנפקחו עיניהם אמר
יי׳ פקח נא את עיני אלה ויראו הוי אומר שמו של
הקדוש ברוך הוא נזכר על הטובה ולא על הרעה׃

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſequentem in modum interpretor. *Dixit Rabbi Eleſer Filius Porath nomine Rabbi Jochanan: Non ſit mentio Nominis Dei Bened. in re malâ, ſed tantum in re bonâ. Scias rem ſic ſe habuiſſe eô tempore, quo Deus Summe Bened. lucem & tenebras creavit; cum enim luci nomen imponeret, ſui nominis mentionem faciebat; cum vero tenebris nomen daret, nominis divini nulla ſit mentio. Dicitur enim:* Et vocabat DEUS lucem, diem; tenebras vero appellabat noctem, *Gen. I, v. 5. Sic rem eandem quoque invenies, cum DEus Summe Bened. Adamum & Evam crearet, tunc enim ſui Nominis mentionem faciebat. Dicitur enim:* Et benedicebat illis DEUS *Gen. I, v. 28. Cum vero iisdem malediceret, nulla ejus nominis facta eſt mentio. Sed tantum dicitur:* Ad uxorem dicebat: Ad Adamum dicebat *Gen. III. v. 16. 17. Si vero objicias, quod mentio Divini Nominis facta ſit ſuper ſerpentem, eô tempore, quo ipſi maledixit, ſcriptum enim eſt:* Et dicebat DOMINUS DEUS ad ſerpentem quoniam feciſti hoc, ideò maledictus ſis *Gen. III, v. 14. R. noſtri Rabbini docent, Deum ſumme Bened. tribus occaſionibus ſui Nominis feciſſe mentionem, quamvis illa quoque mala ſint. 1.) Super Seductorem, h. e. ſuper Serpentem, qui Evam ſeduxit, ad eam dicendo: Sed Deus potius ſcit, quod eô die, quo vos comedetis de illâ arbore, veſtri oculi aperientur, ut ſitis ſicuti Dei ſcientes bonum & malum Gen. III, v. 5. Eritis ſicut* ILLE, *quid hoc ſibi vult?* ILLE *creat mundos; ſic vos quoque creabitis mundos ſicut ille. Omnis enim artifex odit artificem ſibi ſimilem. Quoniam itaque Seductor ille ſeduxerat uxorem, ad eamque ſermonem malum habuerat, ideo Nominis ſui ſuper eundem mentionem fecit. 2.) Super eos, qui verba Sapientum transgrediuntur, dicitur enim:* Sic dicit DOMINUS DEUS Iſraël: Maledictus eſt ille, qui non audit verba fœderis hujus *Jer. XI, v. 3. 3.) Super illum, qui ſpem ſuam in carnem & ſanguinem collocat. Dicitur enim:* Sic dicit DOMINUS DEUS: Maledictus ſit ille, qui ſpem ſuam in hominem collocat &c. *Jer. XVII, 5. Quo tempore talis maledictus eſt? Eo tempore, quo cor ſuum â Deô avertit, ſuamque ſpem in carnem & ſanguinem collocat. Idem obſervare poteris in Noacho, cum filiis ſuis benediceret, dicendo:* Benedictus ſit DOMINUS DEUS Semi, *Gen. IX, 26. Cum vero Canaani malediceret, Nomen Dei benedicti omittit, dicendo: Ibid. v. 25.* Maledictus eſto Canaan. *Idem obſervabis in Eliſa Propheta, cum Rex Syriæ contra Iſraëlitas bellum gereret, & conſultaret cum miniſtris ſuis, & Iſraëlitis foveas faceret in viâ, dicendo: Quando Iſraëlitæ venient ad pugnandum nobiscum, incident in foveas; Ibi dicitur: Cum Rex Syriæ bellum gereret contra Iſraëlitas, mittebat Vir Dei (Propheta) ad Regem Iſraël, ut caveret ſibi, II. Reg. VI, 8. ſeqq. Nihil enim arcani Sanctus benedictus facit, quod*

quod non ſervis ſuis Prophetis revelaret, dicitur enim: Nequicquam Deus facit arcani &c. Amoſ. III, 7. Cum itaque Iſraëlitæ præterirent, nec primâ, nec ſecunda vice in foveas inciderent, tumultuatus eſt Rex Syriæ, & ad miniſtros ſuos dixit, annon indicatis nobis, qui ex noſtratibus ſit apud Regem Iſraël? Sed reſponderunt ipſi miniſtri ejus; Eliſa Propheta, qui in Iſraële eſt, Regi Iſraëli indicare poteſt omnia, quæ in conclavi cubilis tui loqueris. Quo audito Rex dixit: Abite & videte, ubi ille ſit, ut mittam eumque capiam; annuntiabat quis ipſi, dicens: Ecce ille eſt Dothane. Mittebat itaque Rex equos & currus & exercitum magnum: (Hôc factô mane ſurgebat famulus Eliſæ, & cum tantum exercitum conſpiceret,) ſtatim clamabat dicendo: Ah, Domine mi, quid nos faciamus. Reſpondebat autem Eliſa, ne timeas, plures enim nobiſcum ſunt, quam cum illis. Mox orabat Eliſa, & proferebat nomen Dei Summè Benedicti, ibi enim ſcriptum eſt: DOMINE aperi quæſo oculos ejus, ut videat; *Et Deus aperiebat*

COMMENT. RASCHE
in
CAP. X. Gen.

v. 2. T*Iras*) h. e. Perſa *(a)*.

v. 8. *Eſſe potens*) Ut ad rebellionem impelleret totum mundum contra DEum ſumme Benedictum, mediante conſilio gentium diviſarum *(b)*.

v. 9. *Potens venatione* (*c*)] Seduxit blanditiis mentes hominum ore ſuô, illisque perſuaſit ut rebellarent contra Deum. *Coram Domino)* propoſuit ſibi pugnare contra facies ejus [h. e. Deum] Idcirco dicitur, de omni homine, impiè agente, qui tamen antea cognovit DEum ſuum, ſibi nihilominus proponit rebellare contra eum, de eô, inquam, dicitur: Hic eſt ſicut Nimrod potens venator.

v. 11. *Ex terra* (*d*)] Poſteaquam vidit Aſſur, quod filii ſui obedirent Nimrodo, & rebellarent contra eum ædificando turrim, exivit ex iis.

v. 12. *Civitas magna* (*e*)] Hæc eſt Ninive, quoniam dicitur: *Ninive erat urbs magna coram Deô. Jon. III, 3.*

v. 13. *Lehabim* (*f*)] Quoniam facies eorum ſimiles erant flammæ.

Pa-

riebat oculos famuli. Paulo poſt ſtabat Eliſa & maledicebat populis dicendo: Percute quæſo populum hunc cæcitatibus. *ubi DEi Summe Bened. nomen omittebat; cum vero ceſſaret maledicere, & ſuper illos precaretur, ut oculi eorum aperirentur, dicebat;* DOMINE aperi quæſo oculos illorum, ut videant, *II. Reg. VI, 8. ſeqq. Sic proferebat nomen Dei Summe Benedicti in re bonâ, non vero in re malâ.*

(*y*) Plura de hoc facto legi poſſunt *Tract. Talm. Sanhedr. Cap. XI. fol. 91. fac. a. Rabboth fol. 40. col. 1. fol. 68. col. 2. fol. 178. col. 3. fol. 184. col. 1. Sohar Part. I. fol. 54. col. 3. & 4. fol. 57. col. 3. fol. 161. col. 4. Part. II. fol. 106. col. 4. Part. III. fol. 33. col. 1. fol. 54. col. 4. fol. 75. col. 4. Jalk. Sim. Part. I. fol. 16. col. 2. fol. 31. col. 3. fol. 43. col. 2. fol. 62. col. 3. fol. 156. col. 3. fol. 159. col. 2. fol. 309. col. 4. Part. II. fol. 9. col. 2. fol. 35. col. 4. fol. 146. col. 2. Siphthe Cohen al hatthora fol. 24. col. 3. fol. 44. col. 3. fol. 59. col. 3. fol. 112. col. 2. R. Bechai fol. 21. col. 1. fol. 95. col. 4. fol. 141. col. 2. fol. 144. col. 4. &c.* His aliisque pluribus locis Rabbinicis laxiorem hujus verſiculi expoſitionem ſi evolvere datur occaſio, B. L. inveniet.

פירוש לשי

פרק י׳

Cap. X.

v. 2. תירס· זו פרס׃

v. 8. להיות גבור· להמריד כל העולם על הקב״ה בעצת דור הפלגה׃

v. 9. גביר ציד· צד דעתן של בריות בפיו ומטען למרוד במקום׃ לפני ה״· מתכוין להקניטו על פניו; על כן יאמר· על כל אדם מרשיע בעזות פניםם יודע רבונו ומתכוין למרוד בו יאמר זה כנמרוד גבור ציד׃

v. 11. מן הארץ· כיון שראה אשור את בניו שומעין לנמרוד ומורדין במקום לבנות המגדל יצא מתוכם׃

v. 12. העיר הגדולה· היא נינוה שנ׳ ונינוה הית׳ עיר גדולה לאלהים׃

v. 13. להבים· שפניהם דומ׳ ללהב׃

v. 14. *Patruſchim & Casluchim ex quibus egrediuntur Philiſtim* (*g*)] Ex his duobus prognati ſunt; Patruſchim enim & Casluchim alternabant concubitum cum uxoribus ſuis, ex quibus prognati ſunt Philiſtæi.

v. 18. *Et poſtea diſperſa ſunt* (*h*)] Ex illis diſperſæ ſunt familiæ multæ.

v. 19. *Terminus*)] i. e. finis terræ ejus; omnis enim terminus eſt explicandus per finem & terminum. *Venire te*) Eſt nomen rei (*i*) & mihi videtur ac ſi quidam loqueretur ad ſocium ſuum: terminus hic ſe extendit eo uſque, donec venias ad terminum N.

v. 20. *Juxta linguas eorum in terris eorum*) Quamvis diviſi ſint in varias linguas & terras, nihilominus tamen omnes fuerunt filii Cham.

v. 21. *Pater omnium filiorum Eber* (*k*)] trans fluvium. Pater Sem fuit. *Frater Japhet major* (*l*)] Ego neſcio, utrum Japhet ſit major, an vero Sem, ſiquidem dicitur: *Sem erat vir centum annorum &c. duobus annis poſt diluvium*; Gen. XI, 10. Hîc autem dicitur: *quod Japhet fuerit major.* Noah autem fuit Vir quingentorum annorum, cum inciperet generare, & diluvium veniebat anno ſexcenteſimô, hinc apparet, quod major natu filius fuerit iſte, qui centum annos natus fuit. Sem tamen non attigit centeſimum annum, niſi duobus annis poſt diluvium. *Frater Japhet*) Non vero frater Chami, quia hi duo honorarunt patrem ſuum, hic autem ſprevit ipſum.

v. 25. *Diviſa eſt* (*m*)] Confuſæ fuerunt linguæ & diſperſi ſunt ex planitie, & diviſi ſunt per totum mundum. Docet nos quoque quod Eber fuerit propheta, quoniam filio ſuo nomen impoſuit de re futurâ; Legimus in Seder Olam (*n*) quod in fine dierum ſuorum diviſæ ſint linguæ. Si vero dicas, quod in principio dierum ejus factum ſit, ecce repugnat tibi, quod Joktan frater ejus illô minor ſit, & tamen multas familias ante confuſionem genuerit, ut hinc dicatur: *& Joktan generabat &c.* & poſtea demum adjungitur. *Et erat omnis terra una lingua.* Si vero dicas, quod in medio dierum ejus facta ſit confuſio, reſp. quod Scripturæ mos non ſit, res abſcondere ſed explicare. Ex quo cognoſces, quod anno mortis Pelegi diviſæ ſint linguæ. *Joktan*) quia fuit manſuetus & humilians ſeipſum, quapropter dignus fuit habitus, qui omnes illas familias conſtitueret.

v. 26. *Chaſarmaveth*) Vocatur ſic de nomine loci ſui, ſunt verba Agadæ (*o*).

An-

Digitized by Google

v. 14. פתרוסים וכשלוחים אשר יצאו משם פלשתים· משנ
משניהם יצאו שהיו פתרוסים וכשלוחים מחליפין משכב
כשותיהם אלו לאלו ויצאו מהם פלשתים׃

v. 18. ואחר נפוצו· מאלה נפוצו משפחו׳ הרבה׃

v. 19. גבול· סוף ארצו כל גבול לשון סוף וקצה׃ בואכה שם דבר
ולי נראה כאדם האומר לחברו גבול זה מגיע עד אשר תבא
לגבול פלוני׃

v. 20. ללשונותם בארצותם· אע״פי שנחלקו ללשונות וארצות
כלם בני חם הם׃

v. 21. אבי כל בני עבר· הנהר היה שם׃ אחי יפת הגדול· איני
יודע אם יפת הגדול אם שם כשהוא אומר שם בן מאת שנה
וגו׳ שנתים אחר המבול הוי אומר יפת הגדול שהרי בן חמש
מאות שנה היה נח כשהתחיל להוליד והמבול היה בשנת
שש מאות שנה נמצא שהגדול בבניו היה בן ק׳ שנה ושם לא
הגיע למאה עד שנתים אחר המבול׃ אחי יפת· ולא אחי חם
שאלו שניהם כברו את אביהם חח בזהו׃

v. 25. נפלגה· נתבלבלו הלשונות ונפוצו מן הבקעה ונתפלגו בכל
העולם למדנו שהיה עבר נביא שקרא שם בנו על שם העתיד
ושנינו בסדר עולם שבסוף ימיו נתפלגו שאם תאמר בתחלת
ימיו הרי יקטן אחיו צעיר ממנו והוליד כמה משפחות קודם
לכן שנאמר ויקטן ילד וגו׳ ואחר כך ויהי כל הארץ שפה אחת
ואם תאמר באמצע ימיו לא בא הכתוב לסתום אלא לפר׳
הא למדת שבשנת מות פלג נתפלגו׃ יקטן· שהיה ענו ומקטין
עצמו לכך זכה להעמיד כל המשפחות הללו׃

v. 26. חֲצַרְמָוֶת· עַל שֵׁם מקומו דברי אגדה׃

Digitized by Google

ANNOTATIONES

ad Cap. X. Gen.

(*a*) Nolo hic prolixe origines gentium deſcribere,loca tantum,quæ huic ſcopo inſervire poſſunt, breviter indicabo. *Talmud. Tract. Joma Cap. I. fol. 10. fac. a. ſtatim in principio. Talmud. Hieroſolym. Tract. Megilla Cap. I. fol. 71. col. 3. Breſch. Rab. Parſch. 37. fol. 40. col. 2. Jalk. Sim. Part. I. fol. 16. col. 3. in princ.* Ex Chriſtianis conf. *Bochart. Phaleg. L. III. cap. 8. &c. Joan. Clerici Pentateuch. ad Cap. IX. Gen. p. m. 75. ſeq. Leidekk. de Republ. Hebr. L. I. Cap. VII. p. m. 35. ſeqq. &c.*

(*b*) *R. Aben Esra in Comment ſuo in h. l.* litteralem horum verborum ſenſum propius attigit, qui putat,quod Nimrod homines venandi artem docuerit. Verba ejus ſunt ſequentia: נמרוד׳ אל תבקש טעם לכל השמות אם לא נכת׳ והו׳ החל להראו׳ גבורות בני אדם על החיות כי היה גבו׳ ציד: *Ne inquiras in ſenſum omnium nominum (propriorum) niſi reperiatur ſcriptus. Hoc vero loco dicere poteris, quod ille inceperit docere homines, quod viribus ſuperarent beſtias, ſcriptum enim eſt:* Erat fortis venator. Dubium non eſt, Nimrodum magnam operam navaſſe, ut animalia multitudine ſuâ humanum genus ſuperantia, removeret, ne hominibus noxii & moleſti eſſent. Pari modo HeroësGræcorum v. g. *Hercules*, victoriis, de feris reportatis, maximam ſibi conciliarunt laudem. Hanc ſententiam confirmamus eô, quod de noſtro Nimrodo dicatur, eum multas condidiſſe urbes, quod facere non potuiſſet, niſi loca illa à belluis occupata, ſecura, hominumque ſocietati apta reddidiſſet. Si rationem inquiramus, cur Nimrod tanta virtute feras mactaverit, adeamus Rabbinos, qui nobis jucundam & antiquitatis nomine munitam exhibebunt. Refert illam *Jalk. Reubeni Parſch. Noach fol. 31. col. 3. circa finem* ſequentibus verbis: הוא היה גבור ציד לפני יי׳ ע״כ יאמר וגו׳ ר׳ יהודא אמר הכתונ׳ שעשה הקב״ה לאדם ולאשתו היה עמהם בתיבה וכשיצא מן התיבה לקחו חם בן נח והוציא עמו והנחיל׳ לנמרוד ובשעה שהיה לובש כל בהמה וחיה ועוף נופלים לפניו. הסבורים שהיו מכח גבורותיו ולפיכך המליכו עליהם וכו׳ גם עשו הרג לנמרוד בשביל׳ הכתונ׳ וזהו בגדי חמודות: H. e. *Hic fuit fortis venator coram Domino, ideo dicitur v. 9* (Sicut Nimrod fortis venator coram Domino.) *R. Ju-*

Digitized by Google

R. Juda dixit, veſtes, quas DEus ſumme Bened. Adamo & Evæ fecit, fuerunt cum illis (Noacho & filiis ejus) *in arca; Cum vero egrederentur ex arca, ſumebat illas Chamus filius Noachi, & educebat illas. Ex hæreditate deinde acceperat illas Nimrod. Cum Nimrod illas indueret, accidebat ut omnia animalia, fera & aves coram illô in facies deciderent,* (ſeſe coram illô humiliarent) *Homines perſuaſi erunt, quod hoc fieret ob peculiarem virtutem (fortitudinem ejus,) quapropter eum ſuper ſe Regem conſtituerunt. Deinde Eſavus occidebat Nimrodum propter easdem veſtes. Hæ ſunt veſtes illæ, quæ Gen. XXVII, 15.* בגדי החמדות *veſtes deſiderabiles* appellantur. Videatur quoque *Jalk. Sim. fol. 16. col. 3.* ubi eadem *ex Pirke R. Elieſer* adducuntur. Nemo Rabbinorum Nimrodum aliquâ laude dignum judicavit, quod non ſolum indicant, quando nomen ejus à Rebellione derivant, ſed idem quoque ex Pronomine הוא Nimrodi nomini præpoſito ſignificant. Hinc in *Breſch. R. Parſch. 37. fol. 40. col. 3.* ſequentia leguntur. הוא היה גבור ציד לפני ה׳) חמשה הוא לטובה וחמשה הוא לרעה: הוא היה גבור ציד לפני ה׳ הוא עשו אבי אדום הוא דתן ואבירם הוא המלך אחז הוא אחשורוש: וה׳ הם לטובה: אברם הוא אברהם הוא משה ואהרן הוא אהרן ומשה הוא חזקי׳ המלך הוא עזרה עלה מבבל: ר׳ ברכיה בשם ר׳ חנין אף אית לן חד טבה מן כולהון הוא ה׳ אלוהינו שמדת רחמיו לעולם: *Ille fuit fortis venator coram Domino) Sunt quinque* הוא ILLE *bona; Sunt quoque quinque* הוא ILLE *mala: Ille fuit fortis venator coram Domino; Ille eſt Eſau Pater Edomi; Ille eſt Dathan & Abiram; Ille eſt Rex Achas; Ille eſt Ahasverus. Sunt quoque quinq;* הוא ILLE *bona: Abram Ille eſt Abraham; Ille eſt Moſes & Aaron; Ille eſt Aaron & Moſes; Ille eſt Hiskias Rex; Ille eſt Esra, qui aſcendit ex Babel. R. Berachia nomine R. Chanian dixit: Nobis eſt unicum tantum bonum ex his omnibus; Ille eſt DEus noſter, quod eſt attributum miſericordiæ ejus in æternum.* Eadem quoque invenies in *Jalk. Sim. loco jam allegato.* His quinque bonis annumerandus quoque fuiſſet David, de eô enim ſcribitur: דוד הוא הקטן h. e. *David ille parvus:* Sed reſpondetur in *Mattanoth Kehunna*, hoc ideo factum eſſe, quoniam non ſcribitur הוא דוד *Ille eſt David;* ſed tantum דוד הוא הקטן *David ille parvus.*

(*c*) Reliquas hujus verſus explicationes Rabbinicas reperies in *Chameſch Megilloth Rabboth. fol. 118. col. 2. Sohar Part. I. fol. 82. col. 2 Jalk. Sim. Part. I. fol. 190. col. 3. Part. II. fol. 123. col. 1. fol. 169. col. 2. R. Bechai fol. 14. col. 3.*

 (*d*) De-

Digitized by Google

(*d*) Deſumſit *hæc Raſche ex Breſch. R. Parſch. 37. fol. 40. col. 3. Ubi dicitur: Quod Aſſur egreſſus ſit ex conſilio eorum: Poſteaquam enim vidit, quod rebellare vellent contra Deum Benedictum, reliquit terram illam.* Eodem modo *R. Bechai hæc verba f. 22. col. 1. expoſuit* dicens: מן הארץ ההיא יצא אשור מבני שם היה שנאמ׳ בני שם עילם ואשור ולפי שדור הפלגה היה רובן מבני שם לכך הזכיר באשור שיצא מן הארץ ולא היה בעצת דור הפלגה וכמו שדרשו רז״ל: *Ex terra illa egreſſus eſt Aſſur. Ex filiis Semi fuit Aſſur, dicitur enim:* Filii Semi ſunt Elám & Aſſur *infra v. 22. Quoniam vero generatio diviſionis,* (h. e. gentes turrim Babylonicam ædificantes in variasque linguas diviſæ) *quoad plurimam partem ex filiis Semi erat, ideo dicitur de Aſſure, quod egreſſus ſit ex terrâ, & non manſerit in conſilio iſtarum gentium, quemadmodum hoc quoque expoſuerunt Rabbini noſtri.* Horum aliorumque ſenſus eſt, vocem *Aſſur* eſſe nomen proprium viri, ex progenie *Semi* oriundam, qui quatuor urbes in Aſſyria ædificari curavit. Et hæc ſententia reliquis Rabbinis ferè eſt communis, ſi enim Aben *Esram* in *Comment. in h. l.* audiamus, eandem reperiemus expoſitionem. וטעם מן הארץ ההיא יצא אשור הוא בן יפת וזה היה אח׳ הפלגה והמלך אשר מלך על הבבל בתחלה היה נמרוד ובעל סדר עולם פיר׳ כי בימיו נפלגה הארץ שהוא היה מלך על השבעים: Hoc eſt: *Senſus verborum,* ex terra illa egreſſus eſt אשור Aſſur; *Intelligitur hic filius quidam Japheti, (rectius forte Semi v. 22. huj. cap.) quodque hoc factum ſit, poſt diſperſionem gentium. Rex enim qui regnavit in principio ſuper Babelem erat Nimrod. Autor Libri Seder Olam dicit, quod diebus hujus terra diviſa ſit in varias linguas, quia hic regnavit ſuper ſeptuaginta gentes.* Cognovit equidem *Aben Esra,* quod vox *Aſſur* non ſit nomen proprium regionis, ſed potius viri cujusdam, hinc adjicit, *hic eſt filius Japhet,* puto tamen erraſſe Aben Esram, ſcribendum enim fuiſſet, intelligi *filium Semi,* quod ex *cap. huj. v. 22.* patet. Si recte conjeci movit noſtrum Aben Esram traditio, quæ invenitur in *Capit. R. Elieſer cap. II. & Jalk. Simeon. Part. II. fol. 33. col. 1. poſt med.* qua docent antiqui, Nimrodum ſecundum fuiſſe, qui ab unâ mundi extremitate uſque ad alteram dominatus eſt, adeoque nullum tunc temporis Regem alium, aliis regionibus imperantem agnoverit. Totus hic locus latine translatus reperitur in *Dn. Joan. Meyeri Chron. Hebr. Annot. ad Cap. XVII. p. 832. ſeq.* Communem hanc Rabbinorum ſententiam contextui ſacro contrariam eſſe autumo, ob multas rationes, quas breviter adducam. Partim ſine ulla ratione facta

Digitized by Google

cta poſterorum Semi immiſcerentur geſtis Nimrodi, quod in quovis Hiſtorico reprehenditur. Partim anticiparentur geſta, perſonarum natalibus, *v. 21.* leguntur natales; *v. 11.* ſic legerentur facta. Partim non apparet ratio, cur de Aſſure imprimis enarretur egreſſus ex terra Sinear, cum totum genus humanum ex illâ per totum terrarum orbem diſperſum ſit. Tandem *Mich. V, 5. Aſſyria, terra Nimrodi* dicitur, ex quo evidenter eluceſcit, Nimrodum illam occupaſſe, ſuumque regimen in illâ exercuiſſe. Vid. *Bochart. Phal. L. IV. cap. 12.* Recte itaque noſter *B. Sebaſt. Schmidius* hunc verſum tranſtulit: *Eque terrâ illâ egreſſus eſt in Aſſyriam.*

(*e*) Conſentiunt *Rab. in Breſch. R. fol. 40. col. 3. vid. quoque Jalk. Sim. Part. II. fol. 81. col. 1.*

(*f*) *Conf. Rabboth. l. c. col. 4. in princ. adde Midraſch Tanch. 17. col. 1.*

(*g*) *In Breſch. R. l. c. col. 4. haec ita narrantur:* אמ״ר ר׳ אבא בר כהנא פתרושים וכסלוחים: היו מעמידין הוטליסין: היו אלו מגנבים נשותיהן של אלו: ואלו מגנבין נשותיהן של אלו: מה יצא מהן פלשתים גבורים כפתורים גנסין: *Rabbi Aba Filius Kebunna dixit Patruſim & Casluchim vixerunt ſolitarii* (h. e. *ab uxoribus ſeparati*) *Sed hi furabantur uxores illorum: & illi furabantur uxores horum: Quales ergo naſcebantur ex his? Philiſtai robuſti, & Caphtorai nobiles.* Huic explicationi occaſionem dedit textus Biblicus *v. 14.* quô dicitur, quod ex *Patruſim & Casluchim egreſſi ſint Philiſtai & Caphtorai.* Hanc vero ſententiam nullâ egere refutatione, perſuaſus ſum.

(*h*) Confer quæ hic addit *Elias Miſrachi fol. 20. col. 2. poſt princ.*

(*i*) Niſi aliquando horum verborum verſionem hallucinantem vidiſſem, nihil addidiſſem, ſed cum quidam hæc verba שם דבר expoſuerit per *Deus loquitur*, monſtrare volui, talem ſenſum a mente noſtri Raſche maxime alienum, contextui contrarium, ejusque interpretem nequidem Grammaticorum terminorum cognitione eſſe imbutum. *Autor Defek Tof fol. 14. col. 1. in princ. ſtatim* noſtri Rabbini verba hunc in ſenſum explicat: בואכה שם דבר רצה לומר שהכ״ף והה״א נוספים ואינם פירוש׳ לנוכח כלו׳ עד ואח׳ כך פי׳ ולי נראה ר״ל שאין הכ״ף והה״א יתיר אלא ר״ל עד וכן לקמן פ׳ לך לך פי׳ בואך צוער עד צוער: *Vox* Boachah *eſt nomen rei. Hoc eſt, Caph & He ſunt Paragogica & non ſignificant Pronom. ſecundæ perſonæ, ſed potius ſignificant USQUE uti poſtea exponit. Verba quod attinet,* mihi videtur: *Dicere non*

vo-

voluit, litteras Caph & Mem ſuperfluas eſſe, ſed tantum eas ſignificare USQUE. Et ſic inferius Parſch. Lech Lecha Gen. XIII, 10. exponit, ubi Boacha Zoar *ſignificat* uſque ad Zoar. Senſus hujus Rabbini eò tendit, ut probet *Boachah* non eſſe Infinit. ſed potius nomen, cui ſyllaba chah *Paragogicè* adjecta ſit, ſignificetque *usque* biß zu der Ankunfft zu Gerar. Ita quoque *R. Elias Misrachi in Comment. fol. 20. col 2. poſt. princ.* Raſche mentem propoſuit. בואכה שם דבר׳ לא מקור עם כנוי הנוכח כי חסר הפועל והכ״ף והה״א נוספים הם ואינם לנוכח היודע המקום ההיא כאשר חשבו הרבה מהמדקדקים: Boachah *eſt nomen rei, non vero infinitivus cum Pronom. ſecundæ perſonæ, agens enim deeſt. Caph & He Paragogica ſunt, & non ſignificant ſecundam perſonam, quæ illum locum cognovit, uti multi Grammatici opinantur.* Hactenus de ſenſu noſtri *Raſche*, ſi licet meam adjicere ſententiam, eam Rabbino huic contrariam profiteor, veſtigia *R. D. Kimchi in Libro Radicum* (Sepher Schoreſchim) Voce בוא legens, ubi ſequentem in modum ſcripſit: באכה גררה׳ באך אשורה׳ והדומים להם אין הכ״ף נוספת כאשר חשבו רבים אך היא לנוכח היודע המקום וכן כלם שהם על הדרך הזה ואלו היתה נוספת לא היה אומר כן בכל המקרא בואך בכף נוספת: H. e. Boachah Gerara: Boacha Aſchura, & *hisce ſimilia. Caph non eſt Paragogicum uti multi opinantur; Sed profectò eſt Pronomen ſecundæ perſonæ illum locum ſcientis. Sic ſe habent reliqua hujusmodi omnia. Si vero Caph tantum Paragogicum eſſet, non diceretur in reliquis Scripturæ locis* בואך Boacha (*absque He*) *cum Caph ſuffixo.* Senſus eſt *Caph* h. l. eſſe *Pronominale* & neutiquam *Paragogicum*, quoniam in aliis locis ubi *he* finale abeſt, Pronomen aperte conſpicitur. Et quoniam non habemus *Caph* Paragogicum in aliis vocibus, neſcio cur in hâc tantum *Paragoge* fingenda ſit.

(*k*) Diverſæ inter Judæos æquè ac Chriſtianos in horum verborum expoſitione inveniuntur ſententiæ, quorum quidam vocem עבר per *transfluvialem*, qui transfluvium habitat, quidam vero per *nomen Proprium*, cujus infra paulo *v. 19.* mentio injicitur, explicant. *Raſche* ſuam ſententiam hic breviter & admodum obſcurè expoſuit, ut ejus Interpretes Hebræos adire me ſumma neceſſitas cogat, ſi ejus mentem clarè ob oculos ponere velim. *R. Schabbthe in Siphthe Chachamim in Comment. in h. l.* evidenter hoc propoſuiſſe videtur, ſequentem in modum ſcribens: דלפי פשוטו של קרא משמע דעבר שם אדם הוא ואם כן למה אמר אבי כל בני עבר וכי לא היה שם אלא אבי

אבי בני עבר לבד והלא גם שא׳ בנים היה לו לשם
לפ״ דעבר לאו שם אדם הוא אלא עבר הנהר ודלא כתי׳
הרא״ם שפי׳ לאו בני עבר בן בנו דמאי רבותיה דעבר הוא
כל א׳ וא׳ אבי כל משפחה ומשפחה היוצאות ממנו הם
כן עבר ר״ל עבר הנהר: H. e. *Secundum ſenſum litteralem ex Scripturâ hauſtum vox* Eber *erit nomen Propr. viri (cujus v. 24. 25. fit mentio) Si vero ſeſe res ita habet, cur h. l. dicitur:* Pater omnium filiorum Eber? *An Semus tantum fuit Pater filiorum Eber? Nonne jam ſtatim ſubſequitur,* Filii quoque fuerunt Semo? *Senſus litteralis vocis* Eber *non eſt Nomen Propr. viri, ſed ſignificat transfluvialem, quamvis non ita ſcriptum ſit. R. Elias Misrachi hunc in modum explicat: Filii Eber non ſunt filii nepotis Eber, unde enim tanta Ebero eſſet excellentia & præ reliquis prærogativa? Quivis enim filiorum Semi fuit Pater familiæ ſuæ ex Chamo oriundæ. Hinc* Eber, *idem ſignificat ac* Eber nahar, *transfluvium.* Quoniam *R. Schabbthe* non omnia Eliæ Misrachi verba adduxit, liceat illa quoque, quæ fol. 20. col. 2. leguntur prioribus addere: ומכיון שאבי כל בני עבר הוא שם יתחייב שיהיה פי׳ כל בני עבר עבר הנהר: H. e. *Poſteaquam vero Pater omnium filiorum transfluvialium Sem eſt, neceſſario ſequitur, quod ſenſus verborum* omnium filiorum Eber, *ſit: omnium filiorum trans fluvium habitantium.* Ejusdem ſententiæ eſt *Autor Deſek Tof in Comment. in b. l. fol. 14. col. 1. poſt princ.* Quamvis multi Rabbini hanc antiſtitis ſui ſententiam relinquant, rationes tamen haud contemnendas *Noſter Rabbi* habuit. Moſes qui Semi numeroſam prolem in amplas & fertiles regiones diſperſam enarrare volebat, brevius & elegantius hoc non potuiſſet proponere, niſi dicendo: Transeuphratenſes quoque populos toto oriente celeberrimos ex Semo ſuam trahere originem. Si *Esdræ IV, 10. 11.* Syri & Palæſtini a Babyloniis אנשי מעבר הנהר *Viri trans fluvium habitantes* appellantur, non video cur בני עבר *filii tranſitus ſuper fluvium* (intellige fluvium Euphratem in toto Oriente notiſſimum,) non poſſint περαῖται vocari.

Diſputat hic *Raſche*, quomodo Japhet major Semo appellari poſſit, quæſtionemque tandem dirimit dicendo: Semum duobus demum poſt diluvium annis centeſimum compleviſſe annum, cum tamen de Noacho dicatur, quod gignere quingenteſimo anno inceperit. Ex quo ſequitur, Semum habuiſſe fratrem duobus annis ſeniorem, qui Japhet eſſe potuit. Hoc quoque Chriſtiani dicunt interpretes; Judæi tamen aliqui non tantum putant, Japhetum ætate ſuperaſſe Semum, ſed etiam jus primogenituræ Chamo tribuere audent, fundamento nixi ex Tract. Talm. Sanhedr.

de-

deſumto, ubi traditur, moris apud Patriarchas fuiſſe, ut generationis tempore ſingulis annis ſingulos filios generarent, niſi Scriptura aliud quid revelaſſet. Hoc verbis *Eliæ Miſrachi*, quæ *R. Schafthe in Siphthe Chacamim* ad h. l. repetit, fuſius declarare volo, conf. *fol. 20. col. 2.* ubi ad verba שהרי בן ת״ק שנה היה נח· ſequentem in modum commentari pergit: כשהתחיל להוליד דליכא למימר כשכלה להוליד ואם כן יהיו שני בני נח הגדולים בעת בא המבו׳ יותר מבני מאה שנה ואי אפשר זה שהרי לא כבש הקדוש ברוך הוא את מעיינו של נח מלהוליד עד בן חמש מאות שנה אלה כדי שלא יהא שום אחד ממנו ראוי לעונשין בעת המבול כדלעיל ועוד דאם כן יהיה הקטן שבבניו בן מאה שנה כשבא המבו׳ ואי אפשר זה שהרי שם לא היה בן מאה שנה רק שנתיים אחר המבול· ואם תאמר אכתי איך ידע מזה שיפת הוא הגדול משום דילמא מבן חמש מאות התחיל נח להוליד ולא נולד יפת עד אחר ג׳ שנים משהתחיל להוליד ושם נולד אחר שתי שנים משהתחיל נח להוליד שהיה אז נח בן תק״ב שנה שנמצא בזה ששם היה בן מאה שנה שנתיים אחר המבול ויפת היה בן מאה שנה בשלש שנים אחר המבול· יש לומר שמאחר שסתם הכתוב זמן לידתם למדנו שלא נולדו אלא שנה אחר שנה על הסדר הראשון בשנת ת״ק שנה השני בשנת תק״א השלישי בשנת תק״ב ואחר שהודיענו שנולד שם בשנת תקב כדמשמע משם בן ק׳ שנה שנתיים אחר המבול למדנו ששם היה האחרון ויפת הגדול ממנו ובסנהדרין בפ׳ בן סודר ומורה אמרו שלשה בני נח דכתיב בהו ויולד את שם את חם ואת יפת ושלשה בני תרח דכתי׳ בהו ויולד את אברם את נחור ואת הרן כל אחד מהם גדול מאחיו שנה אחת: Ecce Noach erat vir quingentorum annorum &c. *Gen. V, 32. Cum ſcil. gignere inciperet, non vero cum gignere deſineret.* Si enim *ſic eſſet* (*quod nempe 500. annorum fuerit, cum generare deſineret,*) *ſequeretur, quod duo filii Noachi majores tempore advenientis diluvii, ætate ad plures quam centeſimum annum pervenerint. Sed hoc non eſt poſſibile. Ecce enim Deus ſumme Benedictus, non aperuit fontem Noachi ad generandum antequam eſſet vir quingentorum annorum. Quod*

ideo

ideo fecit, ne quiſpiam ex filiis ejus puniendus eſſet tempore diluvii (conſumendus eſſet diluvio) uti ſupra dictum ad Cap. V. Gen. v. 32. Præterea ſi ſic eſſet (ſi ante quingenteſimum annum generare incepiſſet) ſequeretur, quod minor ejus filius, fuiſſet vir centum annorum, cum adventaret diluvium; Sed hoc eſt impoſſibile, Sem enim (qui erat ultimus filius, uti paulo poſt patebit) erat vir centum annorum duobus demum annis poſt diluvium *Gen. XI, v. 10. Si vero dicas, quomodo ex his cognovit Raſche quod Japhet ſit major natu quam Semus? Fortaſſe ex hôc quod dicit, Noachum quingenteſimo anno generare incepiſſe? ſed ſi ponam, quod Japhet non ſit genitus niſi tertio annô poſteaquam Noach generare inceperat, adeo ut Noachus tunc fuiſſet vir quingentorum & duorum annorum; ex quô ſequetur, quod Sem fuiſſet vir centum annorum ſecundo anno poſt diluvium; Japhet autem fuiſſet vir centum annorum tertio anno poſt diluvium. Ad hoc reſpondendum eſt, quod, poſteaquam Scriptura non revelavit tempus, quo genuit eos, dicere debeamus, filios illos non genitos eſſe, niſi annuo ordine (h. e. quovis anno filium aliquem eſſe genitum.) Primus filius genitus eſt anno quingenteſimo; Secundus anno quingenteſimo primo; Tertius anno quingenteſimo ſecundô. Poſteaquam autem cognovimus, quod Semus natus ſit anno quingenteſimô ſecundo quemadmodum expreſsè legimus de Semo,* Semus erat vir centum annorum duobus annis poſt diluvium *Gen. XI, 10. diſcimus quod Semus fuerit ultimus, Japhet vero illô major. Quoniam in Sanhedr. Capit.* בן סורר ומורה *h. e. Cap. VIII. fol. 69. fac. 2. poſt med. Rabbini noſtri dicunt: Tres filii Noachi, de quibus ſcribitur:* & generabat Semum, Chamum & Japhetum *Gen. V, 32. Nec non tres filii Therach, de quibus ſcribitur Gen. XI, v. 26.* Et generabat Abrahamum, Nachum & Haranum, quivis horum *fratrem ſuum unô annô ſuperabat.* Quoniam *Gen. V, v. 32.* de Noacho ſcribitur: *Et Noach erat vir quingentorum annorum,* ויולד quæ vox tam poteſt ſignificare, *& generaverat*, quam, *& generabat*, ideo Noſter *Elias* Orientalis genuinum ejus ſignificatum inquirit, & luculenter probat, quod h. l. ſignificet, *& generabat.* Non diffiteor me Futurum cum vav converſivo hactenus fere ſemper per Imperfectum Romanum expoſuiſſe, nullamque difficultatem inveniſſe. Ejusdem mecum ſententiæ eſt *R. Abraham de Balmis,* qui in Grammat. *Mikne Abraham* inſcripta *p. m. edit. Venet. 477.* hoc prolixius aſſerit, nec non *Dn. Florentius de Bruin Libello de emendandis Temporum Hebraæ Linguæ Anomaliis Enallagisve Anno 1703. ercuſo p. m. 88.* Si horum aliorumque labores egregii *B. Glaſſii Philologia Sacra* inſererentur, nullus dubito interpretes uberrimos ex iis fructus eſſe recepturos. Sed revertendum eſt unde dilapſus ſum, poſteaquam *Elias Misrachi* docuerat;

 ויולד

ויולד ſignificare principium generandi, probare ulterius annititur, Semum tertium fuiſſe Noachi filium. Hoc ut faciat ex Talmude ſupponit Traditionem apud Judæos receptam: Eos filios annuo ordine eſſe natos, quorum nativitatis tempus non revelatum eſt in Scripturâ, vid. locum ex Sanhedr. allegatum. Paucis: Semum non eſſe primo-

COMMENT. RASCHE
in
CAP. XI. Gen.

v. 1. *Labium unum*) Intelligitur lingua ſancta (*a*). *Et verba una*) Convenerunt in uno conſilio, dixeruntque, nonne hoc omne ab eô (ſc. DEo) eſt, quod elegerit ſibi ſuperiora? aſcendamus ad firmamentum, & faciamus cum ipſo prælium. Alii exponunt: Verba eorum fuerunt directa contra unicum hujus mundi (DEum) (*b*). Alia expoſitio verborum; *& verba una*; dixerunt unum: poſt mille ſexcentos & novem annos firmamentum movebit Deus, quemadmodum fecit diebus diluvii, agite ergo & faciamus ipſi (firmamento) fulcrum. Breſch. Rab. (*c*).

v. 2. *Cum proficiſcerentur ab Oriente)* Quoniam ibi habitabant, quemadmodum ſupra ſcriptum eſt: *Et erat habitatio eorum* &c. Mons orientis. *Gen. IX, 30.* Et profecti ſunt inde, ut invenirent locum, qui eos omnes caperet, ſed nullum invenerunt præter Sinear. (*d*).

v. 3. *Quisque ad ſocium ſuum* (*e*)] Hoc eſt: dicebat populus ad populum. Mizraim dicebat ad Cuſch & Cuſch ad Pot, & Pot ad Canaan. *Age*) Præparate vos. Vox enim, Age, ſemper innuit præparationem, ut ſeipſos præpararent & convenirent ad opus, aut ad conſilium, aut ad laborem. *Age* enim idem eſt ac præparate vos, *appareiller*, (parare ſe) in linguâ exoticâ. *Lateres*) quoniam non erant lateres Babele, erat enim planities. *Et aduramus ad combuſtionem*) Sic faciebant lateres, quos vocamus *tuiles* (*tegulæ*), adurebant illos in fornace. *Pro cæmento)* ad incruſtationem parietis.

v. 4. *Ne forte diſpergamur* (*f*)] Ne nobis inferat aliquam plagam ad diſpergendum nos inde.

Et

Digitized by Google

mogenitum ex textu patet; Eundem eſſe ultimum filium non item.

(*m*) *Conf. Rabboth. fol. 8. col. 2. fol. 40. col. 4. Jalk. Simeon. Part. I. fol. 16. col. 3. & 4. Part. II. fol. 159. col. 4.*

(*n*) Vid. *Seder Olam Rabba a Joan. Meyero edit. p. m. 2. in princ. ſtatim.*

(*o*) *Vide hanc in Jalkut Sim. Part. II. fol. 159. col. 4.*

פירוש רשי

פרק יא׳

Cap. XI. v. 1. שפה אחת· לשון הקדש: ודברים אחרים׳ באו בעצ׳ אחת
ואמרו לא כל הימנו שיבור לו את העליונים נעלה לרקיע
ונעשה עמו מלחמה· דבר אחר על יחידו של עולם· דבר אחר
ודברים אחרים אמרו אחת לאלף ותר״ט שנים הרקיע מתמוטט
כשם שעשה בימי המבול בואו ונעשה לו סמיכות בראשית
רבה:

v. 2. בנסעם מקדם· שהיו יושבים שם כדכתיב למעלה ויהי
מושבם וגו׳ הר הקדם ונסעו משם לתור להם מקום להחזיק
את כלם ולא מצאו אלא שנער:

v. 3. איש אל רעהו· אומה לאומה מצרים לכוש וכוש לפוט ופוט
לכנען: הבה· הזמינו עצמכם כל הבה לשון הזמנה היא שמכינים
עצמן ומתחברים למלאכה או לעצה או למשא הבה הזמינו
אפרלייר בלעז: לבנים שאין אבנים בבבל שהיא בקעה:
ונשרפה לשרפה· כך עושין הלבנים שקורין טו״לש שורפים
אותן בכבשן: לחמר· לטוח הקיר:

v. 5. פן נפוץ: שלא יביא עלינו שום מכה להפיצנו מכאן:

Digitized by Google

v. 5. *Et deſcendebat Dominus ad videndum*) Hoc non opus fuiſſet, ſed docere voluit judices, ne prius condemnent accuſatum, antequam eum viderint & cognoverint. Hæc eſt expoſitio R. Tanchuma. *Filii Adami)* Sed quinam ſunt filii hi? Fortaſſe ſunt filii porcorum aut camelorum? Non, ſed ſunt filii Adami primi, qui invertit bonum, dum dicebat: *uxor quam dediſti mihi &c. Gen. III, 12.* Sic etiam hi inverterant bonum & rebellarunt contra eum, qui illis exhibuerat bonum, liberando illos à diluvio *(g)*.

v. 6. *Ecce populus unus*) Omne hoc bonum eſt inter ipſos, quod ſc. ſit populus unus & labium unum omnibus, nihilominus inceperunt hoc perficere. *Incipere eorum*) V. g. dicta factaque eorum, ut incipiant & perficiant. *Non prohibebitur*) cum admiratione, (quaſi dicat: nonne prohibeatur?) Vox *prohibeatur* habet ſignificationem interdictionis ſecundum Targum. Locus parallelus eſt: *abbreviatur ſpiritus principum. Pſ. LXXVI, 3.*

v. 7. *Age deſcendamus (h)*] In domo judicii ejus decretum eſt a manſuetudine ejus abundante. Age, menſura pro menſurâ (retribuatur.) Illi dixerunt, agite, ædificabimus; Ille vero eandem menſuram ipſis exhibet dicendo: agite, deſcendamus. *Et confundamus*) Et perturbemus. Nun in voce נבלה eſt *Nun* ſervile in plurali, & ה affixum eſt paragogicum uti in voce נרדה *Non audiant*) Hic deſiderabat lateres, alter vero apportabat lutum, tunc ille ſurgebat contra hunc & contundebat huic cerebrum.

v. 8. *Et diſpergebat Dominus eos ab illo loco (i)*] In hunc mundum. Illud quod dixerant, ne forte diſpergamur, confirmatum eſt ſuper ipſos. Et hoc eſt, quod Salomo dixit: *Quod formidat impius, illud accidit ipſi. Prov. X, 24.*

v. 9. *Et ex eô loco diſperſit illos*) Docet, quod illis nulla ſit pars in ſeculo futuro, & quod tanta durities non fuerit in generatione diluvii, quanta fuit in generatione diviſionis; (h. e. gentes turrim Babylonicam ædificantes, & ob hanc cauſam diſperſæ.) Illi non extenderunt manum contra fundamentum (Deum;) Sed hi extenderunt manum contra fundamentum, ad pugnandum cum illo. Illi vero ſubmerſi ſunt; hi autem non deleti ſunt ex terrâ. Sed cum in generatione diluvii prædones eſſent liteſque agerentur inter illos; hi e contrario amorem & ſocietatem amicam inter ſe ſervarunt: Dicitur enim: *labium unum & verba una.* Unde diſcis, quod exoſa ſit diſcordia & magna ſit pax. *(k)*.

v. 10. *Sem filius centum annorum*) Cum generaret Arphachſadum duobus annis poſt diluvium.

Co-

v. 5. וירד יי׳ לראות· לא הוצרך לכך אלא ללמד לדיינ׳ שלא
ירשיעו הנדון עד שיראו ויבינו מדרש רבי תנחומא: בני
האדם· אלא בני מי שמא בני חזירים וגמלי׳ אלא
בני אדם הראשון שכפה את הטובה ואמר האשה אשר
נתת עמדי אף אלו כפו בטובה למרוד במי שהשפיעם
טובה ומלטם מן המבול:

v. 6. הן עם אחד· כל טובה זו יש עמהן שעם אחד הם
ושפה אחת לכלן ודבר זה החלו לעשות: החלם· כמו אמרם
עשותם להתחיל הם לעשות: לא יבצר· בתמיה יבצר
לשון מניעה כתרגום ודומה לו יבצור רוח נגידי׳:

v. 7. הבה נרדה· בבית דינו נמלך מענותנותו יתיר׳: הבה
מדה כנגד מדה הם אמרו הבה נבנה והוא כנגדם מדד
ואמר הבה נרדה: ונבלה· ונבלבל נו״ן משמש בלשון רבים
והא אחרונה יתירה כה״א של נרדה: לא ישמעו· זה שואל
לבנה וזה מביא טיט והוה עומד עליו ופוצע את
מוחו:

v. 8. ויפץ יי׳ אותם משם· בעולם הזה מה שאמרו פן
נפוץ נתקיים עליהם הוא שאמר שלמה מגורת רשע
היא תבואנו:

v. 9. ומשם הפיצם· למד שאין להם חלק לעולם הבא וכי
אי זו קשה של דור המבול או של דור הפלגה
אלו לא פשטו יד בעיקר ואלו פשטו יד בעיקר להלחם
בו ואלו נשטפו ואלו לא נאבדו מן העולם אלא שדור
המבול היו גזלנים והיתה מריבה בניהם ואלו היו
נוהגים אהבה ורעות ביניהם שנאמר שפה אחת ודברים
אחדים למדת ששנאוי המחלוקת וגדול השלום:

v. 10. שם בן מאת שנה· כשהוליד את ארפכשד שנתים
אחר המבול:

על

v. 28. *Coram facie Terach patris ſui*) Vivo adhuc patre. Et in Midraſch Agada (*l*) dicunt, quod manibus patris ſui mortuus ſit. Cum enim Therach pater ejus conquereretur de Abrahamo filio ſuo apud Nimrodum, quod confregerit imagines ſuas, projeceritque illas in fornacem ignis, tunc Haran ſedebat & in corde ſuo dicebat, ſi prævalebit Abraham, ego à partibus ejus ſtabo (*m*), ſi vero Nimrod prævalebit, ego à partibus hujus ſtabo. Cum deinde Abraham eriperetur, dixerunt ad Haranem, à cujus partibus ſtas tu? Reſpondit ipſis Haran, à partibus Abrahami ego ſto, tunc projecerunt illum in fornacem ignitam, & combuſtus eſt, & hic fornax intelligitur per Ur chasdim. Menachem autem explicat per vallem, quemadmodum in illô locô: *Ideo in vallibus glorificate Dominum, Eſ. XXIV, 15.* Sic quoque: *Super cavernam baſiliſci, Eſ. XI, 8.* Omnis enim foſſa & vallis profunda dicitur אור.

v. 29. *Jiſka*) Hæc eſt Sara, ideo quod reſpexit Spiritum S. & quod omnes reſpexerunt pulchritudinem ejus. Eſt quoque nomen principatus ab eadem Radice, ut inde Sara ſit nomen dominationis, Domina (*n*).

v. 32. *Et mortuus eſt Terach in Charan* (*o*)] Poſteaquam egreſſus erat Abraham ex Charan & venerat in terram Canaan, poſt plures quam ſexaginta annos hoc demum factum eſt. Scriptum eſt enim: Et Abraham erat vir quinque & ſeptuaginta annorum, cum exiret ex Haran. Et Terach erat 70. annorum cum naſceretur Abram. Ecce centum & quadraginta quinque annos habebat Terachus, cum Abraham egrederetur ex Charan, multi ergo anni fuerunt reſidui. Sed cur anticipat Scriptura mortem Terachi in exitu Abrahami? Reſp. ne negotium hoc omnibus innoteſceret, dicere enim poſſent, Abrahamum non ſtabiliviſſe gloriam patris ſui, ipſi procurando quietem, & ambulando cum illô. Propterea quoque appellat eum Scriptura mortuum, quoniam impii etiam in vitâ ſuâ dicuntur mortui, cum e contrario pii dicantur vivi in morte ſuâ, quemadmodum dicitur: *Et Benijahu filius Jehejada, filius viri vivi. II. Sam. XXIII, 2, In Charan*) Nun eſt inverſum: quaſi tibi diceret: Uſque ad Abrahamum ira maxima Dei (ſc. duravit).

Finis Parſchæ Noach.

v. 28. על פני תרח אביו· בחיי אביו· ומדרש אגדה אומרי׳ שעל ידי אביו מת שקבל תרח על אברם בנו לפני נמרוד על שכתת את צלמיו והשליכו לכבשן האש והרן יושב ואומר בלבו אם אברם נוצח אני משלו ואם נמרוד נוצח אני משלו וכשניצל אברהם אמרו לו להרן משל מי אתה אמר להם הרן משל אברהם אני השליכוהו לכבשן האש ונשרף חזו אור כשדים ומנחם פי׳ אור בקעה וכן באורים כבדו י׳ וכן מאורת צפעוני כל חור ובקעה עמוק קרוי אור:

v. 29. יסכה· זו שרה על שם שסוכה ברוח הקדש ושהכל סוכין ביופיה ולשון נסיכות כמה שרה לשון שררה:

v. 31. ויצאו אתם· ויצאו תרח ואברם עם לוט ושרי:

v. 32. וימת תרח בחרן· לאחר שיצא אברם מחרן ובא לארץ כנען יותר מס׳ שנה שהרי כתוב ואברם בן חמש ושבעים שנה בצאתו מחרן ותרח בן ע׳ היה כשנולד אברהם הרי קמ״ה לתרח כשיצא אברהם מחרן עדין נשארו משנותיו הרבה ולמה הקדים הכתוב מיתתו של תרח ליציאתו של אברם שלא יהא הדבר מפורסם לכל ויאמרו לא קיים אברם את כבוד אביו שהניחו זקן והלך לו לפיכך קראו הכתוב מת שהרשעי׳ אף בחייהם קרוים מתי׳ והצדיקים אף במיתתן קרוים חיים שנאמר ובניהו בן יהוידע בן איש חי: בחרן הנ״ן הפוכה לומר לך עד אברם חרון אף של מקום:

חסלת נח

ANNOTATIONES

ad Cap. XI. Gen.

(*a*) *Vid. Rabboth. fol. 41. col. 1. 2. 3. 4. fol. 231. col. 4. Jalk. Sim. Part. I. fol. 16. col. 3. 4. fol. 271. col. 4. fol. 307. col. 2. Part. II. fol. 5. col. 3. fol. 77. col. 2. fol. 95. col. 2. fol. 109. col. 1. fol. 140. col. 2. fol. 144. col. 2. Pirke R. Elieſer 24. Talmud Hieroſ. Tract. Megilla Cap. I. fol. 71. fac. 2. Reſch. Chocma fol. 264. 1.*

(*b*) *eadem vide in Jalk. & Breſch. R.* locis allegatis.

(*c*) Locum quem Raſche noſter allegatione reſpexit extat in *Rabboth fol. 41. col. 1. poſt. medium*, ubi ſequentia leges verba: אמרו אחר לאלף ותרנ״ו שנה הרקיע מתמוטט! אלא בואו ונעשה סמוכות אחד מה צפון ואחד מהדרום ואחד מהמערב: הדין שכאן סומכו מהמזרח: H. e. *Dixerunt* (*gentes diviſionis h. e. gentes turrim Babylonicam ædificantes & linguarum diviſione punitæ,*) *mille abhinc & ſexcentis & quinquaginta ſex annis firmamentum cæli ſeſe movebit. Sed agite faciamus ipſi fulcra; unum in Septentrione, unum in meridie, unum in Occidente, & hoc quod jam ædificamus, ſit fulcrum ipſi in Oriente &c.* Cæteras à Raſche adductas ſententias in ſequentibus ſi placet legas. Præterea noſter Raſche per verba una, optime, ut mihi videtur, intellexit animi concordiam, dum dicit, *quod uno conſilio & propoſito uniti fuerint*, quod meâ quidem ſententiâ, verba: *labium unum*, quoque reſpiciunt. His vocibus animorum conſenſum ſignificari confirmant phraſes illis ſimiles, ſic *Joſ. IX. 2.* Cananæorum in debellandis Iſraëlitis conſenſus פה אחד *unum os*, appellatur. Conſentientes Prophetæ falſi *uno ore bonum promittunt 1. Reg. XXII. 13.* hic *Jeſ. XIX. 18. die illo erunt quinque urbes in Ægypto loquentes labium Canaan & jurantes per Jehovam DEum exercituum*, h. e. cum Hebræis idem ſentientes. Idem confirmat *Raſche infra v. 9.* dum ex verbis: *labium unum & verba una*, colligit, quod inter has gentes amor & amica ſocietas fuerit; putatque inde factum eſſe, quod in *Breſch. R.* harum gentium concordia laudetur: *conf. fol. 41. col. 3. poſt princ.*

(*d*) Ad hunc verſiculum confer *Tract. Talmud. Megilla cap. I. fol. 10. fac. 2. Schabbath Cap. XV. fol. 113. fac. 2. Talmud Hieroſol. Berach. Cap. IV. fol. 7. fac. 2. Rabboth fol. 176. col. 2. Chameſch Megilloth Schel Rabboth. fol. 54. col. 3. fol. 115. col. 3. Jalk. Simeon. Part. I. fol. 271. col. 4. Bechai fol. 21. col. 4.* Ad verba וישבו שם *& habitabant ibi*, annotant antiqui Rabini, quod talismodi *ſedere* Scriptura plerumque in malam partem interpretetur. Hunc locum quod attinet, proponuntur eô gentes de ex-

extructione turris Babylonicæ conſultantes, adeoque pravis cogitationibus occupatæ. Otioſi ſedentes raro bonum cogitantes, hinc ortum eſt proverbium: otium pulvinar Satanæ. Videamus hebræa Judæorum verba *in Br. R. fol. 41. col. 3. poſt med.* וישבו שם א״ר יצחק כל מקום שאתה מוצא ישיבה השטן קופץ: א״ר חלבו בכל מקום שאתה מוצא נחת רוח השטן מקטרג: א״ר לוי בכל מקום שאתה מוצא אכילה ושתיה השטן מקטרג: Hoc eſt: *Et ſedebant ibi: Dixit R. Jizchak, quotiescunque inveneris ſeſſionem (homines ſedere & otio indulgere) toties Satanas ſaltat. Dixit R. Chilbo, quotiescunque inveneris quietem Spiritus (Spiritum hominis quieti indulgentem) toties Satanas accuſat. Dixit R. Levi: Quotiescunque inveneris homines comedere & bibere, toties Satanas accuſat.*

(e) Conf. quæ annotant *Breſch. R. fol. 41. col. 3. Jalk. Sim. Part. I. fol. 271. col. 4. Part. II. fol. 147. col. 2. fol. 149. col. 3. Siphthe Cohen al Hathora fol. 5. 4. Scheni Luach Habberith fol. 276. 1. R. Bechai fol. 32. 1.*

(f) Diſputant interpretes, quomodo verba נעשה לנו שם *faciamus nobis nomen*, intelligenda ſint. Quidem locis parallelis *II. Sam. VIII, 13. Eſ. LXIII, 12. Jer. XXXII, 20. Dan. IX, 15.* moti dicunt, quod ſignificent: *famam nobis paremus.* Sed ſenſus hic contextui primo intuitu non vult congruere, quid enim hoc eſſet, *famam nobis paremus ne diſpergamur?* Si vero dicamus, quod famam ſibi parare voluerint, non quidem apud poſteros, ſed potius apud iſtius terræ incolas tunc viventes, eâ intentione, ut ibi (ad illam turrim) conveniant, ibique habitent, quo ferarum inſultus & latronum invaſiones, eò felicius repellere poſſent, nullam difficultatem ſupereſſe cognoſcimus. Eſt itaque hoc locô *ſibi nomen facere*, idem ac *locum aliquem inſignem & celebrem reddere habitatione.* Hanc mentem nobis reliquit *R. Bechai* ſenſum litteralem horum verborum inquirens, meditationes enim reliquas, quas Judæi his verbis annectunt, nobis vix uſui eſſe poſſunt in genuinâ textus explicatione. Verba ejus invenies *fol. 22. col. 2.* ונעשה לנו שם על דרך הפשט היו מבקשים להתישב במקום אחד ולהיותם מחוברים יחד ולא מצאו מקום אלא שנער ועל כן רצו לבנות להם עיר ומגדל שיהיה מחזיק את כולם העיר לישובם והמגדל לאות ולשם שיראוהו כל בני העולם ויישירו כנגדו ויתישבו באותה העיר ולא במקום אחר וזה טעם פן נפוץ ועל כן הפיצם לפי שבואו כנגד כונתו שהיא שיתפשטו העומות בכל העולם ויתישבו

ויתשבו בכל המקומות שבארץ לפי שלכך בראה ולשבח יצרה! Faciamus nobis nomen : *Secundum ſenſum litteralem, quæſiverunt habitare in uno loco, & cum plures conſociati eſſent, nullibi talem invenerunt locum niſi in Sinear. Quare voluerunt ædificare urbem & turrim, quæ illos omnes caperet. Urbem exſtruxerunt, ut in eâ habitarent, turrim vero, ut ſit ſignum & nomen (monumentum) quod reſpicerent omnes inhabitatores mundi, ut ſe dirigerent verſus illam (ut viam ſuam ad illam inſtituerent) & habitarent in illâ urbe, & non in alio quodam locô. Huc reſpiciunt verba :* ne diſpergamur. *Ideo autem diſperſæ ſunt illæ gentes, quoniam contrariabantur intentioni divinæ, quæ erat, ut populi diſpergantur in univerſum mundum, & omnia loca terræ inhabitarent, cum enim in finem creaverat illam, ad laudem formaverat illam.* Vox שם Noſtro Rabbi *Becbai* videtur ſignificare *monumentum*, eod.m fere modo uti Abſalom ſibi ſtatuerat monumentum in valle regiâ, quia dicebat, *non eſt mihi filius, qui nominis mei memoriam ſervet; idque monumentum nomine ſuo appellaverat. Illeque locus appellabatur Manus Abſolomi II. Sam. XVIII,8. Sic. Cap. IV. Gen. v. 17.* Cain primam urbem ſtruebat, cui nomen filii ſui imponebat. Sic forte gentes iſtæ ædificarunt turrim cui nomen aliquod imponerent. Reliquas Judæorum explicationes videſis *Tract. Talm. Megilla Cap. I. fol. 10. fac. 2. Chulin Cap. VI. fol. 89. fac. a. Sanhedr. Cap. XI. fol. 109. fac. a. Rabboth fol. 41. col. 3. 4. fol. 156. col. 2. fol. 231. col. 4. fol. 282. col. 3. Chameſch. Megil. fol. 95. col. 3. Sohar Part. I. fol. 33. col. 3. Part. II. fol. 8. col. 2. Medraſch Tanchuma fol. 3. col. 3. fol. 7. col. 2. fol. 32. col. 4. fol. 73. col. 3. fol. 88. col. 3. Jalk. Sim. Part. I. fol. 17. col. 1. fol. 70. col. 2. fol. 268. col. 2. Part. II. fol. 37. col. 3. fol. 89. col. 2. fol. 99. col. 3. fol. 113. col. 1. fol. 140. col. 2. R. Becbai fol. 21. col. 3. fol. 181. col. 3. fol. 196. col. 4. fol. 200. col. 1. Jalk. Reubeni fol. 32. col. 1.*

(*g*) Senſus eſt, quemadmodum Adamus primus invertit bonum, dum dicebat, quod uxor à DEô data, & in ſolatium & auxilium ſuum conceſſa, cauſa ſeductionis fuerit. Sic etiam poſteri Noachi à primo Adamo deſcendentes bonum à Deo conceſſum, liberationem intelligo a diluvio, ad rebellionem concitandam adhibuerunt. *Conf. Sanhedr. cap. IV. fol. 38. col. 2. Rabboth. 41. col. 3. 4. fol. 157. col. 1. Sohar Part. I. fol. 48. col. 2. Jalk. Part. I. fol. 16. col. 4. Jalk. Reubeni fol. 36. col. 1. 2.*

(*h*) De his verbis videatur *Megilla Cap. I. fol. 9. col. 1. Sanhedr. Cap. 4. fol. 38. col. 2. Rabboth. fol. 41. col. 4. Sohar Part. III. fol. 93. col. 1. Midraſch Tanch. fol. 46. 4. Jalk. Simeon. Part. I. fol. 2. col. 2. fol. 4. col. 3. Part. II. fol. 7. col. 4. fol. 84. col. 3. fol. 95. col. 2. fol. 156. col. 3. Becbai fol. 8. col. 2.*

(*i*) Hanc in univerſum mundum diſperſionem Judæi miraculoſam & maxime admirandam deprædicant, dicunt enim, quod tunc temporis, omnes terræ in montes compreſſæ fuerint, quorum quilibet aliquam nationem in ſe receperit. Audiamus *Breſch. Rabba de hoc miraculo loqui:* רבי נחמיה אומר נתכנסו כל הארצות בראשי טורין והיתה כל אחת בולעת אנשי מקומה: *R. Nechamia dixit: Collectæ ſunt omnes terræ in cacumina montium, quorum quivis abſumebat (in ſe recipiebat) incolas loci ſui. Videatur Jalk. Sim. fol. 17. col. 1. poſt. princ. & Breſch. R. fol. 42 col. 1. princ.*

(*k*) Adde *Sanhedr. Cap. III. fol. 24. fac. a. Cap. XI. fol. 107. fac. b. fol. 109. fac. 1. Sohar Part. I. col. 33. 3. Part. III. f. 54. 1. Jalk. Sim. Part. I. fol. 17. col. 1. fol. 68. col. 3. fol. 113. col. 3. fol. 271. col. 4. R Bechai fol. 21. col. 2.*

(*l*) Confer *Rabboth fol 42. col. 2. fol. 189. col. 2. fol. 213. col. 3. Sohar Part. I. fol. 56. col. 2. Jalk. Sim. Part. I. fol. 20. col. 4. fol. 142. col. 4. Bechai fol. 22. col. a.* Pluribus Circumſtantiis eadem referuntur ex *Medraſch Thehillim in Jalk. Reubeni fol. 32. col. 3. ſequentibus verbis:* חסות הרן על פני תרח אביו בארץ מולדתו וגו' חמשה צדיקים עמדו בעולם נח עבר אשור אברהם שם· נח לא קפיד לעבוד אלא עמד ונטע לו כרם· שם ועבר הטמינו עצמם· אשור אמר האיך אני דר בין רשעים האלה והלך לו שנ' מן הארץ ההיא יצא אשור· אברהם צדקתו עומדת לעד אינו מניח להקב"ה והקב"ה אינו מניחו שנ' אני ה' אשר הוצאתיך מאור כשדים טוב לחסוד בה' שלא היה בוטח על דברי אביו ולא על דברי אמו ותרח היה רואה מזלות ורואה מזלו של הרן נשרף ומזלו של אברהם שכל העולם כולו מתמלא ממנו· נכנסו כל האומות אצל אברהם אל' של מי אתה אל' לעולם לא אנית הקב"ה שבשמים· מיד נטלוהו והשליכוהו לכבשן האש· ולא ירד עמו לא עיר ולא קדיש ולא שרף ולא גדוד אלא הקב"ה בעצמו שנא' אני יי' אשר הוצאתיך מאור כשדים: הרן היה לבו נחלק והיה מעכב על דברי אביו נכנסו כל האומות אצלו אל' של מי אתה אמר בלבו אברהם גדול ממני אם ראיתי שנמלט אומר אני של אברהם אני· ואם לאו אומר אני שלכם אני כיון שראה אברהם נמלט

אמר של אברה' אני׳ סיד נטלוהו והשליכו לכבשן האש ולא
הספיק לירד עד שהמיתו האש ונטלו המלאך המות והשליכו
אצל אביו שנא' וימת הרן על פני תרח אביו ותרח יפה היה
רואה שמזלו של הרן נשרף ומזלו של אברהם נתמלא כל
העולם כולו ממנו ואינו יודע אם מן האנשים או מן הנשים
ושרה היתה בתו של הרן שנא' ויקח אברהם ונחור להם
נשים יסכה זו שרה ונתמלאה כול העולם ממנה:

Quæ latine ſequentem in modum fluent. Haran moriebatur coram Theracho Patre ſuo in terra, in qua natus erat &c. *Ad hæc verba Rabbini ita commentantur: Quinque juſti fuerunt in mundo: Noach, Eber, Aſſur, Abraham, Sem. Noach nullo deſiderio trahebatur ad proficiſcendum in terrâ, ſed manebat in ſuô loco & plantabat ſibi vineam Gen. IX, 20. Sem & Eber abſcondiderunt ſe ipſos (ne a pravo ſodalitio corrumperentur.) Aſſur ſecum cogitabat, cur ego habitem inter impios illos? & abibat, dicitur enim:* ex terrâ illâ egrediebatur Aſſur Gen. X, 11. *(conf. qua dicta ſunt in Annotat. ad illum locum p. 254. lit. d.) Abrahami juſtitia firma manet in æternum, hic non reliquit Deum ſumme Benedictum; nec Deus ſumme Benedictus reliquit illum. Dicitur enim de illo* (Abrahamo:) Ego ſum Dominus, qui te eduxi ex Ur Chaldæorum *Gen. XV, 7. Bonum eſt confidere in Dominum Pſalm CXVIII, 7. Hic non confidit neque verbis Patris ſui, neque verbis Matris ſuæ. Therachus (Aſtrologiæ peritus) adſpexit conſtellationes, & invenit in conſtellatione Haranis, quod comburendus ſit; in conſtellatione vero Abrahami cognovit, quod totus mundus ex illô (poſteris ejus) replendus ſit. Convenerunt itaque omnes populi ad Abrahamum, dixeruntque ad illum, cujusnam es tu? (à cujus partibus ſtas tu?) reſpondit illis, ego in æternum, Deum ſumme Benedictum, qui in cœlis eſt, non relicturus ſum. Quo dictô cum ſtatim apprehenderunt, & in fornacem ignitam projecerunt. Nemo cum eô ad illum locum ſe conferebat, neque quisquam ex civitate, neque ſanctus quidam, neque Angelus, neque turma plebis, ſed Deus Benedictus ipſe comitatus eſt ipſum, dicitur enim;* ego ſum Dominus, qui te eduxi ex fornace (Ur) Chaldæorum. *Gen. XV, 7. Haran erat corde diviſo (h. e. dubius erat) & ponderabat verba Patris ſui. Conveniebant quoque ad hunc omnes populi, & dicebant ad illum, cujusnam es tu? (à cujus partibus ſtas tu?). Cogitabat Haran in corde ſuo (ſecum) quod Abraham frater ſuus major eſſet, quare dicebat, ſi cognovero, quod frater meus liberatur ex fornace, tunc à partibus ejus ſtabo; ſi vero cognovero quod non liberetur ex fornace, tunc a partibus veſtris ſtabo. Poſtea quam autem cognove-*

gnoverat, quod Abraham ereptus eſſet, dicebat, ego a partibus Abrahami ſtabo. Quo dicto eum ſtatim apprehenderunt, & in fornacem ignitam projecerunt, huic non conceſſum erat exire, ſed hunc ignis occidebat. Tandem cum apprehendebat angelus mortis & projiciebat eum coram Patre ejus, dicitur enim de illo: & mortuus eſt Haran ante Therachum Patrem ſuum. *Gen. XI, v. 28. Therachus itaque bene ex conſtellationibus obſervaverat, quod Haran comburendus eſſet; & quod ex Abrahamo totus mundus replendus eſſet. Sed neſciebat Therach an hoc viris an vero uxoribus eorum tribuendum ſit. Et Sara erat filia Haranis, dicitur enim:* Et ducebant Abrahamus & Nachor uxores *v. 29. Jisca eſt Sara, & ex eâ repleta eſt omnis terrâ.*

(*m*) Non poſſum non h. l. idiotiſmum, qui non ſolum ap. noſtrum *Raſche*, ſed etiam in proxime antecedenti loco Rabbinico ſæpius recurrit, explicare, maxime cum nuper monſtroſam hujus loci verſionem audiverim, quæ ſequentis tenoris erat: *Si pravalebit Abraham, ego parabolice loquar de ipſô, quod ſi vero praval. bit Nimrod, ego parabolice loquar de illô. Cum igitur vinceret Abraham, tunc dixerunt ad Haran, quanam eſt parabola tua? Reſpondit ipſis parabola mea eſt de Abrahamo &c.* Error, quem interpres hic admiſit, latet in voce משלך cui ſignificatum *parabola* impoſuit, qui alias in Rad. משל invenitur, ſed ego perſpicere non potui, quam formam, an participii, an nominis, cum neutra congruat, affinxerit? Sciat ergo, quod hæc vox cum pluribus ſimilibus ſit compoſita ex מ *præfixo, partic.* של & *ſuffixo Pron.* ך quare vertenda eſt verbotenus *ex quô*, & latine, *à cujus partibus ſtabis?* Plures talismodi Talmudicos & Rabbinicos interpretes habemus, qui vel vitia in Bibliis Buxtorfii admiſſa ſecurè tranſcribunt, & typis exprimi curant; vel idiotiſmos non attendunt v. g. הנה אכם היו דעות האנשים שזכר הרב המורה על מספר חלקי הסותר אשר ימצאו בזה הדרוש Hæc ita à quodam translata ſunt: *Quid multa? ſi opiniones hominum, quorum* רב המורה *meminit, fuerunt ſecundum numerum partium contradictionis, qua in hoc problemate occurrunt.* In hâc verſione idiotismus neglectus eſt, quis enim quæſo intelliget verba: *opiniones illæ fuerunt, ſecundum numerum partium contradictionis?* Quis litterarum Rabbinicarum ignarus ſciet, quid ſit רב המורה maxime ſi in annotationibus nulla ejus explicatio inveniatur, quæ ex libro omnium manibus trito, & in latinum ſermonem a *Buxtorfio* translato facillime addi potuiſſet; Certe, qui neſcit רב המורה inter Rabbinos, tantus eſt Rabbinorum interpres, quantus ille Philoſophus, qui neſcit nomen Ariſtotelis inter Philoſophos. Vel quoque ali-

quot

Digitized by Google

quot lineas, in quibus abbrevitura notiſſima occurrit, planè in verſione omittunt; Vel denique textui evidentiſſimo alienum & contrarium ſenſum affingunt, ut alia quam plurima taceam. Tales interpretes, inquam, parum curare debemus, hi enim ad talia dubia tacendo reſpondent, & manus victas facile tradunt. Venia ipſis danda erit, quia errare humanum eſt; neque errata exaggeranda, ſed tantum indicanda eſſe cenſeo, ne repant & diſcentes decipiant.

(*n*) Plura ſi cupias evolve *Megilla Cap. I. fol. 14. f. a. Rabboth fol. 42. col. 2. Jalk. Sim. Part. I. fol. 17. col. 3. fol. 20. col. 4. fol. 221. col. 3. fol. 243. col. 2. Part. II fol. 9. col. 1. fol. 123. col. 1. R. Bechai fol. 30. col. 4. Jalk. Reubeni fol. 32. col. 4.*

(*o*) Omnia Raſche noſtri verba egregie illuſtrat locus *R. Bechai*, quem fini hujus Parſchæ adjicit, qui quoque finis noſtrarum Annotationum commodiſſime eſſe poterit. Legitur ille *fol. 23. col. 1. & 2.* ſequentibus verbis: וימת תרח בחרן הזכיר הכתוב עד עתה תולדותיו של שם ולא הזכיר בהם מיתה כלל ולמה שנה הסדר בכאן והזכיר מיתה בתרח ורז״ל נתעוררו בזה כי היה הענין כבוד אברם שאלו לא הזכיר מיתה בתרח והיה אבר אברהם יוצא מארצו כמו שנא׳ לך לך מארצך וממולדתך יהיו הבריו׳ מרננים עליו שהוא מניח אביו ויוצא׳ והו שאמרו הקדים הכתוב מיתתו של תרח קודם יציאת אברם כדי שלא יאמרו העולם לא קיים אברם כבוד אב ואם שהניחו זקן והלך לו׳ ועל כן הוצרך הכתו׳ להזכיר תרח מה שאין כן בשאר תולדותיו של שם וקראו הכתו׳ מת לפי שהיה תרח רשע עובד הצלמי׳ והרשעים בחייהם קרואים מתים׳ ומה שדרשו ז״ל ואתה תבא אל אבותיך בשלום בשרו שיש לו לאביו חלק לעולם הבא זה היה בזכות אברהם אבל הוא כל ימי חייו היה רשע ומת ברשעו בחרן ואולי מפני זה בא הנ״ן של חרן הפוכה לרמוז כי מת ברשעו בחרון אף של מקום אלא שיש לו חלק לעולם הבא בזכות בנו והציל הרי את האילן ומזה אמרו במדרש כל העצים כשרים למזבח חוץ משל זית ושל גפן שהשמן והיין קרבי׳ לגבי מזבח הצילו הפירות את האילנות׳ וכן באברהם הציל את תרח אביו שנא׳ ואתה תבא אל אבותיך בשלום ואפש׳ עוד לתת טעם בנ״ן הפוכה של חרן כי ההפוך יורה על התהום׳ ועד כאן נמנין שני אלפים תהו ומאברהם ואילך נמנים שני אלפים תורה כי הוא

התחיל

Digitized by Google

תתחיל להזהיר העולם באור התורה ובפרסום האמונה והיחודי
והנה זה לשלמו׳ התורה ומן הרמזי׳ הצפונים באותיותיה
כי על כן באו בתורה אותיות הפוכות ותלויות וכן עמוקות
ולפופות וכן גדולות וקטנו׳ וכן מנומרות ומנוקדות יתגלו מתוכם
חמשים שערי בינה שנגלו למשה ועוד שדרשו רז״ל ברא
מזכי אבא אבא לא מזכי ברא דכתיב ואין מידי מציל אין
אברהם מציל את ישמעאל ולא יצחק מציל את עשו ועל
זה אמר שלמה ע״ה עטרת זקנ׳ בני בנים ותפארת בנים אבותם
לפי שהבן מזכה את האב הזהיר בבנים לשון עטרה שהו׳ שבח
גדול יותר מן התפארת כי הם עטרת בראש הזקנים כשיוצאי
ירכם צדיקים עובדי ה׳ ית׳ ולפי שהאב אינו מזכה את
הבן הזכיר בו לשון תפארת כי האבות הצדיקים הם תפארת
הבנים כאשר הבנים אוחזין מעשי אבותיהם והבנים
השומרים את דרכם בכשרון פעלתם זכר מעלת אבותם
לא יוסף מזרעם יתלבדו במעלות יחד ולא יתפרדו ולא
ימות בעפר גזעם כהוות מטע השם נטעים דומים לנטעם
בענין שכתוב וקורא להם אילן הצדק מטע ה׳ להתפאר:

Hæc verto ſequentem in modum. Et moriebatur Therach Harane. *Hactenus enarraverat Scriptura generationes Semi, in quibus nullam plane mortis mentionem fecerat. Cur jam ordinem Scriptura invertit & hoc loco mentionem mortis Therachi injicit? Noſtri Rabbini pia memoria autumant, quod hoc ad gloriam Abrahami factum ſit. Si enim nulla demortui Parentis mentio ſubſecuta eſſet, ſed exitus Abrahami ex terra ſua deſcriberetur, quemadmodum in ſequentibus ad illum dicitur: Gen. XII, 1.* Abi ex terra tua & ex familia tua; *murmuraſſent homines contra illum dicendo, quod Abraham Patrem ſuum ſenem reliquerit & abierit. Hinc eſt, dicunt Rabbini noſtri, quod Scriptura mortem Therachi præmiſit abitui Abrahami, ne ſcil. homines dicant: Abraham gloriam Parentis parum ſtabilivit (curavit,) ſed potius illum ſenem reliquit, & abiit. Inde Scriptura neceſſario dicere debuit:* & moriebatur Therachus, *quod in reliquis generationibus Semi dicere non ſolet. Vocavit vero Scriptura Therachum mortuum, quoniam ille erat impius, & idolis ſerviebat; Impii enim in vitâ ſuâ vocantur mortui (conf. I. Timoth. V, 6. Col. II, 13.) Nihilominus quando noſtri Rab-*

bini explicant verba: Et tu venies ad Patres tuos in pace *Gen. XV, 15. dicunt his verbis indicari, quod Patri ejus pars relicta ſit in Seculo futuro,* (h. e. *quod Seculi futuri, vitæ æternæ particeps factus ſit) & quidem ob meritum filii Abrahami, quamvis Pater per totam vitam ſuam malus fuerit, & in malitia ſua quoque demortuus ſit. Forte inde eſt, quod littera Nun in voce Haran in textu hebraico inverſum ſit, ut indicaretur, Therachum quidem eſſe mortuum in vehementiſſima ira DEi, nihilominus eum eſſe participem Futuri Seculi ob meritum & pietatem filii ſui; uti fructus arboris ipſam arborem ab interitu liberat. Hinc etiam dicunt Rabbini noſtri in concionibus ſuis, quod omnia ligna idonea ſint ad ignem altaris, exceptis lignis oleæ & vitis, quoniam enim oleum & vinum afferuntur ad altare, liberant fructus arbores ſuas (ut ibi non comburantur.) Sic Abrahamus quoque liberavit Therachum Patrem ſuum, ut hinc dicatur:* Tu vero pervenies ad Patres tuos in pace. *Fortaſſe etiam alia Nun inverſi in voce Haran dari poterit ratio, ut inverſio illa reſpiciat abyſſum, & ad hunc usque terminum numerentur duo millia Thohu inanitatis (h. e. duo millia annorum, quibus Lex data non fuit;) Ab Abrahamo autem usque ad te (h. e. ad præſens tempus) numerentur duo millia annorum Legis (quibus Lex poſitiva divina data fuit;) Quoniam Abrahamus tunc temporis mundum lumine Legis divinæ & publicâ fidei & DEi unius doctrinâ illuſtrare cœpit. Talis ſanè ſententia reſpicit perfectionem Legis, & hauritur ex abſconditis litterarum Scripturæ indiciis. Hanc enim ob rationem inveniuntur in Scriptura litteræ inverſæ & ſuſpenſæ; Litteræ demiſſæ & conjunctæ; Litteræ majuſculæ & minuſculæ & punctatæ; His mediantibus litteris quinquaginta portæ intelligentiæ Moſi apertæ ſunt.* (Vide Apparat. in Librum Sohar vocem בינה fol. 193.) *Noſtri Rabbini p. m. porro docent, quod filius quidem aliquid promereat Patri, Pater vero nihil promereat Filio, ſcriptum enim eſt Deut. XXXII, v. 39.* Nec erit e manu mea eripiens. *Hinc Abrahamus non eripuit à perditione Iſmaëlem, neque Iſaac eripuit Eſavum. Inde quoque eſt, quod dixit Salomo, ſuper quo pax ſit (quieſcat in pace) Prov. XVII, 6.* Corona Senum ſunt filii filiorum; Decus vero Filiorum ſunt Patres eorum. *Quoniam enim filius aliquid promeret Patri, ideo de filiis uſurpatur vox* עטרה Corona *quæ multo excellentior eſt, quam* התפארת decus. *Filii ſunt corona in capite Senum, quando ex femore eorum egrediuntur juſti, DEum ſumme Benedictum colentes: Quoniam vero Pater nihil promeret Filio, ideo uſurpatur de illô vox* תפארת decus; *Patres enim juſti ſunt decus filiorum, quatenus filii Parentum bona opera ſectantur.* (*Parentum veſtigiis inſiſtunt.*) *Filii enim cuſtodientes vias ſuas in rectitudine operum ſuorum,* (*h. e. Paternarum virtutum æmuli*) ab eorum ſemi-

ne excellentia Patrum non recedet, (*alluditur ad Cap. IX. v. 28. Eſther. ubi dicitur:* Nec memoria eorum extinguetur ex ſemine eorum :) Tenent ſe invicem in excellentia (*excellentia Patrum conjuncta eſt cum excellentia filiorum*) non divellentur à ſe invicem (*alluditur ad Job. Cap. XLI. 8. ubi dicitur:* Vir fratri ſuo agglutinati: tenent ſe invicem, nec à ſe invicem ſeparantur.) *Truncus eorum non morietur in pulvere. Illi enim ſunt plantatio DEi; Sunt plantæ ſimiles plantatoribus ſuis, in quô ſenſu ſcriptum eſt Ezech. XXXIV, 29.* Excitabo illis plantam in nomen. *Illi ſunt* quercus juſtitiæ, planta Domini, quæ ſe glorioſam reddit. *Jeſ. LXI, 3.* Quæſtionem h. l. Rabbini movent de ſalute Parentis Abrahami, quem idololatram & impium hominem hinc inde appellare ſolent. Quoniam hic nullam propriam habuit juſtitiam, qua ſalutem impetrare potuiſſet, de Abrahamo tamen dicitur, quod poſt mortem ad Patres ſuos reverſurus ſit, *Gen. XV, 15.* quærunt an Therachus ſalutem æternam conſecutus ſit. Affirmant hoc Judæi antiquâ traditione nixi Parentes filiorum merito ſalutem impetrare, hinc quoque Therachum ſeculi futuri participem factum merito filii Abrahami. Rectius ſi dicerent, omnes homines meritô filii Abrahami Meſſiæ ad ſalutem æternam pervenire. Præterea noſter Rabbi occaſione Nun inverſi in voce חרן ſuam de Litteris Majuſculis, Minuſculis & Punctatis ſententiam ſubjicit, putatque quinquaginta portas prudentiæ mediantibus iis Moſi fuiſſe apertas, multaque myſteria hodiernorum Judæorum animum fugientia in illis eſſe abſcondita. Qui plura de his velit, adeat *Buxtorf. Tiber. ſ. Commentar. Maſoreth. Cap. XIV. p. m. 34. ſeqq. quod agit* de Litteris Majuſculis *Cap. XV. p. m. 37. ſeqq. quod proponit* Litteras Minuſculas, *inprimis de* Nun inverſo *conf. Cap. XVI. p. m. 38. ſeqq. de* Litteris punctatis *Cap. XVII. p. m. 41.* Hujus ſententiam ſequitur *Hotting. Theſ. Phil. L. I. Cap. III. Sect. IV. p. m. 398.* Eaſdem Litteras denuo ſub incudem revocavit *Dn. Hillerus de Arcano Ketbib & Keri L. I. cap. VIII. p. m. 159.* imprimis de *Nun inverſo §. V. p. 188. ſeqq.* Qui mihi tamen non omne tollit dubium. Liceat mihi judicium *Briani Waltoni*, quod in Ejus *Apparatu ad Biblia Polyglotta Prol. VIII. §. 5. p. m. 45.* eſt, adjicere. *Tempus, quo hæ literæ in textum introductæ ſunt exactè notare non poſſumus. Quod vero quidam, qui Maſoram ad Eſram & Synagogam magnam referunt, ſtatuunt myſteria quædam in his litteris, ut & reliquis, olim fuiſſe Hebræis nota; Hodie vero oblivioni tradita, probare non poſſum. Quicquid enim antiquiores de iis judicabant; certe myſteria, quæ à poſterioribus Maſorethis & Rabbinis traduntur, mera ſomnia ſunt, & gerris Siculis vaniora.* Hoc meum quoque eſt de R. Bechai, qui Nun inverſum explicat, judicium. Quæ

denique *R. Bechai* diſſerit de duobus millibus annorum, quibus nulla Lex data fuit, nec non de aliis duobus millibus, quæ ſe ad hanc noſtram ætatem extendit, Chronologiæ non congruere notum eſt, quamvis enim de prioribus duobus millibus ipſi controverſiam nullam moveam, de poſterioribus tamen nullo probabilitatis colore dici poteſt, quod ab Abrahamo usque ad Bechai vel noſtra quoque tempora duo tantum annorum millia præterfluxerint. Adſpice quæſo Calendarium Judaicum præſentis anni, videbis quod numerent annum à mundo condito חמשת אלפים וארבע מאות וששים וחמשה לבר״ע׳ h. e. *quinquies milleſimum, quadringenteſimum & ſexageſimum quintum Creationis mundi.* Si detrahas annos à mundo condito uſque ad diluvium præterlapſos, mille ſexcentos & quinquaginta ſex juxta Seder Olam R. p. m. 3. מן המבול ועד שנולד יצחק ש״צב שנה h. e. *à diluvio ad nativitatem Iſaaci 392. anni* ſunt, Abrahamus vero בן מאה שנה בהולד לו יצחק בנו *centum annos habebat, cum ipſi Iſaacus filius ejus naſceretur, Gen. XXI, 5.* habebis à diluvio ad Nativitatem Abrahami 292. annos, quos ſi ſubtrahas a 3809. qui à diluvio ad noſtra tempora præterlapſi ſunt, retinebis 3517. annos, qui à R. Bechai incongruè pro duobus millibus annorum tantum habentur. Ex quo evidenter ſequitur duo millia annorum, quibus Lex Moſaica Ceremonialis & Forenſis ex mente antiquorum Judæorum vigere debuit, jamdudum eſſe completa.

פירוש

Digitized by Google

571

פירוש
אבן עזרא
על
חגי :

COMMENTARIUS
ABEN ESRÆ
in
HAGGÆUM
cum interpretatione latina.

Google

COMMENTARIUS
R. ABEN ESRÆ
in
HAGGÆUM,
CAP. I.

v. 1. I*N anno* &c.) Hic eſt Darius Perſa, uti dixerunt Sapientes noſtri p. m. qui fuit filius Eſtheræ Reginæ (*a*). *R. Moſe* dixit, quòd vox *in menſe*, ubique ſignificet, *principium menſis.* Si res ſe ita haberet, cur ſcripſiſſet Propheta, *in die primo menſis?* Et *Serubabel* eſt filius Raphjæ fratris Saalthielis, ex filiis Jocanjæ, & quoniam eum educaſſet Patruus ejus Saalthiel, ideo appellatur de nomine ejus, filius ejus (h. e. filius Saalthielis) Hoc ſenſu dicitur *Ex. II, v. 10.* de Moſe; *& fuit ipſi in filium.* Sic quoque: *Et hi ſunt filii Michalis filiæ Saulis II. Sam. XXI, 8.* cum tamen illa nullos habuerit filios, niſi quos tantum educaverat *II. Sam. VI, 23.* (*b*). Et *Jozadak* Pater Joſuæ fuit Sacerdos magnus in domo prima cum combureretur: Quoniam ita ſcriptum eſt *I. Chron. V. 40. 4. in Bibl. Germ. I. Chron. VI, 14.* Propterea hæreditario jure accepit filius ejus dignitatem ejus, cum Iſraël regrederetur ex captivitate Babylonica, ideoque non functus eſt Esra patruus ejus ſacerdotio magnô diebus Joſuæ, neque diebus filii ejus, neque diebus nepotis ejus, uti legimus in Libro *Esræ cap. III, 2.*

v. 2. *Sic dixit Dominus Zebaoth dicendo: Populus hic dicit non* tempus *veniendi*, non tempus, *Domus Domini ut ædificetur.* Eſt modus loquendi uti *Gen. XXXVII, 30. Et* ego *quorſum* ego *ivero* (*c*).

v. 3. *Factum eſt &c. dicendo*) H. l. vox *dicere* ſignificat *dicere populo huic*, quod alias non fit in Lege. Scribitur enim: *Et locutus eſt Dominus ad Moſen dicendo:* indicando ipſi (privatim) argumentum & contenta: ideo ſubſequitur: *Loquere ad filios Iſraël Ex. XIV, 1. 2.* (*d*).

Tem-

Digitized by Google

פירוש

אבן עזרא

על חגי

פרק א׳

Cap. I. v. 1. בשנת׳ זה דריוש הפרסי שאמרו קדמונינו ז״ל שהוא בן
אסת׳ המלכה אמר רבי משה כי בחרש תחלת החרש
בכל מקום ואם כן למה כתב ביום אחד לחרש והוא זרובבל
בן פדיה אחי שאלתיאל מבני יכניה ובעבור שגדלו דודו
שאלתיאל קראו על שמו בנו כמו ויהי לה לבן וככה ואלה
בני מיכל בת שאול כי לא היה לה ולד רק גדלה אותם
ויהוצדק אבי יהושע היה כהן גדול בבית ראשון כאשר נשרף
כי כן כתוב על כן ירש בנו מעלתו בצאת ישראל מגלות בבל
על כן לא שמש עזרא דודו בכהונה גדולה בימי בנו ונכתו
ככתוב בספר עזרא׃

v. 2. כה׳ עת בא עת׳ כדרך ואני אנה אני בא׃

v. 3. ויהי׳ לאמור׳ במקום הזה לאמור לעם הזה מה שאין
כן בתור׳ כי וידבר השם אל משה לאמור פרושו דבר למשה
לאמור לו הענין על כן אחריו דבר אל בני ישראל ואמרת
להם׃

תעת׳

Digitized by Google

v. 4. *Tempus*) ædificandi & habitandi in domibus contabulatis. *Contabulatis*, uti *Jerem. XXII, v. 14. Domus contabulata cedro.*

v. 5. *Nunc vero &c. vias veſtras*) opes hujus mundi ad vitam neceſſariæ.

v. 6. *Seminaſtis &c. reducendo parvum*) intellige frumentum, quod domum reportant paucum. *Comedendo &c.*) Vos comeditis. *Ad inebriandum*) Uti dicitur: ad ſaturandum (h. e. neque famem, neque ſitim reſtinguitis) Dicitur enim *Levit. XXVI, 26. Comedatis ſed non ſatiemini.* Eſt enim tempus, quo homines comedunt multum, ſed non ſatiantur, quo bibunt multum, ſed ſitis non reſtinguitur. Ne tamen putes, tranſiiſſe (deſiiſſe) ſtatutum (DEi) ut potus non amplius inebriet. Scias præterea quod vox חם *calor* difficultatem involvat. Siquidem ſcriptum eſt *Pſ. XXXIX, 4. Incaluit cor meum in interiori meô.* Quod verum eſt, (calorem eſſe internum quid) Nihilominus, ſi cuidam calefieri debet, neceſſe eſt, ut aër externum quid, calidus ſit (*e*). Et hoc ſenſu dicitur h. l. & non ad incaleſcendum illi. Vox חום *calor* eſt ad formam קור (a Rad. קרר) *frigus* ex Verbis Mediæ geminatæ. Et hæ ſunt expoſitiones ex ore ejus (*f*). Quod vox חַם ſit ex Rad. חמם indicat quoque Pathach. Omnia enim Verba Mediæ Rad. geminatæ Pathach accipiunt, deficiente litterâ geminatâ. Sic dicitur: Si תַּם *conſumptum eſt argentum Gen. XLVII, v. 18.* Quod eſt ex תמם Non poſſumus dicere, quod ſe vox illa חם habeat uti שָׁב quod quandoque eſt verbum Intranſitivum, quando aliquis revertitur actione intranſitivâ; Quandoque vero Verbum Tranſitivum, quando dicitur *Deut. XXX, 3.* & שָׁב *vertit captivitatem tuam;* Quoniam ושב Kamezatum eſt, חם vero pathach habet (*g*). *Marſupium*) Intelligitur marſupium argenti, quod ſi perforatum eſt, nihil in eô invenies.

v. 7. *Sic &c. ponite*) Poſtquam feciſtis quod vobis præcepi, tunc aſcendatis.

v. 9. *Reſpiciendo*) Hactenus reſpexiſtis ad multa, & adduxiſtis illa ad domus veſtras. *Ego vero ſufflavi in illud*) In illud paucum, & nulla in eô erat benedictio. Jam cognoſcite propter quid h. e. quam ob rem hoc factum ſit? Propter Domum meam, quæ vaſtata jacuit. *Et vos curritis*) Quivis ex vobis currit, & nullus eſt, qui ad cor ponat, (conſideret) vaſtationem domus meæ, ut ædificetur.

v. 10. *Propterea &c.*) Senſus vocis עליכם *ſuper vos*, ſignificat, *propter vos. Cœli*) Quemadmodum dicitur *Deut. XXVIII, 23. Et erunt cœli tui, qui ſuper caput tuum, æs.* Vel ſenſus eſt: Super vos ſolos, & non ſuper alios incolas terræ. *Occluſi ſunt*) ut non dent rorem.

Vo-

v. 4. העת· לבנות ולשבת בבתים ספונים כמו וספן בארז׃

v. 5. ועתה· דרכיכם· בצרכי העולם׃

v. 6. זרעתם· והבא· דגן אל הבית מעט׃ אכול· אתם אוכלים׃
לשכרה· כמו לשבעה כדרך ואכלתם ולא תשבעו כי יש זמן
שבני אדם איכלים הרבה ואינם שביעים וככה שתה הרבה
ואין שכרו׳ לא שיעבור החוק להשתכר· ודע כי מלת חם
קשה כי הנה כתוב חם לבי בקרבי והוא האמת וחם להם
צריך להיות האויר מחמם וככה ואין לחום לו וחום במשקל
קור מבעלי הכפל וזה פירו״שי מפ״ו וחם הוא מן חמם והפתח
יוכיח כל פעלי הכפל נפתחין כשתחסר אות הכפל כמו אם
תם הכסף שהוא תמם ולא נוכל לומר שהוא כמו שב שפעמים
שהוא פעל עומד שהוא שב בעצמו ופעמים שהוא פועל
יוצא כמו ושב את שבותך כי ושב הוא קמוץ וחם הוא
פתוח׃ צרור· כמו צרור הכסף ואם נקוב היה לוא ימצא בו מאומה׃

v. 7. כה· שימו· אחר שתעשו מה שאצוה אליכם עלו׃

v. 9. פנה· עד עתה פניתם אל הרבה והבאתם אותו אל
בתיכם׃ ונפחתי בו· באותו המעט ואין בו ברכה ועתה
רעו יען מה והטעם למה היה כן בעבור ביתי שהוא חרב׃
ואתם רצים· כל אחד מכם הולך ואין איש שם על לב
חרבן ביתי לבנותו׃

v. 10. על כן· טעם עליכן בעבור השמים כדרך והיו שמיך אשר
על ראשיך נחשת או עליכם לברכם לא על יושבי הארץ׃
כלאו· מלתת הטל׃

v. 11. *Vocabo ſiccitatem*) Alluſio eſt ad *vaſtationem*. Quaſi diceret: Hoc fit propter Domum meam, quæ vaſtata eſt (*b*). Senſus vocis, *& advocabam)* idem eſt ac decernebam ſuper terram (ſiccitatem) donec eſſet uti æs. *Et ſuper montes)* Magna eſt excellentia montium, dicitur enim *Deut. XXXIII, 15. Et ex capite montium* (h. e. ex primitiis optimis montium) *& de pretioſis collium æternitatis. Et ſuper omnem laborem manuum*) quia non proſperabunt, & laborabunt in vanum. Et aquæ fontanæ, quas bibunt, non erunt ſalubres.

v. 12. *Et auſcultavit*) Voci, quoniam obligati erant ad ædificandum Domum Domini, quamvis non vaticinatus eſſet (Propheta) de hac re. *Et verbis*] Præterea quoque auſcultavit verbis Prophetæ.

v. 13. *Et dicebat angelus Domini*] Legatus ſcil. Dei. *In legatione*] h. e. in miſſione Dei. Vox מלאך aut eſt quadrata, aut מ eſt Proſtheticum; Ab hoc derivatur vox מלאכה *opus*.

v. 14. *Et excitavit*] Debuiſſet dicere ויער ad formam יִקַּח vel יֵשֵׁב Sed vox illa Patachatur h. l. ob litteram gutturalem *Ain*. *Dux*] Uti in illo *Malach. I, 9. Offer illud duci tuo*; aut *Nehem. V, 14. Ut eſſem Dux eorum*. In Perſica lingua פחת פחת vocatur התרשתה.

v. 15. *Die vigeſimo*) Hæc cohærent cum antecedentibus verbis: *Et fecerunt opus ſuum*, quamvis Paſuk intercedat.

CAP. II.

v. 1. *IN ſeptimo*) In ſeptimo menſe.

v. 2. *Dic quaſo &c.*] Semper præponitur gloria regni, gloriæ ſacerdotii & prophetiæ. Et quamvis Joſua quandoque præponatur Calebo *Num. XIV, 6.* Nihilominus in verbis Domini res inverſa eſt, tunc enim Caleb præcedit. Et quamvis etiam Joſua major Calebo annis fuerit, nihilominus Deus hunc præpoſuit, quando de eô loquitur. *Num. XIV, 30. Cap. XXXII, 12.* Hinc eſt quoque quod dicatur: *Et ſilere faciebat Caleb populum Num. XIII, 30.* quod de Joſua non dicitur. Scriptum quoque eſt: *Poſt Saulem & poſt Samuelem I. Sam. XI, 7.* It. *Hæc ordinavit David & Samuel I. Chron IX, 22.* Sic quoque Serubabel præcedit Joſuam, quoniam erat ex filiis Jojakin.

v. 3. *Quis in vobis*] Ex vobis Senioribus.

Jam

Digitized by Google

v. 11. ואקרא חורב· דרך צחות כדרך, יען ביתי אשר הוא חרב וטעם ואקרא ואגזור על הארץ עד היותה כנחושת: ועל ההרים· מגר ההרים כמו ומראש הררי קדם ומסגר גבעות עולם: ועל כל יגיע כפים· כי לא יצליחו ויגעו לריק המשקים מימי באר לא יועילו:

v. 12. וישמע· בקל שהם חייבים לבנות בית השם אפילו לא התנבא על כן: ועל דברי· ועוד על דברי:

v. 13. ויאמר· מלאך השם· שליח: במלאכות· בשליחות השם ומלאך מלה רביעית או המ״ם נוסף ומגזרתו מלאכה:

v. 14. ויער· היה ראוי שיאמר ויער כמו ויקח וישב רק נפתח מפני הע״ין: פחת· כמו הקריבהו נא לפחתך וכמוהו להורות פחם ובלשון פרס פחת נקרא התרשתא:

v. 15 ביום עשרים׳ דבק עם ויעשו מלאכה אף על פי שיש הפסק:

פרק ב׳

Cap. II. בשביעי· בחדש השביעי:

v. 1. אמר נא· לעולם חולקים כבוד למלכות על הכהונה על הנבואה כמו יהושע לפני כלב רק בדברי השם הדבר הפוך כלב קודם ואף על פי שהיה יהושע גדול מכלב בשנים הקדימו השם בדברו בו בעבור ויהס כלב ולא ויהס יהושע וכתוב אחרי שאול ואחרי שמואל המה יסד דוד ושמואל וככה זרובבל לפני יהושע שהוא מבני והויכן:

v. 2. מי בכם· אתם הזקנים:

v. 4. *Jam vero &c.*) Vox ועשו *& facite* cohæret cum principio verſus ſequentis את הדבר *Verbum.* Intelligiturque per illud, verbum Legis, quod cuſtodiendum & faciendum eſt.

v. 5. *Et ſpiritus meus*) Spiritus prophetiæ meæ.

v. 6. *Quoniam &c. adhuc unum breve illud*) Miracula faciam. *Parvum illud*) in oculis meis ad faciendum. Vel, paucis diebus erit. Et ſenſus verborum: Commovere cœlum & terram; Eſt modus loquendi per ſimilitudinem. Vel: verba explicantur propriè, quando audietur motus & rumor, tunc contremiſcent omnes homines, tam qui in continenti, quam qui in navibus maris, & apportabunt ſacrificia Domui meæ.

v. 8. *Mihi eſt argentum*) Ubicunque locorum argentum ſit, meum eſt. Et ego faciam miraculum, ut quiſque ſibi in cor ponat (ut quiſque ſibi proponat) afferre aurum ad Domum meam.

v. 9. *Magna erit gloria hujus Domus*) Dixit *Japhet*, quod Domus prima ſteterit quadringentos annos & decem annos, & Domus ſecunda quadringentos annos & viginti, & renovata eſt temporibus Herodis, quemadmodum ſcribitur in libro *Joſephi Filii Gorionis* (*a*). Et *R. Moſes* dicit, quod hoc intelligendum ſit ſecundum Traditionem (conditionem à Zachariâ traditam,) Si juſti perfecti exiſtent, uti prædixit *Zacharias. Et hoc futurum eſt, ſi audiendo audiveritis. Zach. XV, 15.*

v. 10. *In vigeſimo*) Dixit *R. Jeſchua*, quod hic menſis ſit nonus à principio Regni Darii; Sed nos neſcimus, quando fuerit principium menſis regni ejus, hinc ille incongruè locutus eſt. Sed quoniam ſcriptum eſt in prophetia Zachariæ: *in quartô die menſis noni, qui eſt Kislev Zach. VIII, 1.* apparet, quod principium numerandi fieri debeat â Niſan. Sic quoque dicitur, *menſis Siv eſt menſis Jjar I. Reg. VI, 1.* Quia ibi verba: *menſis ſecundus*, non cohærent cum regimine Salomonis, ſed regimen tantum connexum eſt, cum verbis: *in anno quarto.* Quoniam Iſraëlitarum mos non eſt, numerare menſes (regiminis) ſed tantum annos. Hinc ibi dicitur: *In anno quarto regiminis Salomonis ſuper Israëlem, in menſe Siv, qui eſt menſis ſecundus h. e. Jjar* (*b*).

